UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1194

Visual Library

Disp. 6. Pr. Lugd. Bat. in auct. libr. I.
Jos. Pitteaii. 1679. a.d. 27. Febr.

C. VALERII FLACCI
SETINI BALBI
ARGONAUTICON LIBRI IIX.
LAMP. ALARDUS
GUILIELMIADES.
Perpetuo Commentario illustravit, Carrionis Errores detexit, & ad Apollonii Rhodii aliorumq; Argonautica contulit

Accessit operâ Ejusdem
Copiosissimus Rerum & Verborum
quæ in Valerio extant
Index,

Opus planè Novum & antehac vix
speratum, Omnibus Politioris Literaturæ studiosis apprimè Utile.

GYMNASIUM BARMEN.

LIPSIÆ,
Sumtibus hæredum HENNINGI GROSII
Junioris, Excudebat JOANNES-ALBERTUS
MINZELIUS
ANNO M. DC. XXX.

ALMÆ MATRI ACADEMIÆ LIPSIENSI

QUE IN

ELECTORATU SAXONICO EST

NOMINATIM

FACULTATI THEOLOGICÆ

ET PHILOSOPHICÆ.

S. P.

CUm Nuper Laurifolia mea in lucem emitterem, Viri Amplißimi, Humanißimiq;, Patres Academiæ Eminentißimi, unicè illud ſpectavi, ut quo affectu in me meaq; futuri eſſent Eruditos?

torum animi explorarem. Illis enim superantibus, superare & alia, cadentibus autem & hæc cadere existimabam. Æquos autem & benevolè sentientes Judices compertus sum, quotquot quidem opusculo meo oculos & animum intenderunt. Promisi ergo Literato Eruditorum orbi Commentarium in Valerii Flacci Argonautica, arduum opus & à multis hactenus desideratum. Quod quidem apud vos inter studia Philosophica olim cœperam, sed post ea tempora domum cum curâ resumsi. Videbam enim magnam initurum me gratiam apud rei Literariæ dictatores, si quid lucis obscuro & tenebricoso Poëmati adferrem. Quid enim? Pauci hactenus qui Argonautica veterum legerent reperti sunt, pauci qui intelligerent. Qui Iliada Homeri, Æneida Virgilii inter vul-

Illis en vulgo-Doctos utcunq; capiebat ἄπαυστα
lia, cad ὀκτὼ ut est in proverbio complere pu-
e existim tabat. Et videre est multos, adfe-
nevole ctato fastidio neminem præter Duum-
sum, quo viros illos agnoscere, omnes nauseare,
o oculos & lectionem Juventuti interdicere,
romisi erg vel quia illiterata scripta putant, vel
i Comme quia non capiunt. Ego vero acutum
Argonauti & heroicum planè Epos Flacci agno-
is hactenu scens, non potui quin varum seculi ju-
idem apu dicium detectum quoquomodo labe-
a olim ca factarem. Quod dum meo illo an-
ra domum tehac promisso commentario strenuus
am enim laboro, eo modo opus mihi sub manus
tiam apu succesit, ut quantum Eruditæ & re-
i quid luci conditæ Sapientiæ in Valerio esset,
ati adfer nauseantibus animis ad oculum de-
i hactenu monstrarem. Verè enim dicam:
legerent re plus in unicâ Flacci paginâ, plus inter-
erent. Qu dum uno in versu latet Eruditionis,
rgilii inte quam apud plerosque alios in toto li-

bro. Testem laudo librum primum, & qui mihi præ aliis præmorsos sapiunt digitos Quintum & Sextum. Hoc vero quodcunque est Operis cum amore Flacciolim susceperim, tandem ad umbilicum deductum publico jam sisto adspectui. Ita enim vestra consilia & manuductiones me habuerunt, ut non nisi bonarum artium studiis me addictum videretis. Ecce enim dum alij Crapulæ, alij Libidini, alij Scurrilitati sedulam navant operam; ego Bonis Literis juratam cum contubernalibus amicitiam vovi. Et dum à vobis Superiorum autoritate absum & quasi exulo, cœptam studiorum telam inter ipsa vocationis opera pertexo. Non enim post consveta munia tanti mihi otium, ut quæ hujus Mundi sunt perquiram, quin ipsis Vacationis horis ad juvenilia studia recur-

currere, & hunc animum demittere
volupe sit. Sensi enim quantum ad
fallendam temporis injuriam & Mar-
tiæ Erinnydos longè latèque sævientis
Tyrannidem declinandam ejusmodi
studia animum refocillent. Non quod
ex his adflicto solatium, sed perturba-
to otium. Illud enim divinæ suppe-
ditant literæ, ut in Calamitate pectus
erigas, hoc liberalia studia, ut scævam
temporis Indolem Humanitatis con-
suetudine frangas. Utrumque suo
tempore non jucundam modo sed & sa-
lutare. Nullus ergo pudor horum
mihi studiorum etiam in arduo hoc
quod sustineo munere, nullus, in hac
patriæ obsidione & Creperos inter Bel-
lonæ fragores, cujus innumera incom-
moda vel hoc pacto conjunctissimo
Musarum Charitumq; commercio le-
nio & balistis quasi expugno. Dum

enim

enim alij castra metantur, alii in acie stant, alij arma experiuntur, alij militem exercent: ego in Cizyci cum Minyis pugnâ, & Jasonis contra Aeæten expeditione idem cum Valerio meo ago, & vivo omnia expertus exemplo, Valerio applico, unum ex altero condiscens. Illum autem laborem, quod ad Vestræ Excellentiæ pulvinar depono, Viri omnium ordinum Eminentissimi, nemini credo Vestrûm obscurum esse potest, nisi qui simul & mei & suorum in me beneficiorum memoriam abjecit. Cum enim ante novennium in Academiam vestram studiorum Coloniam deduxissem eum apud vos favorem sensi, qui & voto meo & vestræ eximiæ Gloriæ non decens modo sed & apprimè salutaris erat. Viam enim monstrastis Regiam ad obtinendum illud, cujus gratiâ ad Vos missus eram,

eram, Literatam nempe Eruditionem. Nec meos conatus vel vestram Expectationem frustra fuisse docuit paulo post Eventus. Exemplum enim vulgari Literatorum numero, primo Philosophicæ mox etiam Apollinaris Coronationis testimonio ornastis & in editiorem speculam vindicastis. Quod quomodo studia mea apud vos meruerint, non tam mea loquuntur specimina in utroq; agone orbi communicata, quam vestræ de me honorificæ sententiæ quà publicè quà privatim declaratæ. Examinatum enim & per geminatum octiduum probè Tentatum non inter Vulgares Competitorum Animas, sed in principe, classe constitutum publico commendastis. Quæ honorifica vestra de me Existimatio fecit ut tota Academia, ejusdemque alumni & amarint me & æstimarint; reliqui

quoq; nephritici Septentrionum filii livore cedere coacti sint. Mihi quoq; incitamentum illa fuit, ut quam de me concæperatis opinionem, facto ipso conteſtatam redderem vivoq; paradigmate demonſtrarem: Habere etiam ſua lumina Holſatiam, quibus gloriari & caput efferre poſſit:

Quantum nana ſolent inter viburna Cupreſſi.

Quod dum inter alia hoc etiam Commentario pro mea parte ſtrenuus allaboro, ad Vos Veſtrumq; Nomen, Ampliſſimamque celebritatem recurrendum duxi, quibus Opus hoc inſcriberetur, ut tantorum meritorum condignum haberetis præmium. Accedit quod apud Vos inq; Academiæ Veſtræ gremio cura hujus Commentarii ſuſcepta ſit: jure igitur ad vos redit. Soli quip-

quippe estis, apud quos Humanitatis studia adhuc vigent: soli ergo qui de his laboribus rectè judicare valetis. Taceo nunc alias hujus instituti causas domi mihi notas, & innumera beneficia, quibus me vestrates utriusque Reipub. cives largissimè cumularunt, quæ hac ratione ab oblivione in Æviternam Memoriam adserere volui. Agite ergo Viri Rever. Excellentissimiq; laborem hunc Rei Literariæ Bono susceptum, serenâ quod dicitur fronte hilariq; vultu suscipite, meum observantiæ studium & grati animi significationem inde agnituri, singularemq; in me meaq; favorem benevolentiamque ut hactenus feciſtis, porro continuate. Ego si hoc Vobis placendi studium, probatum cognovero, dabo cum Deo operam, ut quod jam in profanis Facultati Philosophicæ,

idem

idem propediem Theologicæ in sacris probem Exercitiis, productâ nempe in medium Nova Phraseologia Novi Instrumenti, ex peculiari Dialecto Spiritu Sancto usitata. Quâ in re ante Triennium inchoata, non promptius promittendâ, quam præstandâ vires mihi largietur Ille, qui dat Velle & Perficere omne bonum. Gratia Jesu Christi ineffabilis, Academiam vestram & utramq; Rempublicam clementissimè sub umbra alarum suarum regat, foveat; & ut hactenus ferè solam ita etiam impositerum à Bellonæ sævitie militumq; Tyrannide liberam & immunem adserat, tutetur & gubernet. Ecclesiæ verò suæ ubiq; locorum periclitanti tandem ἀπὸ μηχανῆς opem acceleret, ortamq; seditionis rabiem omnipotentiâ suâ consopiat, ut salutaria multa docere & discere porro va-

valeamus in Regni sui propagationem & Nominis Divini Glorioſam Exaltationem. Fiat O Chriſte Fiat! Valete. Dabam Crempis Holſatorum Pridie. Id. Febr. anno ſine labe partûs cIↃ IↃC XXIX.

Veſtrarum Dignitat.

& Excellent.

Obſervantiſſimus.

LAMPERTUS ALARDUS Guilielmiades, Phil. Mag. & Poet. Cor. S. S. Theol. CANDIDATUS.

AD EFFIGIEM
CL. & Doctissimi Viri
LAMPERTI ALARDI
in paginâ proximâ depictam.

HÆC. EST. LAMPERTI. FACIES. JUVENILIS.
ALARDI.
AT. SENIS. INGENIUM. PINGERE. NEMO. POTEST.
VIS. TAMEN. HOC. ETIAM. QUOCUNQUE. VIDERE COLORE ?
CUM. CHARISIN. MUSAS. EUSEBIENQUE. VIDE.

Christophorus Bulæus.

EM
ni Viri
LARDI
made-

ACIES. JUVENILIS

M. PINGERE. NI-

UNQUE. VIDERI

. EUSEBIENQUE

orus Bulæus,



DOMINE SCIS QUOD AMEM TE.



VERA EFFIGIES LAMPERTI ALARDI, PHILOS: MAG: & POET: LAUR: ANNO ÆTATIS XXVII. CHRISTI CIↃ IↃC XXIX.



AD LECTOREM.

ANni jam sunt plus minus sex cum in Academiâ Lipsiense studiorum gratiâ mihi vetsanti, inque Humanitatis studio operam ponenti, prima de edendo Valerio cura animum subiit. Cùm enim plurimi commentarentur in Autores, quos & usus fecerat receptissimos, & vetus præteritorum seculorum labor satis perspicuos minusq; difficiles, sæpè Valerii Flacci vicem dolui, qui neglectus videbatur ab omnibus: vel quia Poëma ejus obscurum, vel quia ob mendas quamplurimas operâ minus dignum credebatur. Quâ tamen ego sive cavillatione, sive inertiâ parum motus, eò majorem laboris gloriam præominabar, si quis difficultates ejusmodi Poëtæ glorioßissimo adimeret. Sedulò ergò cùm per literas tùm vivâ voce incoram apud alias suscitabar, essetne, qui antehac in Valerium Flaccum commentatus fuisset, & nullum longo tempore rescisscere potui præter Carrionem, cujus castigationes ad tollendâ quidem menda multum, ad intellectum Valerii parùm facere videbantur. Admovi ergò manum operi, spe fretus indubiâ, fore ut per otium non nihil lucis ex me Poetæ accederet, eumq;

labórem pertinace ſtudio longo tempore continuavi Paulò pòſt accidit mihi, quod rerum Judaicarum Scriptori, qui initiò operis χρόνῳ δὲ ποτὲ inquit: ὅπερ φιλᾶ συμβαίνειν τοῖς μεγάλων ἅπτεσθαι μανθανόμενοις, ὀκνός μοι καὶ μέλλησις ἐγένετο, hoc eſt, Progreſſu temporis quod accidit magna concipientibus torpor & cunctatio me corripuit. Donec tandem fato quodam & meo & Valerii in Daniam profectus à Glorioſiſſimo Dn. Oligero Roſæcrantzio per ſemeſtre in illuſtri aulâ Otthoniana detinerer, ubi contubernio filii Gundæi Præfectus, cùm nihil aliud, quod agerem, eſſet, curam Valerii reſumſi. Cùm enim omnis generis libris anguſta domus inſtructiſſima eſſet, facilè nonnullorum copiam impetravi, cumque illis variantes Sabellici aliorumq; obſervationes. Carrionis tamen codex inſtar omnium erat, ut qui manuſcripti autoritatem tuebatur, quem mihi iccircò ſolum ſequendum putavi, reliquis, ubi penitiùs rei accederent non poſthabitis. Textum ergò Valerii ad fidem Manuſcripti, ut ad nos à Carrione pervenit, Librariis excudendum dedi. Variantes Lectiones Sabellici Carrionisq; ſeorſim adjunxi, ut quiſq; liberum ſibi ſumeret judicium. Aliorum ſi quæ fuerunt, ubi opus erat,

erat, commentario addidi, ubi non opus, rejeci. Meas non adjunxi nisi maximè necessarias. Videbam enim Clariss. Lipsium verum esse, ubi in Præfat. ad Tacitum inquit: *Hodiernum seculum remediis laborare, ut antiquum illud vitiis.* Revera enim sic habet: Multi, qui Autorum voculas emendent, pauci, qui saniorem sensum adferant, reperiuntur. Unde non lux sed tenebræ interdum majores textui adferuntur. Quem ego morem morum meherculè fastidiens, una Manuscripti Carrionéi fide contentus acquievi. Sicubi tamen præter rem Carrio emendationem adferre visus est, quæ contra mentem autoris fuit, non tanti ejus autoritas mihi fuit, ut in verba ejus juratem. Videtur enim nonnullis in locis non tàm Manuscripti fidem, quam Emendationis libidinem secutus, quarum hanc illâ sufficit. Nec dubitamus ex monstris illis lectionum, quas adjunximus, eos, qui otio abundant, exsculpere posse longè meliores. Poema ipsum, quod concernit, majoris illud autoritatis est apud omnes rectè sentientes, quàm ut ab illiberalibus quibusdam jure merito sperni possit. Non enim ideò fastidiendum est, quia ab [illegible] minus capitur; quin eò magis ab [illegible] his pretio haberi debeat. Confer [illegible] illis in omnium ætatum & lingvar[illegible] mihi omnes [illegible]um Poetas, videbis

debis eandem difficultatem, eandem omnium suboriri sortem, si fidelem posterorum curam adimas. Ab Autore est juvenantis quidem, sed excellentissimi ingenii, præstantioris q; quàm vulgò judicari solet, qui spiritus Poeticos aridis suis metiuntur regulis. Quem quod Carrio Consulem fuisse autumat, frustra est. Non enim ullibi ejus extat indicium, neq; in Historicis, nec Fastis, nec Chronicis. Autor Herculis Prodicii de Principe Carulo sic inscripti, testis est, effigiem ejus Carulo Principi Patavii esse ostensam, ubi inter alia scribit: *Monstrantur Carulo virorum illustrium Pataviorum effigies, qui suis virtutibus immortalem famam nacti urbem illam vel Nativitate, vel morte suâ decorârunt. Et ne longus sim in enarrandis singulis, quarum imagines Principi tùm ostendebantur, ut Titi Livii Romanæ Historiæ Principis, cujus etiam ossa per honorificè ibidem marmoreo in sepulchro condita esse adfirmant ut Imperatorum quorundam, item Asconii Pædiani Oratoris, Arruntii stellæ & Valerii Flacci Poëtarum, Julii Pauli Jurisconsulti, qui Alexandro Severo Imperatori à consiliis fuit. De quibus Poëtæ Germanici versus de urbe Patavinâ canentis:*

Hic etiam Paulus, Juris legumq; peritus
Et ju[illegible]atuas alii meruerunt urbis alumni
Hæc quo[illegible] Valerio patria est, qui Jasona laudat.

Hæc

Hæc Stephanus Vinandus in Herculè Prodicio, quo magnæ Valerium æstimationis fuisse evincit, jam inde à primâ ætate. Neq; ideò parvi pendendus est quia Apollonium sequi videtur, ut multi cavillantur. Eodem enim nomine Virgilius rejici debebat, qui Homerum, alii qui alios sequuntur. Ecce Nasonis illa:

——— *usq; adeò nulla est sincera voluptas*
Sollicitumq; aliquid lætis intervenit.

Mumquid ea de re culpanda sunt, quia ex Apollonio desumta esse videntur?

ἀλλὰ γὸ ἔπος φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων.
Τερπωλῆς ἐπέφημλν ὅλῳ ποδὶ σὼ δέ τις αἰεὶ
πικρὴ παρμέμβλωκεν εὐφροσύνησιν ἀνίη.

An præterea illa ipsius Virgilii?

At Regina gravi jamdudum saucia curâ

Quæ itidem ex hoc Apollonii, ubi de Medeâ canit:

——— βέλος δ' ἐνεδαίετο κῆρι
Νέρθεν ὑπὸ κραδίῃ πυρὶ εἴκελον.

Et rursum illa:

Multa viri virtus animo multusq; recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus
Verbaq; nec placidam membris dat cura quietem.

Quæ itidem Apollonius de eadem habet:

Περσεὸ δ' ἄρ' ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἰνδάλλετο πάντα

ἀυτόσθ' οἷ θ' ἕλω. Et aliquanto paulò pòst;

—— ἐν ἅασι δ' αἰὲν ὀρώρεϛ

ἀυδήτε μυθοίτε μελίφρονες, ἅς ἀγόρδσε.

Et infinita alia, de quibus Macrob. lib. XVII. *Alium non frustrà dixi Virgil. quia non de unius racemis vindemiam sibi fecit, sed in rem suam vertit, quicquid ubicunq; invenit imitandum, adeò ut de Argonauticorum quarto libro, quorum scriptor est Apollonius librum Æneidos suæ quartum totum penè formaverit ad Didonem vel Æneam amatoriam continentiam Medeæ circa Jasonem transferendo.* Quæ de Flacco rudior aliquis miraretur: Nunc quia Virgilii sunt laudat & extollit.

Non est ergò, cur quisquam sanioris judicii eo nomine Valerium traducere velit. Quin nos tanti facimus, ut post Virgilium Poctarum Principem, & qui ei proximè accedunt pauciſſimos, unicè Poetæ nomine dignum æstimemus; non ob Spiritus tantùm generositatem, sed & verborum sententiarumque majestatem. Nec frustrà fuit ante nos Quintilianus, aliiq; præstantissimi viri idem honorifico suo elogio contestantes. *Julium autem Scaligerum* nullâ aliâ de causâ Valerium carpere, nisi illâ solâ, quod

lâ, quod ingenium illud capaciſſimum & maximis torrentibus æquum, campus iſte ſuſtinere, quin obrueretur non potuit, rectè cum Clariſs. Barthio ſentio. Illi enim verſus, quos noſtro ſubſtituit, longo intervallo à Valerianis abſunt, ubi canit:

Æquora fatidicæ primum ſulcata carinæ
Cognatumq; cano fulgentis tergoris aurum.
Divæ opus: Illa feras Scythici quæ Phaſidis oras, &c.

Ubi ille quidem in ſuavitatem Valerio objicit, ipſe vero vice grandis & ſonoræ Orationis, quæ exordium hoc vel invito ipſo exornat, ſpondæos illos ſegnes ſubſtituit:

Cognatumq; cano fulgentis tergoris aurum.

In quibus ſumma inſuavitas eſt, propter ſyllabas tardas & ſono pari horridè cadentes. At illud fulgentis tergoris quàm abſurdum! Melius ſcripſiſſet:

Fulgentisq; cano cognatum tergoris aurum.

Quod melius nemo non videt. Adeò & illum virum in ſuis amor ſuus excœcavit. Idem judicium quoq; de ceteris eſto, quos Flacco ſubſtituere conatur, quos in ſuaves verſus, ſegnes, & minimè omnium ingenioſos quivis deprehendet, nec Hiſtoriæ adeò, nec Poëticæ dignitatem ſuſtinentes. Hæc Clariſs. Barthius, cujus ego verbis libenter aſſentior & quivis credo defœcatæ mentis. Video enim cùm hîc tùm alibi, Belgam magni nominis verum fuiſſe, cùm in quadam

dam Epistola ait: *Non omnia Ejus viri judicia recta esse & incorrupta.* Si quis etiam ob menda hunc Nostrum à classe Excellentium Poetarum excludere velit, is se in illo desiderare sciat, quod cùm aliis Poetis, tùm verò in Poetarum Principe Virgilio multis in locis desideratur. Rari quippe ad nos eo nomine intemerati pervenerunt, ne unus quidem. Quod enim de Plinio conqueritur Rhenanus, nihil ei æquè nocuisse, quàm præcipitem quorundam temeritatem, qui id illico, quòd ab aliquo docto privatim in ipsius libro repererant adnotatum, in Editiones referre sunt ausi, id non solùm de Valerio, sed & plerisq; aliis usurpare possumus. Magis ergò ignorantiæ arguendi sunt illi, qui tanti Poetæ contemtum præ se ferunt, quam vitiosi amoris, qui ejus gerunt patrocinium. Obscuritatem autem quod prætendunt, tanti illa non est, ut à fideli expositoris manu tolli non possit. Præterquam enim quòd *Carrio*, *Ægidius Maserius*, *Laurentius Balbus*, & alii, medicam manum attulerunt, etiam *Barth. Fontius* studio suo præiisse fertur. Ego ut hactenus eorum operam nondum usurpavi oculis: ita verè de me adfirmare possum non facilè versum à me præteritum, qui luce indigere videbatur, cui non facem prætulerim. Atq; ut alii luculentiorem adferant, eu viam præo indi-

indice rerum & verborum absolutissimo. Supereſſet utinam Carrionis Manuſcriptus codex, evidentiorem haut dubiè opem nonnullibi Valerius ſenſiſſet. Nunc quoniam illa, quæ majoribus noſtris ademit obLivio, ævi ſequentis ſedulitas retrahere nequivit, non tantùm ubi potui exactior, verùm etiam, ubi non potui, ſtudioſior fui. Nonnulli minutiarum curioſuli ubi lectionem exhibent tolerabilem, quam textui infarciunt non adjectâ ſimul monſtrosâ lectione, quæ eſt in antiquis codicibus, impediunt magis ſagaces, ne auxilium autori adferant, id facturos feliciter, ſi ſtricturæ veteris lectionis bonâ fide illlis fuiſſent repræſentatæ. Sed querelam non inſtituo. Æquus lector, quicquid hoc eſt damni (quod tamen, quantum ſentio, perexiguum eſt) ex ſe ipſo reſarciet, ubi mea aliorum commentatis contulerit. Ferunt obſcuram Myrmecidis ex ebore operam facilius viſam, ſi nigras ſetas adhibuiſſent: idem Valerii Poemati accidet, quod ſine prævia manuductione vix eſt, ut quiſquam intelligat. *Caſpar Barthius* laudabilem nuper operam quibuſdam locis attulit in Adverſariis. *Fontius* ſi quid orbi literato communicavit, ego non defraudem. Primi in hoc opere illuſtrando ſudârunt *Sabellicus*, cujus variantes lectiones adjungo, *Baptiſta Egnatius*,

tius, qui integros commentarios promittit in Racemationibus (nemini tamen hactenus visos) *Johannes Scoppa, Johannes Baptista Pius, Angelus Politianus, Janus Parrhasius, Johannes Brodæus, Johannes Hartungus, Paulus Leopardus, Guilielmus Canterus, Johannes Castalio, Jacobus Nicolaus Loënsis.* Sed obiter tantùm & non nisi incidenter, inq; unum saltim, alterumque locum: adeò ut eorum nihil præter jactantiam ad nos perveniſſe, Carrio jam antè me verè dixerit. Quæ ex illis sunt, facilè studiosus Lector dignoscet ab illis, quæ ex me, meoq; labore; cùm ad cujusq; allegata nomen sit adscriptum, ideoq; nullo negotio à meis discriminanda. Sed nec reliqua tamen ludicra vel puerorum commenta, sed series eruditissimorum scriptorum testimoniis & judiciis stabilita. Poeta Chons Philetas, cùm exilior aliis existeret, pedibus globos plumbeos subjecit ob corporis exilitatem, ne à ventis everteretur: ita commentarius hic fulcitur sententiis & opinionibus gravissimorum virorum. Imitatus enim sum Prometheum, de quo Horatius:

Fertur Prometheus addere Principi
Limo coactus particulam undiq;
Desectam, & insani Leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Sic ex variis Scriptoribus varia decerpsi, eaq;

aque potissimùm, quæ huic tenebricoso Poetæ lucem dare possent. In quibus tamen ipsis, Candide Lector, si quod non arrideat, inveneris, consolabitur me, quod scribit Varro: Neq; in bonâ segete nullum est spicum nequam: neq; in malâ non aliquod bonum. Quocunque enim oculos mentemq; convertas, nihil tàm absolutum reperies, cui non aliquid addere melioris, vel demere sequioris possis operationis. Hoc tamen præter jactantiam adfirmo, Valerii carmen, quod hactenus nemo se fassus est intelligere, jam porrò perspicuum vel saltim minus obscurum operâ meâ evasisse. Quam laudem, si à te, benevole Lector, obtinuero, satis credo, patebit, cur & studium in hoc Poeta illustrando posuerim, & cur jam tandem absolutum in adspectum Eruditorum produxerim. Vale, & si mereor, fave.

TESTI-

TESTIMONIA DE VALER. FLAC. FAB. Quintil. Inst. Orat. lib. X. c. 1.

Multum in Valerio Elacco nuper amisimus.

Guil Canterus.

Valerius Flaccus ad ostendendam arboris proceritatem aliâ ratione usus admirabile ingenium suum ostendit.

Baptista Pius.

In Valerio Flacco multa amisimus præproperâ morte sublato Quintilianus verè dixit. Quod nisi fata mala & nigræ orci tenebræ præripuissent hunc tanquam vitem crescentibus uvis, haberet Roma, quod superbæ Græciæ & in laudes suas effusissimæ posset objicere. Et sic habet: Quemadmodum enim unio brevi corpusculo sed pretioso, magnus præstat arenosisq; lapilis, non secus pusillum aurum Flacci magno Apollonii constat Orichalco.

Jacobus Nicol. Loensis.

Magna in Valerio Poëticæ vis & facultas, adhæc electorum verborum pulcherrimus fluxus, quæ omnia cohibitiora & castigatiora fecisset, nisi Parcæ nimis præproperè immatureq; vitam abrupissent. Quæ ex re liquet testimonium illud verum esse, quod Fab. Quintil. nobis de hoc Poëta reliquit: In eo juvene morte sublato multum nos amisimus.

Joan.

Joann Scoppa.

Valerius Flacius Eximius Poëta, quamvis nonnullis in locis mendosus legatur.

Ludovic. Carrio.

Judicium de Valerio Doctorum tam honorificum est: ut non defuerint acerrimo judicio homines, qui hunc etiam Græcis illis Apollonio & Orpheo ingenii felicitate longè putârint præponendum.

Caspar Barthius I. Adv.

Valerium Flaccium majoris pretii Poëtam, quàm quis præteriens censeat, esse vel ignoratio ejus apud vulgum nobis persuadet. Est enim omnium veterum minimè tritus manibus hominum scholasticorum, quod genus velut ab eo abhorret, qui duriusculus censeatur, & minus gratiarum amans: sed nos quidvis potius, quàm absurdum censemus.

Julius Cæsar Scaliger. lib. VI. Poet.

Valerii Flacci ingenium felix, judicium magnum, diligentia non vulgaris, sed immatura morte præventus acerbum nobis poema suum reliquit. Sed de hac & sequente inibi censurâ vide Præfationem nostram ad Lectorem. Porrò cùm minùs æquus Valerio nostro videatur, passim tamen alibi mitior est.

Lib. V. cap. 6. Poet.

Orpheus aptius canit apud Flaccum Minyis & Phry-

Phryxum & Athamantem, quam apud Apollonium terræ cœlíq; creationem. Toto etiam opere, quanquam est ille nostrâ inferior expectatione, splendidior est Apollonio. Chironis autem & Pelei adfectus infantisque ingenium longè felicius describit:

Jamq; aderat summo decurrens vertice Chiron, &c.

Porrò: *Flacci tempestatem mox cum Virgilianâ & aliis comparabimus: ad cujus tamen vel nitorem, vel efficaciam minimè aspirat illa Argi apud Apollonium.* Porrò: *Jasonis Oratio ad Æeten longè est luculentissima, atque artis plena.*

Caspar Barthius XIV. Adv.

Ego sanè Valerium Flaccum legens decorum, acutumque Epos, hæc adfectatam grandiloquentiam, sed gravitatem plenam animi agnosco.

Idem XXXIII. Adv.

Valerius Flaccus melior certè Poëta est, quam plerique alii Latini, qui in auribus vulgi regnum tenent.

Idem XLIII. Adv.

Idem judicandum censeo & de aliis Poëtis, minus vulgò protritis: præcipuè de Valerio Flacco non paulò majoris momenti vate, quàm censuerunt etiam Literati nostri judices, genus hominum alioquin sagacissimum, & quos tamdiu ab inquisitione in hunc autorem penetrantiore, absti-

nuisse

isse valde mihi mirum. Quod si necdum aliquis utiorum hanc sibi Provinciam sumendam ar- trabitur, nos demum ei operi accingemur.

Idem LVI. Adv.

Valerio Flacco, spiritu, gravitate, numeris & ationis æqualitate nemo post Augusti principa- um scriptor prior exstat: Medius enim inter tu- orem & illam argutam jejunitatem ingreditur, obili animo, nobili sermone: ut magnoperè mirer osse esse, qui non summis autoribus Latii eum- dscribant, qui unam solam modo ejus paginam gerint: Quod, si Lucano & Papinio componere antum scriptorem volueris, facilè videbis, quid lis superfit, quid huic non desit, ut constituatur ex tribus illis Princeps post Maronem Heroi- ci operis & carminis in Poë- si Latinâ.

Seneca

Vita sine literis mors est, & homi- nis vivi sepultura.

DE

DE VITA AUTORIS EX PETRO CRINITO lib. IV. cap. 68. de Poetis Lat. & Gyraldo Histor. Poet. dial. IV. pag. 181.

CAIUS VALERIUS FLACCUS SETINUS inter eos, qui heroica decantârunt, Poeta multorum judicio admirandus, Patavinus fuit, juxta Aponum natus, ut à vetêribus traditum est, qui scribunt ejus patriam fuisse maximè insignem natalibus Livii stellæ, & Valer. Flacci: de quo Martialis:

Censetur Apona Livio suo tellus,
Stellâq; nec Flacco minus.

Itaq; hunc ipsum Val. Martialis Laris Antenorei alumnam appellavit. Alii Setinum crediderunt ex Setiâ Campaniæ urbe, quæ haud procul à Velitris fuit: unde in magno pretio habita sunt Setina vina, ut ab antiquis scriptoribus relatum est. Sunt; & qui Decemvirum Sibyllinum putent eum fuisse, ducti illius ejus versibus:

Phœbe, mone, si Cumææ mihi conscia vatis
Stat castâ cortina domo.

Et mi-

Et mirum videri debet, quanto spiritu Flaccus insurgat, quantâq; ingenii felicitate in scribendo carmine præstet. Hic est ille Valer. Flaccus, in cujus obitu multum fuisse amissum queritur Fab. Quintil. in libris ad Marcellum Victorium. Extant ipsius VIII. volumina de Argonauticis, quod opus dicatum est Cæsari Domitiano, vel ut alii volunt patri Vespasiano, quoniam sic ad eum scribat in ipsâ Præfatione operis:

Eripe me populis & habenti nubila terræ
Sancte pater : veterumq; fave veneranda canenti
Facta virûm : versam proles tua pandat Idumen,
Namque potest, Solymo nigrantem pulvere fratrem,
Spargentemque faces & in omni turre furentem.

Scripturus erat multò plures libros, nisi mors intempestiva eum nobis eripuisset. Videtur autem in illis, qui supersunt Apollonium Rhodium non tantùm argumento operis expressisse, sed etiam singulis quandoq; carminibus. Atacinus quoque Varro pari titulo composuit libros de Argonautis, quod alibi notavimus. Idem Flaccus inter amicos habuit Secundum, Maternum, Stellam & Valerium Martialem, qui ad eum scri-

scribit, Eruditionemque ejus magnoperè extollit. Constat hunc mediocri censu, ac penè tenui fuisse, & prædium posse disse exiguum, in quo (ut Martialis refert) Musarum curas reponeret. Itaq; Martialis idem liberè illum monet, ut relictis Musis atque otio malit in foro & causis agendis versari: quoniam Poetarum studia parvi admodùm censerentur, ut ex his versibus patet:

O mihi curarum precium non vile mearum
Flacce Antenorei spes & alumne Laris:
Pierios differ cantusq; chorosq; sororum.
Æs dabit ex istis nulla puella tibi,
Quid tibi cum Cyrrhâ? quid cum Permessidos unda?
Romanum propius divitiusq; forum est.
Illic æra sonant ——— ———

Habuit Flaccus puerum in delitiis, quem Amazonicum quidam appellant: ejus formam indolem atque venustatem Martialis prosequitur eleganti Epigrammate. De alio Flacco, qui Epigrammata scripsit suo loco diximus. Scripserunt aliàs Argonautica præter Latinos duos Atacium Varronem & hunc Nostrum: Orpheus, non Thracius, sed Italus, Crotoniata; deinde Epimenides Gnosius; post eum Cleon; Curicus Poeta, à quo, ut Græci observant, Apollonius omnia transtulit, tùm Herodorus, post Hero-

Herodorum Apollonius Rhodius, post Apollonium Dionysius Milesius, post hos Latini illi duo.

M. ANTONII SABELLICI IN VALERIUM FLACCUM *VARIANTES LECTIONES.*

Ex Libro Primo.

Omnes leg. amnes.
Undas l. umbras.
Omnis habet l. omnis havet.
Viridi totus de fronde l. viridiq́ thorus,
In solum hunc sæviet l. in solum num.
Præcognoscere Divûm omnia l. omina.
Dirumq́ procul l. dirimiq́ procul.
Descendere l. discedere.
Leviore totum l. Pholum, quod Centauri nomen.
Relantq́ tua mea facta l. cedantq́.
Lucebat in ordine remum l. lugebit.
Riantus in Æoo l. Heoo. Heoa est littorale oppidum Africæ.
Mea pectora tangunt l. pignora.
Fluxere l. fulsere.

magnoq; nepotem l. magneq;.
quantumq; truces l. quatiuntq; truces.
patêre dolores l. paterere.

Ex Libro Secundo.

Eructat adesi l. ejectat.
enectæ l. evectæ vel ejectæ.
descendere tergo l. distendere vel defendere.
non famâ non arte colus l. formâ.
hic cruor in thalamis l. hîc.
miserere tene l. miser ecce tene.
& fuga est l. at fuga est.
pube domos l. puppe.
reddere puppi l. credere puppi.
heu secum l. heu serum.
immemoret terræ est l. immemor & terræ est.
referet l. referant.
cum facta l. qua fracta.
fugeret fortuna l. fregit.
auxerat l. hauserat.
orbi & fastis l. urbi & fatis.

Ex Libro Tertio.

Tundace Ponto l. Ryndace.
Torva comæ l. coma.
Cœthus l. Rhœtus.
disjecit cervice tenus l. dissecuit vel desecuit.
deficit l. disjicit vel diffindit.
Vesulus l. Vesutus mons Campaniæ.
veluti cùm cessit in imi l. cevius pro cessit.
vinda Jovis l. pincta Jovis.

si tan-

si tanta Jovis l. Titanis.
fortuna l. furtiva.
nunc inde l. tunc inde.
adversos montes descendere l. aversos.
descendere l. discedere.
prætulerit l. perculerit.
pondere ventus l. pudore juventus.
cecidere l. rediere.
fallit l. fallor.
adductis l. abductis.
mixtis l. mixtus.
arenis l. ahenis.
una l. ima.
Thebe l. Phœbi.
pergere l. porrigere.
nos ô divum l. vos odium.
atq; ea mira furentis l. eadem ira.

Ex Libro Quinto.

Quod manibus nunc pendet ab imis l. unis.
mox l. mors.
una ferunt l. vana ferunt.
toto l. tuto.
ritè movet l. monet.
recipit l. cecidit.
Erythica l. Erythina.
Medum l. medium.
prensa l. pressa.
Phryxe fave l. fove.
præcipit atq; l. præcipitatq;.

ſerentem l.ferentem.
rapta oris l.rapta thoris.
ſtupefacta l.ſtipata.
frater & amento nantes l. amne ſequinantes.
habet l.hebet.
in ima l. in una.
rex foret hic l. feret.
ater l.ater, id eſt. fumidus, ambuſtus.
torto l.toto.
exſtantum l.exſtabat.
nomine Phœbi l. lumine Phœbi.
quem te horrifero l. quam te.
ſortitus l.tutus.
hoſtis l.hoſpes.
arena l. habena.

Ex Libro Sexto.

Argus l.angor.
mox dictus l.mos ductus.
Michael l. Metlete.
conti l. canthi.
flumine l.fulmine.
arvis l.antris.
torax l.torrens.
fidasmeni l.hydasmeni.
Tothrindace l. Tothryndace.
transfigitur l.transfigit.
vobis exuvias l.bonis exuvias.
ante manu l. arte manu.
ſqualentum l.ſqualentem.

aqui-

aquilis l. qualis.
utringꝫ l. utrumq;.
artus l. arcus.
ceduntur l. tenduntur.
prima l. primis.
ſeris querelis l. ſævus querelis,
Quæ viſo Athracio l. quamvis Atracis.
adſpiramina l. aſpiramina.
habentibus l. labantibus.
pertulit l. perculit.
vibratam l. vibrata.
orantes l. errantes.
precor l. prior.
citatos l. cytéos.
intulit l. impulit.
iber l. imber.
nunc l. tunc.
rotat l. notat.
prioris l. his.
excelſis l. celſis.
patruum l. patrium.
ſubit l. ſubitò.
lucis l. lux.

Ex Libro Septimo.

Gracia quondam l. quoniam.
paterer l. pariter.
ætati l. Ætis.
andeat l. audiat,
petit l. pati.

Quæ redeuntq; dies l. quæ redit itq; dies.
onata l. ô nata.
humiles l. habiles.
de me l. da me.
me mea l. nunc mea.
vulgata l. jugulata.
obruit l. obstruit.
infectis l. injectis.
cœlo l. cedo.
tenuissem l renuissem.
non mea l. nunc mea.
quem l. quin.
steti l. stetit.
illiditur l. illuditur.
gelu l. genu.
tribaca l. thoraca.
sequenti l. secanti.
clamore l. clangore.
fico l. siculo.

Ex Libro Octavo.

Loquor l. vocor.
tremens l. fremens.

FINIS.

Variarum Lectionum M. Antonii Sabellici.

Vir

Vir Clarissimus

Dn. JOHANNES MEURSIUS
JCt. & Historiographus Regius
LAMPERTO ALARDO SUO
Theologo, & Poëtæ Cæsareo.

LIteris tuis conspectis, Vir Præstantissime, seriò gavisus fui, & valere te egregiè, & in pristino amore Nominis nostri, constanter perseverare. Perge, quæso, neq; amare unquam desine, semper paria facturum. Nam profectò, si non amem tale ingenium, talem mentem, Musæ omnes, gratiæque itidem me aversentur. Mittis etiam Græciam in Nuce tuam, & judicium meum petis: ego verò, quomodo possim non laudare bonam operam? Harpocrationem tuum editum videre cupiam maximoperè, ut & Valerium, cujus spem propinquiorem facis. Dicam, quod in lusu illo olim pueri ἔξεχ' ὦ φίλε ἥλιε. Negotium illud, quod voluisti per Cluverum, commendatum, quantum in me procuravi: de successu ex Cluveri ad te literis sat intelliges. Vale, & me porrò ama, qui te semper. Raptim Soræ ad diem 29. Junii, anno 1629.

Tui studiosissimus

Johannes Meursius.

In VALERIUM FLACCUM ab *Eximio Poëta & Philologo* M. LAMPERTO ALARDO recognitum & notis illustratum.

Epigramma. JOHANNIS CLUVERI D. & Profess. Sorani.

Scilicet eximio tu mactas munere priscos,
Quicis nomen debes, docte Poëta, tuum.
Namq; novum nobis te illi fecere Poëtam,
Tu rursus facis hos nomen habere novum.
Utq; tuo in versu mihi Musa vetusta probatur:
Sic veteri in Flacco Musa novella placet.
Perge ita te priscis gratum praestare Nepotem,
Hi pergent sobolem te memorare suam.
Et velut Flacco magnum fert nomen Alardus:
Sic Flaccus nomen reddet, Alarde, tibi.

NOn usitata nec tenui polis
Penna Poetam pulvereo situ
Neglectionem, infersq; luci
Sindone candidiore amictum.

ALAR-

ALARDE; vim sic ingenii probas
Magnam tui: non est opus omnium,
Sulcare Pontum vastum & amplum,
Littus amantq́, leguntq́; plures.
Quid, quæso, tantis pro meritis capis,
Sudore pro tanto? Leviter quidem
Gestant coronas eruditi,
Atq; bonis variis fruuntur.
His nulla merces est studiis data:
Quin & Poetis Jure negata sunt,
Quæ cæteris dantur benignè:
Dissimili omnia sorte fiunt.
Divina nescit talia munia
Pensare Fortuna, ipsa nihil videt:
Nos sortem amemus non caducam:
Vivitur ingenio: quid ultrà est?
Dum Flaccus hic vivet, tua laus quoq;
ALARDE, vivet: Tempus edax quidem
Rerum omnium est: præclara semper
Ingenii at monumenta stabunt.

Cunradus Bavarus Poët. Prof. in Academia Lipsiensi.

PLausis jugiter, omniumq́ lætas
Doctorum capis adprobationes
Commentariolis quod eruditis
Argonautica *sic* Alarde Flacci
Illustrâsse satageris, ubiq́

Ut lych-

Ut lychnos oleant, & Hippocrenes
Jucundo nimis adfluant liquore.
His tu plausibus: approbatione
Hac tu macte, patrisq; Guilielmi
Qui Myſtes cluit, optimusq; Vates
Per veſtigia lætus uſq; tende.
Hinc vos gloria veſtra, nunc Olympi
Quæ nubes penetrat, peremniora
Sublimes ſuper aſtra collocabit.

Joſephus Clauderus Scholæ Al. tenb. Rector.

QUid, *Lamperte*, novi Muſeis arcibus infers?
In Flaccum criſeos quid meditare catæ?
Nempe quod auſpiciis Phœbi vis ignea mentis
Extudit, Eurynomi perpoliitq; trias.
Perge juvare ſacram, Jhovæ pie myſta, Poeſin,
Vulgus iners hodiè quã putat eſſe nihil.
Sic immortales nectet Dea mellea lauros,
Conſpicuæ Famæ pignora certa, tibi.

M. Godofredus Cundiſius Eccleſiæ Geringsvvaldenſis Paſtor.

VExerat à colchis Phryxæi velleris aurum
Nauta per Ionii cærula vaſta maris.


Mox

Mox id Apollineis condit Tritonia thecis,
Ingq; suo servat Flacca Camœno sinu.
Ast Ærugo notas, & noctem scabra vetustas
Affricat, & fœdum pigra Vacuna sinu.
Hinc studiosa mei rursum depurgat Alardi
Dextera, collustrans omnia sole novo.
Utq; perennimicum conservent illa nitorem,
Singula Pimpleo nectare texta lavat.
O tibi pro studiis, istisq; laboribus alba
De Phryxi Lacheſis vellere fata neat!

Christophorus Bulæus, Art. & Phil. Magister.



IN E



IN I. VALER. FLACC. LIBR. ÆGI-DII MASERII ARGUMENTUM.

LIvor agit Pelian, Phryxæo vellere fortem,
Qui replet Æsoniden, Argo, natosq; Deorum
Divarum auxilio longum in discrimè Iason
Apparat: augurioq; insignem lætus agresti
Persvadere fugam haut frustra conatur Acasto.
Æquoreum oblato placat libamine patrem,
Æsonides. Mopsusq; canit quæ certa tulerunt
Fata Deæ. miranda refert Phœbeius Idmon.
Ingemit Alcimede. grandævus lætior Æson
Fert animum. transtris scribuntur nomina. Acastus
Tollitur. unda fremit. dæsevit in Æsona crudus
Innocuum Pelias: matremq; & pigneta truncat.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER PRIMUS.

PRima Deûm magnis canimus freta pervia nautis,
Fatidicamq; ratem; Scythici quæ Phasidis oras
Ausa sequi, mediosq; inter juga concita cursus
Rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.

Phœbe mone; si Cymeæ mihi conscia vatis
Stat casta cortina domo; si laurea digna
Fronde viret. Tuq̃ ô, pelagi cui major aperti
Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit
Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos,
Eripe me populis, & habenti nubila terræ,
Sancte pater; veterumq̃ fave veneranda canenti
Facta virûm, versam proles tua pandit Idumen,
(Namq̃ potest) Solymo nigrantẽ pulvere fratrem,
Spargentemq̃ faces, & in omni turre furentem.
Ille tibi cultusq̃ Deûm, delubraq̃ genti
Instituet; cùm jam genitor lucebis ab omni
Parte poli: neq̃ enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Grajis Helice servanda magistris:
Seu tu signa dabis, seu te duce Græcia mittet,
Et Sidon, Niluſq̃ rates. nunc nostra serenus
Orsa juves; hæc ut Latias vox impleat urbes.
Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis:
Jam gravis, & longus populis metus: illius omnes,
Ionium quicunq̃ petunt: ille Othryn & Hemum,
Atq̃ imum felix versabat vomere Olympum.
Sed non ulla quies animo, fratriſq̃ paventi
Progeniem, divûmq̃ minas: hunc nam fore regi
Exitio vateſq̃ canunt, pecudumq̃ per aras
Terrifici monitus iterant: super ipsius ingens
Instat fama viri, virtusq̃ haud læta tyranno.
Ergo anteire metus, juvenemq̃ exstinguere pergit
Æsonium: letiq̃ vias, ac tempora versat.
Sed neq̃ bella videt, Graias neq̃ mõstra per urbes

Ulla:

Illa: Cleoneo jam tempora clausus hiatu
Alcides: olim Lernæ defensus ab angue
Arcas: & ambobus jam cornua fracta juvencis.
Ira maris, vastiq; placent discrimina ponti:
Cum juvenem tranquilla tuens, nec fronte timendus
Occupat: & fictis dat vultum & pondera dictis:
Hanc mihi militiam, veterũ quæ pulchrior actis,
Annue: daq; animum nostri de sanguine Phryxus
Cretheos ut patrias, audisti, effugerit aras.
Hunc ferus Æetes, Scythiam Phasimq; rigentem
Qui colit (heu magni Solis pudor) hospita vina
Inter, & attonitæ mactat sollemnia mensæ,
Nil nostri, divûmq; memor. non nuntia tantum
Fama refert: ipsum juvenẽ tam sæva gementem,
Ipsum ego, cùm servus fessos sopor alligat artus,
Adspicio: meq; assiduus lacera illius umbra
Quæstibus, & magni numen maris excitat Helle.
Si mihi, quæ quondam vires; vel pendere pœnas
Colchida jam, & regis caput hîc, atq; arma videres.
Olim annis ille ardor hebet: nec dum mea proles
Imperio, & belli rebus matura, mariq;.
Tu, cui jam curæq; vigent, animiq; viriles;
I decus: & pecoris Nephilæi vellera Grajo
Redde tholo: ac tantis temet dignare periclis.
Talibus hortatur juvenem, propiorq; jubenti
Conticuit, certus Scythico concurrere ponto
Cyaneas. tantoq; silet possessa dracone

Vellera; multifidas regis quem filia linguas
Vibrantem ex aditis cantu dapibusq; vocabat,
Et dabat hesterno liventia mella veneno.
Mox taciti patuere doli, nec vellera curæ
Esse viro; sed sese odiis inmania cogi
In freta. qua jussos sic tandem quærere Colchos
Arte queat? nunc aërii plantaria vellet
Persæos, aut curru, ut sævos frenasse dracones
Creditus; ignaras Cereris qui vomere terras
Imbuit: & flava quercum damnavit aristæ.
Heu quid agat? populumne levem, veteriq; tyranno
Infensum, atq; olim miserantes Æsona patres
Advocet? an socia Junone & Pallade fretus
Armisona, superet magis, & freta jussa capessat,
Si qua operis tanti domito consurgere ponto
Fama queat? tu sola animos mentemq; peruris,
Gloria: te viridem videt inmunemq; senectæ
Phasidis in ripa stantem, juvenesq; vocantem.
Tandem animi incœptũ confusaq; pectora firmat.
Relligio: tendensq; pias ad sidera palmas,
Omnipotens regina, inquit, quam turbidus atro
Æthera cæruleum quateret cùm Jupiter imbre,
Ipse ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
In campos & tuta tuli, nec credere quivi
Antè deam, quàm te tonitru nutuq; reposci
Conjugis, & subita raptam formidine vidi,
Da Scythiam Phasimq; mihi: tuq; innuba Pallas
Eripe me. vestris egomet tunc vellera templis

Illa

Illa dabo: dabit auratis & cornibus igni
Colla pater: niveiq3 greges altaria cingent.
Accepere deæ, celeriq3 per æthera lapsu
Diversas petiere vias. in mœnia pernix
Thespiaca ad carum Tritonia devolat Argum.
Moliri hunc puppem jubet, & demittere ferro
Robora: Peliacas & jam comes exit in undas.
At Juno Argolicas pariter, Macedûmq3 per urbes
Spargit, inexpertos tentare parentibus Austros
Æsoniden, jam stare ratem, remisq3 superbam
Poscere quos revehat, rebusq3 in secula tollat.
Omnis avet, quæ jam bellis spectataq3 fama,
Turba ducum, primæ seu quos in flore juventæ
Tentamenta tenent, nec dum data copia rerum.
At quibus arvorum studiumq3 insontis aratri;
Hos stimulant, magnaq3 ratem per lustra viasq3
Jussi laude canunt manifesto in lumine Fauni,
Silvarumq3 deæ, atq3 elatis cornibus amnes.
Protinus Inachiis ultro Tirynthius Argis
Advolat: Arcadio cujus flammata veneno
Tela puer, facileq3 humeris gaudentibus arcus
Gestat Hylas: velit ille quidem; sed dextera non-
dum
Par oneri, clavaq3 capax. quos talibus amens
Insequitur, solitosq3 novat Saturnia questus:
O utinam Grajæ rueret non omne juventæ
In nova fata decus: nostriq3 Eurystheos hæc nunc
Jussa forent: imbrem & tenebras, sævumq3 tri-
dentem

Jam jam ego & inviti torsissem conjugis ignem,
Hunc quoq; nec socium nostræ, columenvé carinæ
Esse velim: Herculeis nec me unquam fidere fas sit
Auxiliis; comiti & tantum debere superbo.
Dixit: & Hæmonias oculos detorquet ad undas
Fervere cuncta virûm cœtu, simul undiq; cernit
Delatum nemus, & docta resonare bipenni
Litora: jam pinus gracili dissolvere lamna
Thespiaden, jungiq; latus, lentoq; sequaces
Molliri videt igne trabes, remisq; paratis
Pallada velifero quærentem brachia malo.
Constitit ut longo moles non pervia ponto
Puppis; & ut tenues subiere latentia ceræ
Lumina; picturæ varios superaddit honores.
Hîc insperato Tyrrheni tergore piscis
Peleos in thalamos vehitur Thetis: æquora Delphin
Corripit: illa sedet dejecta in lumina palla;
Nec Jove majorem nasci suspirat Achillem.
Hanc Panope, Dotoq; soror, lætataq; fluctu
Prosequitur nudis pariter Galathea lacertis:
Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops.
Contrà ignis, viridiq; thorus de fronde dapesq;
Vinaq;, & æquoreos inter cum conjuge divos
Æacides, pulsatq; chelyn post pocula Chiron.
Parte alia Pholoe, multoq; insanus Iaccho
Rhœtus, & Atracia subitæ de virgine pugnæ:
Crateres mensæq; volant, aræq; deorum,

Pocu-

Poculaq; insignis veterum labor. optimus hasta
Hac Peleus; hac parte furens agnoscitur Æson.
Fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus: ardenti peragit Clanis Actora quercu:
Nigro Nessus equo fugit: acclinisq; tapetis
In mediis vacuo condit caput Hippasus auro.
Hæc quanquam miranda viris, stupet Æsone natus;
Et secum: Eu miseros nostrûm natosq; patresq;!
Haccine nos animæ faciles rate nubila contra
Mittimur? in solum nunc sæviet Æsona pontus?
Non juvenem in casus, eademq; pericula Acastum
Abripiam? invisæ Pelias freta tuta carinæ
Optet, & exoret nostris cum matribus undas.
Talia conanti lævum Jovis armiger æthra
Advenit: & validis fixam gerit unguibus agnam.
At procul è stabulis trepidi clamore sequuntur
Pastores, fremitusq; canum: citus occupat auras
Raptor; & Ægæi super effugit alta profundi.
Accipit augurium Æsonides, lætusq; superbi
Tecta petit Peliæ. prior huic tunc regia proles
Advolat, amplexus fraternaq; pectora jungens
Ductor ait; Non degeneres, ut reris, Acaste
Venimus ad quæstus: socium te jungere cœptis
Est animus. neq; enim Telamon, aut Canthus & Idas
Tyndareusq; puer mihi vellere dignior Helles.
O quantum terræ, quantum cognoscere cœli
Permissum est! pelagus quantos aperimus in usus!

Nunc forsan grave reris opus: sed læta recurret
Cum ratis; & caram cùm jam mihi reddet Iolchon;
Quis pudor heu nostros tibi tunc audire labores?
Quas referam visus tua per suspiria gentes?
Nec passus rex plura virûm. Sat multa parato,
In quæcunq; vocas; nec nos, ait, optime segnes
Credideris; patriisq; magis confidere regnis,
Quàm tibi; si primos duce te virtutis honores
Carpere; fraternæ si des accedere famæ.
Quin ego, ne qua metu nimio me cura parentis
Impediat, fallam ignarum; subitusq; paratis
Tunc adero; primas linquet cùm puppis harenas.
Dixerat. ille animos promissaq; talia lætus
Accipit: & gressus avidos ad litora vertit.
At ducis imperiis Minyæ, monituq; frequentes
Puppem humeris subeunt; & tento poplite proni
Decurrunt: intrantq; fretum: non clamor anhelis
Nauticus, aut blandus testudine defuit Orpheus.
Tum læti statuunt aras. tibi rector aquarum,
Summus honor: tibi cæruleis in litore vittis,
Et Zephyris, Glaucoq; bovem, Tethidiq; juvencam
Deicit Ancæus. non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.
Ipse ter æquoreo libans carchesia patri
Sic ait Æsonides: O qui spumantia nutu
Regna quatis, terrasq; salo complecteris omnes,
Da veniam. scio me cunctis è gentibus unum
Illicitas tentare vias, hiememq; mereri:

Sed

Sed non sponte feror: nec nunc mihi jungere mõtes
Mens tamẽ, aut summo deposcere fulmen Olympo,
Ne Peliæ te vota trahant. ille aspera jussa
Repperit, & Colchos in me luctumq; meorum.
Illum ego. tu tantùm non indignantibus undis
Hoc caput accipias; & pressam regibus alnum.
Sic fatus, pingui cumulat libamine flammam.
Protulit ut crinem densis luctatus in extis
Ignis; & adscendit salientia viscera tauri;
Ecce sacer, totusq; dei per litora Mopsus,
Immanis visu: vitamq; comamq; per auras
Surgentem, laurusq; rotat: vox reddita tandem
Vox horrenda viris. tum facta silentia vati:
Heu quæ nam adspicio! nostris modò concitus ausis
Æquoreos vocat ecce deos Neptunus, & ingens
Concilium: fremere, & legem defendere cuncti
Hortantur. sic amplexus, sic pectora fratris
Juno tenet: tuq; ô puppem ne desere Pallas:
Nunc patrui nunc flecte minas. cessere, ratemq;
Accepere mari. per quot discrimina rerum
Expedior! subita cur pulcher harundine crines
Velat Hylas? unde urna humeris? niveosq; per artus
Cæruleæ vestes? unde hæc tibi vulnera Pollux?
Quantus Io tumidis taurorum è naribus ignis!
Tollunt se galeæ, sulcisq; ex omnibus hastæ,
Et jam jamq; humeri quem circum vellera Martẽ
Aspicio? quæ nam aligeris secat anguibus auras
Cæde madens? quos ense ferit? miser eripe parvos

Æsonide: cerno & thalamos ardere jugales.
Jam dudum longa Minyas ambage, ducemq́
Terrificat: sed enim contrà Phœbeius Idmon
Non pallore viris, non ullo horrore comarum
Terribilis, plenus fatis, Phœboq́ quieto;
Cui genitor tribuit monitu prænoscere divûm
Omina, seu flammas, seu lubrica comminus exta,
Seu plenum certis interroget aëra pennis.
Sic sociis, Mopsoq́ canit: Quantum augur Apollo,
Flammaq́ prima docet; præduri plena laboris
Cerno equidẽ; patiens sed quæ ratis omnia vincet.
Ingentes durate animæ, dulcesq́ parentum
Tendite ad amplexus. lacrimæ cecidere canenti,
Quòd sibi jam clusos invenit in ignibus Argos.
Vix ea fatus erat; jungit cum talia ductor
Æsonius: Superûm quando consulta videtis,
O socii, quandoq́ datur spes maxima cœptis;
Vos quoq́ nunc vires, animosq́ afferte paternos.
Non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni,
Suspectivé doli: Deus hæc Deus omine dextro
Imperat. ipse suo voluit commercia mundo
Jupiter, & tantos hominum miscere labores.
Ite viri mecum, dubiisq́ evincite rebus;
Quæ meminisse juvet, nostrisq́ nepotibus instent.
Hanc verò socii venientem litore læti
Dulcibus alloquiis, ludoq́ educite noctem.
Paretur. molli juvenes funduntur in alga,
Conspicuusq́ thoris Tirynthius. exta ministri
Rapta simul verubus, Cererem q́ dedêre canistris:

Jamq́

Jamq; aderat summo decurrens vertice Chiron.
Clamantemq; patri procul ostendebat Achillem.
Ut puer ad notas erectum Pelea voces
Vidit; & ingenti tendentem brachia passu;
Assiluit, caraq; diu cervice pependit.
Illum nec valido spumantia pocula Baccho
Sollicitant: veteri nec conspicienda metallo
Signa tenent. stupet in ducibus: magnumq; sonantes
Haurit; & Herculeo fert comminus ora leoni.
Lætus at impliciti Peleus rapit oscula nati,
Suspicienq; polum, placido sic currere fluctu
Pelea vultis, ait, ventosq; optare ferentes;
Hoc superi servate caput. tu cetera Chiron
Da mihi. te parvus lituos & bella loquentem
Miretur: sub te puerilia tela magistro
Venator ferat: & nostram festinet ad hastam.
Omnibus inde magis calor additus: ire per altum
Magna mente volunt: Phryxi promittitur absens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.
Solvuit, & totum Minyis lætantibus undæ
Diduxere diem. sparguntur litore curvo
Lumina, nondum ullis terras monstrantia nautis.
Thracius hic noctem dulci testudine vates
Extrahit; ut steterit redimitus tempora vittis
Phryxus; & injustas contectus nubibus aras
Fugerit, Inoo linquens Athamanta Learcho;
Aureus ut juvenem miserantibus intulit undis
Vector, & astrictis ut sedit cornibus Helle.

Septem

Septem aurora vias, totidemq; peregerat vmbras
Luna polo: dirimiq; procul non æquore visa,
Cœperat à gemina descendere Sestos Abydo.
Hic soror Æoliden æuum mansura per omne
Deserit, heu sævæ nequiquam erepta novercæ.
Illa quidem fessis longè petit humida palmis
Vellera, sed bibulas urgenti pondere vestes
Unda trahit, læviq; manus labuntur ab auro.
Quis tibi Phryxe dolor, rapido cùm concitus æstu
Respiceres miseræ clamantia virginis ora,
Extremasq; manus, sparsosq; per æquora crines!
Jamq; mero ludoq; modus: positiq; quietis
Conticuere thoris: solus quibus ordine fusis
Impatiens somni ductor manet. hunc gravis Æson
Et pariter vigil Alcimede spectantq; tenentq;
Pleni oculis: illis placidi sermonis Iason
Suggerit affatus, turbataq; pectora mulcet.
Mox ubi victa gravi ceciderunt lumina somno,
Visa coronatæ fulgens tutela carinæ
Vocibus his instare duci: Dodonida quercum,
Chaoniiq; vides famulam Jovis; æquora tecum
Ingredior: nec fatidicis avellere silvis
Me, nisi promisso potuit Saturnia cœlo.
Tempus adest; age, rupe moras, dumq; æquore toto
Currimus, incertus si nubila duxerit æther:
Jam nunc mitte metus, fidens superisq; mihiq;.
Dixerat. ille pavens, læto quanquam omine divum,

Pro-

Prosiluit stratis: Minyas simul obtulit omnes
Alma novo crispans pelagus Titonia Phœbo.
Discurrunt transtris: hi celso cornua malo
Expediunt: alii tonsas in marmore summo
Prætentant: prora funem legit Argus ab alta.
Increscunt matrum gemitus: & fortia languent
Corda patrum. longis flentes amplexibus hærent.
Vox tamen Alcimedes planctus super eminet omnes:
Femineis tantum illa furens ululatibus obstat;
Obruat Idæam quantum tuba Martia buxum.
Fatur & hæc: Nate indignos aditure labores,
Dividimur: nec ad hos animum componere casus
Ante datum; sed bella tibi terrasq; timebam:
Vota aliis facienda deis. si fata reducunt
Te mihi, si trepidis placabile matribus æquor;
Possum equidem lucemq; pati, longumq; timorẽ:
Sin aliud fortuna parat; miserere parentum.
Mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor. hei mihi Colchos
Unde ego, & avecti timuissem vellera Phryxi?
Quos jam mente dies, quàm sæva insomnia curis
Prospicio! quotiens raucos ad litoris ictus
Deficiam, Scythicum metuens pontumq; polumq;;
Nec de te credam nostris ingrata serenis!
Da precor amplexus, hæsuraq; verba relinque
Auribus, & dulci jam nunc preme lumina dextra.
Talibus Alcimede mœret. sed fortior Æson
Attollens dictis animos: O si mihi sanguis,

Quan-

Quantus erat, cùm ſigniferum cratera minantem
Non leviore Pholum manus hæc compeſcuit aura:
Primus in æratis poſuiſſem puppibus arma,
Concuſſoq; ratem gauderem tollere remo.
Sed patriæ valuere preces, auditaq; magnis
Vota deis; ut dent noſtro tot in æquore reges,
Teq; ducem: tales, tales ego ducere ſvetus,
Atq; ſequi: nunc ille dies (det Jupiter oro)
Ille ſuper, quo te Scythici regisq; mariſq;
Victorem, atq; humeros ardentem vellere rapto,
Accipiam, cedantq; tuæ mea facta juventæ.
Sic ait. ille ſuo collapſam pectore matrem,
Suſtinuit: magnaq; ſenem cervice recepit.
Et jam finis erat. Zephyrumq; ratemq; morantes,
Soluerat amplexus triſti tuba tertia ſigno.
Dant remo ſua quisq; viri, dant nomina tranſtris.
Hinc lævum Telamon pelagus tenet: altior inde
Occupat Alcides aliud mare: cetera pubes
Dividitur. celer Aſterion, quem matre carentem
Criſtatus gemino fovit pater amne Cometes;
Segnior Appidani vires ubi ſentit Enipeus:
Nititur. hinc Talaus, fratriſq; Leodocus urget
Remo terga ſui, quos nobile contulit Argos.
Hinc quoq; miſſus adeſt, quamvis arcentibus Idæ
Alitibus; ſed turpe viro timuiſſe futura.
Hic & Naubulides tortas inſurgit in undas
Iphitus: hic patrium frangit Neptunius æquor,
Qui tenet undiſonam Pſamathen, ſemperq; patentem.

Tana-

Tænaron Euphemus: molliq; à litore Pellæ
Deucalion certus jaculis, & comminus enſe
Nobilis Amphion; pariter quos edidit Hypſo
Nec potuit ſimiles voluitvè ediſcere vultus.
Tum valida Climenus percuſſo pectore tonſa,
Frater & Iphiclus puppem trahit: & face ſæva
In tua mox Danaos acturus ſaxa Caphareu
Nauplius: & tortum non à Jove fulmen Oileus
Qui gemet, Euboicas nato ſtridente per undas:
Quiq; Erymanthæi ſudantem pondere monſtri
Amphitryoniaden, Tegeæo limine Cepheus
Juvit: & Amphidamas. at frater plenior actis,
Maluit Ancæo vellus contingere Phryxi.
Tectus & Eurytion ſervato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.
Te quoq; Theſſalicæ Neſtor rapit in freta puppis
Famas; Mycenæis olim qui candida velis
Æquora, nec ſtantes mirabere mille magiſtros.
Hic vatis Phœbiq; fides non vana parentis
Mopſus; puniceo cui circumfuſa coturno
Palla imos ferit alba pedes, vittataq; frontem
Caſſis, & in ſummo laurus Peneïa cono.
Quin etiam Herculeo conſurgit ab ordine Tydeus;
Nelideſq; Periclimenus: quem parva Methone
Et levis Elis equis, & fluctibus obvius Aulon,
Cæſtibus adverſos viderunt frangere vultus.
Tu quoq; Phryxæos remo Pœantie Colchos
Bis Lemnon viſure petis, nunc cuſpide patris
Inclytus, Herculeas olim moture ſagittas.

Proxi-

Proximus hinc Butes Actæis dives ab oris:
Innumeras nam claudit apes, longaq; superbus
Fuscat nube diem; dum plenas nectare cellas
Pandit, & in dulcem reges dimittit Hymeton.
Insequeris, casusq; tuos expressa Phalere
Arma geris; vacua nam lapsus ab arbore parvũ
Te quater ardenti tergo circumvenit anguis:
Stat procul intendens dubium pater anxius arcũ.
Tum cælata metus alios gerit arma Eribotes.
Nec Peleus fretus soceris & conjuge diva
Defuit. at prora splendet tua cuspis ab alta
Æacide: tantum hæc altis excelsior hastis;
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.
Linquit & Actorides natum Chironis in antro;
Ut socius caro pariter meditetur Achilli
Fila lyræ; pariterq; leves puer incitet hastas:
Discat eques placidi conscendere terga magistri.
Et, quem fama genus non est decepta Lyæi,
Phlias immissus patrios de vertice crines.
Nec timet Ancæum genitrix committere ponto;
Plena tulit quem rege maris. securus in æquor
Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur:
Qui maris insidias, claræ qui sidera noctis
Norit, & è clausis quem destinet Æolus antris;
Non metuat cui regna ratis, cui tradere cœlum
Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto.
Taurea vulnifico portat cælataq; plumbo
Terga Lacon: salsem in vacuos ut brachia ventos
Spargat. & Oebalium Pagasæia puppis alumnum

Spectet

Spectet, securo celebrantem litora ludo.
Oraq; Thessalico melior contundere freno,
Vectorem pavidæ Castor dum quæreret Helles,
Passus Amyclea pingueſcere Cyllaron herba.
Illis Tenareo pariter tremit ignea fuco
Purpura; quod gemina mater ſpectabile tela
Duxit opus: bis Taygeton ſilvaſq; comantes
Struxerat: Eurotan molli bis fuderat auro.
Quemq; ſuus ſonipes niveo de ſtamine portat,
Et volat amborum patrius de pectore cygnus.
At tibi collectas ſolvit, jam fibula veſtes,
Oſtenditq; humeros fortes, ſpaciumq; ſuperbi
Pectoris, Herculeis æquum Meleagre lacertis.
Hinc numeroſa phalanx, proles Cyllenia: certus
Æthalides ſubitas nervo redeunte ſagittas
Cogere: tu medios gladio bonus ire per hoſtes
Euryte: nec patrio Minyis ignobilis uſu,
Nuntia verba ducis populis qui reddit Echion.
Sed non, Iphi, tuis Argo reditura lacertis;
Heu celerem Scythica te mœſta relinquet harena,
Ceſſantemq; tuo lugebit in ordine remum.
Te quoq; dant campi tanto paſtore Pheræi
Felices Admete: tuis nam pendit in aruis
Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu.
Ah quotiens famulo notis ſoror obvia ſilvis
Flevit, ubi Oſſeæ captaret frigora quercus,
Perderet & pingui miſeros Bœbeide crines!
Inſurgit tranſtris, & remo Nerea verſat
Canthus, in Æeo volvet quem barbara cuſpis

Pulvere. at interea clari decus adjacet orbis,
Quem genitor gestabat Abas: secat aurea fluctu
Tegmina, Chalcidicas fugiens Euripus harenas.
Celsaq; semiferùm contorquens frena luporum,
Surgis ab ostrifero medius Neptune Geræsto.
Et tibi, Palladia pinu, Polypheme revecto
Ante urbem ardentis restat deprendere patris
Relliquias: multum famulis pia justa moratis,
Si venias. breviore petit jam cærula remo,
Occupat & longè sua transtra novissimus Idas.
At frater magnos Lynceus servatur in usus;
Quem tulit Arene: possit qui rumpere terras,
Et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
Fluctibus è mediis terras dabit ille magistro,
Et dabit astra ratis; cumq; æthera Jupiter umbra
Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.
Quin & Cecropiæ proles vacat Orithyiæ,
Temperet ut tremulos Zetes, fraterq; Ceruchos.
Nec verò Othryssius transtris impeditur Orpheus,
Aut pontum remo subigit: sed carmine tonsas
Ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.
Donat & Iphiclo pelagus, juvenumq; labores
Æsonides; fessum Phylace quem miserat ævo,
Nonjam operum in partem; monitus sed tradat ut acres,
Magnorumq; viros qui laudibus urat avorum.
Arge tuæ tibi cura ratis: te mœnia doctum
Thespia Palladio dant munere: sors tibi, ne qua
Parte trahat tacitum puppis mare; fissaq; fluctu

Vel

Vel picè vel molli concludere vulnera cœra.
Pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades; felix, stellis qui signibus usum,
Et dedit æquoreos cœlo duce tendere cursus.
Ecce per obliqui rapidum compendia montis
Ductor avens lætusq; dolis, agnoscit Acastum
Horrentem jaculis, & parmæ luce coruscum.
Ille ut se mediæ, per scuta virosq;, carinæ
Intulit; ardenti Æsonides retinacula ferro
Abscidit. haud aliter saltus, vastataq; pernix
Venator cùm lustra fugit: dominoq; timentem
Urget equum, teneras complexus pectore tygres,
Quas æstu rapuit pavido, dum sæva relictis
Mater in adversò catulis venatur Amano.
Ut pariter propulsa ratis; stant litore matres,
Claraq; vela oculis, percussaq; sole sequuntur
Scuta virûm: donec jam celsior arbore pontus,
Immensusq; ratem spectantibus abstulit aër.
Siderea tunc arce pater pulcherrima Grajûm
Cœpta tuens, tantâmq; operis consurgere molem,
Lætatur: patrii neq; enim probat otia regni.
Una omnes gaudent superi, venturaq; mundo
Tempora, quæq; vias cernunt sibi crescere Partæ.
Sed non & Scythici genitor discrimine nati
Intrepidus, tales fudit Sol pectore voces:
Summe sator, cui nostra dies, voluentibus annis,
Tot peragit, reficitq; vices: tuane ista voluntas?
Graiaq; nunc undis, duce te, nutuq; secundo
It ratis? an meritos fas est mihi rumpere questus?

Hoc metuens, & ne qua foret manus invida nato,
Non mediæ telluris opes, non improba legi
Divitis arva plagæ: teneant uberrima Teucer,
Et Lybis, & vestri Pelopis domus: horrida sævo
Quæ premis arva gelu, strictosq; in sedibus amnes,
Cederet his etiam; & sese sine honore referret
Ulterius: sed nube rigens ac nescia regum
Stat super, & nostros jam zona reverberat ignes.
Quid regio immanis, quid Barbarus amnibus illis
Phasis, & adversis proles mea gentibus obstat?
Quid Minyæ meruere queri? num vellere Grajo
Vi potitur? profugo quin agmina jungere Phryxo
Annuit; Inoas ultro nec venit ad aras:
Imperii sed parte virum, natæq; moratus
Conjugio, videt è grata nunc stirpe nepotes:
Et generos vocat, & junctas sibi sanguine terras.
Flecte ratem, motusq; pater; nec vulnere nostro
Æquora pande viris: veteris sat conscia luctus
Silva Padi, & viso flentes genitore sorores.
Affremit his, quassatq; caput, qui vellera dono
Bellipotens sibi fixa videt: tentataq; contra
Pallas: & amborum gemuit Saturnia questus.
Tum genitor: Vetera hæc nobis & condita pergunt
Ordine cuncta suo, rerumq; à principe cursu
Fixa manent: neq; enim terris tum sanguis in ullis
Noster erat, cùm fata darem; justiq; facultas
Hæc mihi, ut hinc varios struerē per sæcula reges.
Utq; ego curarum repetam decreta mearum;

Jam

Jam pridem regio, quæ virginis æquor ad Helles
Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro;
Undat equis, floretq; viris: nec tollere contra
Ulla pares animos, nomenq; capeſcere bellis.
Auſa manus: ſic fata, locos, ſic ipſe fovebam.
Accelerat ſed ſumma dies, Aſiamq; labantem
Linquimus, & poſcunt jam me ſua tempora Graji;
Inde meæ quercus, tripodeſq;, animæq; parentum
Hanc pelago misêre manum: via facta per undas,
Perq; hiemes Bellona tibi: nec vellera tantùm
Indignanda manent; proprior de virgine rapta
Ille dolor; ſed nulla magis ſententia menti
Fixa meæ: veniet Phrygia nam paſtor ab Ida,
Qui gemitus, iraſque pares, & mutua Graiis
Dona ferat. quæ claſſe dehinc effuſa procorum
Bella, quot ad Trojam flentes hiberna Mycenas,
Quot proceres, natoſque Deûm; quæ robora cernes
Oppetere, & magnis Aſiam concedere fatis!
Hinc Danaûm de fine ſedet: gentesque fovebo
Mox alias: pateant montes ſilvæque lacuſque,
Cunctaque clauſtra maris; ſpes & metus omnibus eſto.
Arbiter ipſe locos, terrenaque ſumma movebo:
Expediar, quæ nam populis longiſſima cunctis
Regna velim, linquamque datas ubi certus habenas.
Tunc oculos Ægæa refert ad cærula, robur
Herculeum, Ledæque tuens genus; atq; ita fatur:
Tendite in aſtra viri: me primum regia mundo

Iapeti post bella, truces Phlegræque labores
Imposuit: durum vobis iter, & grave cœli
Institui. sic ecce meus, sic orbe peracto
Liber, & expertus terras remeavit Apollo.
Dixit, & ingenti flammantem nubila sulco
Direxit per inane facem: quæ puppe propinqua.
In bifidum discessit iter, fratresque petivit
Tyndareos: placida & mediis in frontibus hæsit
Protinus amborum; lumenque innoxia fundit
Purpureum: miseris olim implorabile nautis.
Interea medio sævus permissa profundo
Carbasa, Pangæa Boreas speculatus ab arce:
Continuò Æoliam, Tyrrhenaque tendit ad antra
Concitus. omne dei rapidis nemus ingemit alis:
Strata Ceres: motusque niger sub præpete pontus.
Æquore Trinacrio, refugique à parte Pelori,
Stat rupes horrenda fretis: quot in æthera surgit
Molibus; infernas totiens demissa sub undas.
Nec scopulos, aut antra minor juxtà altera tellus
Cernitur: illam Achamas habitat, nudusque Pyragmon.
Has nimbi, ventique domos, & naufraga servat
Tempestas: hinc in terras latumque profundum
Est iter: hinc olim soliti miscere polumque
Infelixque fretum (neq; enim tunc Æolus illis
Rector erat, Libya cùm rumperet advena Calpen
Oceanus, cùm flens Siculos Oenotria fines
Perderet, & mediis intrarent montibus undæ)
Intonuit, donec pavidis ex æthere ventis

Omnes

Omnipotens, regemque dedit, quem jussa vereri
Sæva cohors: in monte chalybs iterataque muris
Saxa, domant Euros. cùm jam prohibere frementũ
Ora nequit rex, tunc aditus & claustra refringit
Ipse volens, placatque data fera murmura porta.
Nuntius hunc solio Boreas proturbat ab alto:
Pangæa quod ab arce nefas, ait, Æole vidi!
Graja novam ferro molem commenta juventus
Pergit, & ingenti gaudens domat æquora velo:
Nec mihi libertas imis freta tollere harenis;
Qualis eram, nondum vinclis & carcere clausus:
Hinc animi, structæque viris fiducia puppis,
Quod Borean sub rege vident. da mergere Grajos,
Insanamque ratem: nil me mea pectora tangunt,
Tantùm hominum compesce minas; dum litora juxta
Thessala, nec dum aliæ viderunt carbasa terræ.
Dixerat. at cuncti fremere intus, & æquora venti
Poscere. tum valido contortam turbine portam
Impulit Hippotadès. fundunt se carcere læti
Thraces equi, Zephyrusque, & nocti concolor alas
Nimborum cum prole Notus; crinemque procellis
Hispidus, & multa flavus caput Eurus harena.
Induxere hiemem; raucoque ad litora tractu
Unanimi freta curva ferunt: nec sola tridentis
Regna movent, vasto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceoque premit nox omnia cœlo.
Excussi manibus remi; conversaque frontem
Puppis in obliquam resonat: latus accipit ictus:

Vela super tremulum subitus volitantia malum
Turbo rapit: qui tũ Minyis trepidantibus horror
Cùm picei fulsere poli, pavidamq; coruscæ
Ante ratem cecidere faces, antennaq; lævo
Prona dehiscentem cornu cùm sustulit undam?
Non hiemem, missosq; putant consurgere ventos
Ignari, sed tale fretum. tum murmure mœsto:
Hoc erat illicitas temerare rudentibus undas,
Quod nostri timuere patres: vix litore puppim
Soluimus, & quanto fremitu se sustulit Ægon!
Hoccine Cyaneæ concurrunt æquore cautes?
Tristius an miseris superest mare? linquite terræ
Spem pelagi, sacrosq; iterum seponite fluctus.
Hæc iterant segni flentes occumbere leto.
Magnanimus spectat pharetras, & inutile robur
Amphitryoniades: miscent suprema paventes
Verba alii, junguntque manus, atque ora fatigant:
Aspectu tota in misero cùm protinus alnus
Soluitur, & vasto puppis mare sorbet hiatu.
Illam huc atq; illuc nunc torquens verberat Eurus
Nunc stridens Zephyris aufert Notus: undiq; fervent
Æquora: cùm subitus trifida Neptunus in hasta
Cæruleum fundo caput extulit. hanc mihi Pallas,
Et soror hanc, inquit, mulcens mea pectora fletu
Abstulerint; veniant Phariæ Tyriæq; carinæ:
Permissumq; putent: quotiens mox rapta videbo
Vela Notis, plenasq; malis clamoribus undas!

Non

Non meus Orion, aut sævus Pliade taurus
Mortis causa novæ; miseris tu gentibus Argo
Fata paras: nec tam merito tibi, Typhi, quietum
Illa parens volet Elysium, manesq; piorum.
Hæc ait, & pontum pater ac turbata reponit
Litora, depellitq; Notos; quos cærulus horror
Et madido gravis unda sinu, longeq; secutus
Imber, ad Æoliæ tendunt simul æquora portæ.
Emicuit reserata dies: cœlumq; resoluit
Arcus: & in summos redierunt nubila montes.
Jam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imo
Et Tethis, & magnis Nereus socer erigit ulnis.
Ergò humeros ductor sacro velatur amictu,
Æsoniamq; capit pateram: quã munere gaudens
Liquerat hospitio, pharetraq; rependerat auro
Salmoneus: non dum ille furens; cùm fingeret alti
Quadrifida trabe tela Jovis, contraq; ruentem
Aut Athon, aut Rhodopen; mœstæ nemora arduа Pisæ
Æmulus & miseros ipse ureret Elidis agros.
Hac pelago libat latices, & talibus infit:
Di, quibus undarum tempestatisq; sonoræ
Imperium, & magno penitus par regia cœlo:
Tuq; fretum divosq; pater sortite biformes:
Seu casus nox ista fuit; seu voluitur axis,
Ut superûm sic staret opus; tolliq; vicissim
Pontus habet; seu te subitæ nova puppis imago

Armorumq; hominumq; truces consurgere in iras
Impulit: heu luerim satis, & tua numina rector
Jam fuerint meliora mihi. da reddere terris
Has animas, patriæq; amplecti limina portæ.
Tum quocunq; loco meritas tibi plurimus aras
Pascet honos, ubicunq; rotis horrendus equisve
Stas pater. atq; ingens utrimq; fluentia Triton
Frena tenet: tantum nostras concede per urbes.
Dixerat hæc. oritur clamor, dextraq; sequentum
Verba ducis. sic cùm stabulis & messibus ingens
Ira deûm, & Calabri populator sirius arui
Incubuit; coit agrestum manus insciа priscæ
In nemus, & miseris dictat pia vota sacerdos.
Ecce autem molli Zephyros descendere lapsu
Aspiciunt; volat immissis cava pinus habenis,
Infinditq; salicm, & spumas vomit ære tridenti.
Tiphys agit, tacitiq; sedent ad jussa ministri,
Qualiter ad summi solium Jovis, omnia circùm
Prona, parata deo, ventiq;, imbresq;, nivesq;,
Fulguraque, & tonitrus, & adhuc in fontibus amnes.
At subitus, curaq; ducem metus acrior omni,
Mensq; mali præsaga quatit; quòd regis adortus
Progeniem, raptoq; dolis crudelis Acasto,
Cetera nuda neci, medioq; in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem vallaverit armis.
Ipse procul nunc tuta tenens; ruat omnis in illos
Quippe furor; nec vana pavet, trepidatq; futuris.
Sævit atrox Pelias, inimicaq; vertice ab alto

Vela

Vela videt: nec qua se ardens effundere possit:
Nil animi, nil regna juvant. fremit obice ponti
Clausa cohors, telisq; salum facibusq; coruscat.
Haud secus, arisona volucer cùm Dædalus ora
Prosiliit, juxtaq; comes brevioribus alis,
Nube nova linquente domos; Mineia frustra
Infremuit manus, & visu lassatur inani:
Omnis equis plenisq; redit cortina pharetris,
Quin etiam in thalamis, primoq; in limine Acasti
Fusus humo, juvenis gressus & inania signa
Ore premit, sparsisq; legens vestigia canis;
Te quoque jam mœsti forsan genitoris imago
Nate, ait, & luctus subeunt suspiria nostri.
Jamq; dolos, circumq; trucis discrimina leti
Mille vides: qua te infelix, quibus insequar oris?
Non Scythicas ferus ille domos, nec ad ostia ponti
Tendit iter; falsæ sed captum laudis amore
Te puer in nostræ durus tormenta senectæ
Nunc lacerat. celsis an si freta puppibus essent
Pervia, non ultrò juvenes classemq; dedissem?
O domus, o freti nequiquam prole nepotes.
Dixit, & extemplo Furiis, iraq; minaci
Terribilis, sunt hîc etiam tua vulnera prædo,
Sunt lacrimæ, carusque parens. simul ædibus altis
Itq; reditq; fremens, rerumq; asperrima versat.
Bistonas ad meritos cùm cornua sæva Thyoneus
Torsit, & infelix jam mille furoribus Hæmus,

Jam

Jam Rhodopes nemora alta gemunt: talem incita longis
Porticibus, conjunxq; fugit, natiq; Ligurgum.
Tartareo tum sacra Jovi, Stygiisq; ferebat
Manibus Alcimede, tanto super anxia nato,
Si quid ab excitis melius prænosceret umbris.
Ipsum etiam, curisq; parem, talesq; prementem
Corde metus, ducit facilem tamen, Æsona conjunx.
In scrobibus cruor, & largus Phlegethontis operti
Stagnat honos, sævoque vocat grandæva tumultu
Thessalis exanimes atavos, magnæque nepotem
Pleiones. & iam tenues ad carmina vultus
Extulerat, mœstosque tuens natumque nurumque,
Talia libato pandebat sanguine Cretheus:
Mitte metus, volat ille mari: quantumque propinquat,
Jam magis atq; magis, variis stupet acta deorum
Prodigiis: quatiuntque truces oracula Colchos.
Heu quibus ingreditur fatis! qui gentibus horror
Pergit! mox Scythiæ spoliis nuribusque superbus
Adveniet. cuperem ipse graves tu rumpere terras.
Sed tibi triste nefas, fraternaque turbidus arma
Rex parat, & sævos irarum concipit ignes.
Quin rapis hanc animam, & famulos citus effugis artus:
I, meus es. jam te in lucos pia turba silentum,
Secretisque ciet volitans pater Æolus antris.
Horruit interea famulum clamore supremo

Mœsta

Mœsta domus: regemque fragor per mœnia defert.
Mille ciere manus, & jam dare jussa vocatis.
Flagrantes aras vestemque nemusque sacerdos
Præcipitat, subitisq; pavens circumspicit Æson
Quid moveat. quam multa leo cunctatus in arta
Mole virûm, rictuque genas & lumina pressit.
Sic curæ subiere ducem, ferrum ne capessat
Imbelle, atque ævi senior gestamina primi;
An patres regnique acuat mutabile vulgus.
Contra effusa manus, hærensque in pectore conjunx:
Me quoque, ait, casus, comitem, quicunq; propinquat,
Accipies; nec fata traham, natumq; videbo
Te sine: sat cœli patiens, cùm prima per altum
Vela dedit, potui quæ tantum ferre dolorem.
Talia per lacrimas, & jam circumspicit Æson,
Præveniat quo fine minas, quo fata capessat
Digna satis: magnos obitus natumq; domumq;
Et genus Æolium, pugnataq; poscere bella.
Est etiam ante oculos ævi rudis altera proles,
Ingentes animos, & fortia discere facta
Quem velit, atq; olim leti meminisse paterni.
Ergo sacra novat. Veteris sub nocte cupressi
Sordidus: & multa pallens ferrugine taurus
Stabat adhuc: cui cæruleæ per cornua vittæ,
Et taxi frons hirta comis: ipse æger, anhelans,
Impatiensq; loci, visaq; exterritus umbra.
Hunc sibi præcipuum, gentis de more nefandæ,

Thes-

Thessalis in seros Ditis servaverat usus.
Tergeminā tum placat heram, Stygiasq; suprem
Obsecrat igne domos: jam jam exorabile retro
Carmen agens. neque enim ante leves niger avo-
hit umbras
Portitor, & cunctæ primis stant faucibus orci.
Illum ubi terrifici supereſſe in tempore sacri
Conspexit; statuit leto, supremaq; fatur,
Ipse manu tangens damnati cornua tauri:
Vos, quibus imperium Jovis, & non segne peracti
Lucis iter, mihi consiliis, mihi cognita bellis
Nomina, magnorum fama sacrata nepotum:
Tuq; excite parens umbris, ut nostra videres
Funera, & oblitos superûm paterere dolores;
Da placidæ mihi sedis iter; meq; hostia vestris
Conciliet præmissa locis. tu nuntia sontum
Virgo Jovi, terras oculis quæ prospicis æquis;
Ultriceſq; deæ, fasq;, & grandæva furorum
Pœna parens, meritis regi succedite tectis,
Et sævas inferte faces. sacer effera raptet
Corda pavor. nec sola mei gravia affore nati
Arma, ratemq; putet, classes & pontica signa;
Atq; indignatos temerato litore reges
Mente agitet, semperq; metu decurrat ad undas
Arma ciens; mors sera viam, tentataq; claudat
Effugia, & nostras nequeat præcurrere Diras:
Sed reduces jam jamq; viros, auroq; coruscum
Cernat iter. stabo insultans, & ovantia contrà
Ora, manusq; feram: tum, vobis si quod inausum

Arca-

Arcanumq; nefas, & adhuc incondita leti
Sors superest; date fallaci pudibunda senectæ
Exitia, indecoresq; obitus: non Marte, nec armis,
Aut nati precor ille mei dignatus ut umquam
Ense cadat; quin fida manus, quin cara suorum
Diripiat, lacerετq; senem; nec membra sepulcro
Contegat: hæc nostet de rege piacula sanguis
Sumat, & heu cunctæ, quas misit in æquora, gentes,
Astitit, & nigro fumantia pocula tabo
Contigit ipsa gravi furiarum maxima dextra.
Illæ avidæ exceptum pateris hausere cruorem.
Fit fragor: irrumpunt sonitu, qui sæva ferebant
Imperia, & strictos jussis regalibus enses.
In media jam morte senes, suffectaq; leto
Lumina, & undanti revomentes veste cruorem
Conspiciunt: primoq; rudem sub limine rerum
Te puer, & visa pallentem morte parentum,
Diripiunt, addunt q; tuis. procul horruit Æson
Excedens, memoremque tulit sub nubibus umbram.
Cardine sub nostro rebusq; abscissa supernis
Tartarei sedet aula patris: non illa ruenti
Accessura polo, victam si voluere molem.
Ingenti jacet ore Chaos; quod pondere fessam
Materiem, lapsumq; queat consumere mundum.
Hic geminæ æternum portæ: quarum altera dura
Semper lege patens, populos regesq; receptat;

Ast

Ast aliam tentare nefas, & tendere contrà;
Rara & sponte patet; si quando pectore ductor
Vulnera nota gerens, galeis præfixa rotisq;
Cui domus, aut studium mortales pellere curas,
Culta fides, longè metus, atq; ignota cupido:
Seu venit in vittis, castaq; in veste sacerdos;
Quos omnes lenis plantis & lampada quassans
Progenies Atlantis agit. lucet via latè
Igne dei: donec silvas, & amœna piorum
Deveniant, camposq;, ubi Sol, totumq; per annum
Durat aprica dies, thyasiq;, choriq; virorum,
Carminaq;, & quorum populis jam nulla cupido.
Has pater in sedes, æternaq; mœnia natum,
Inducitq; nurum tum, porta quanta sinistra
Pœna, docet, maneat Pelian, quo limine monstrat.
Mirantur tantos strepitus, turbamq; ruentem,
Et loca, & infernos almæ virtutis honores.

LAMP. ALARDI IN VALER. FLACCI *ARGONAUTICON LIBR. I. NOTÆ.*

VERS. I. PRIMA DEÛM MAGNIS CANIMUS FRETA PERVIA NAUTIS) Mirè frontispicium operis Valeriani à Grammaticis, ipso etiam Scaligero lib. VI. Poetic. exagitatur. Joann. Scoppa apud nullum autorem se legere meminit, qui fuerint Magni nautæ Deûm, ideoq; audaci calamo emendat: Natis. Ridiculè! Aldus hunc secutus item Natis substituit: Grotius item ad Scaligerum vel potius Aratum. Et eam sententiam plerique hactenus amplexi. Ego constanter Magnis Deûm nautis legendum censeo. DEORUM ENIM SUNT: quia apud veteres maria & freta Deorum vi regi credebantur. *Virg. lib. V.*

Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora verro.

Statius Papinius Achilleid. I.

Ex quo jura freti majestatemq; repostam
Rupit Jasoniâ puppis Pegasæa carinâ.

Pedo apud Senec. Trag.

——— ——— *aliena quid æquora remis*
Et sacras violamus aquas, Divûmq; quietas
Turbamus sedes?

Sunt ergo Deûm nautæ quia eorum imperio Minyæ iverunt ad iter & pontum aperiendum. Noster lib. V. v. 502.

——— ——— *Deûmq;*
Nos genus atq; ratem magnæ sensere Minervæ.

Et Pallas apud eundem v. 661. d. libr.

Juvimus & magnis aliquâ spem movimus ausis

Hinc fatalis militia Hygino fab. XIV. *Hic augurio prudens quamvis prædicentibus avibus mortem sibi denunciari intellexit: fatali tamen militia non defuit.* Sic freta non nulla innavigabilia Deorum potestate teneri dicebant, ne ab hominibus navigarentur. Arrianus in fine Periplus Erythræi: τὰ δὲ μέχρι τούτου τοῦ τόπου τάτας ἀλόπι ὑποβολὰς χειμώνων καὶ πάγους μεγίστους δυσβάτους τόπους εἶπε καὶ θεία τις δυνάμει θεῶν ἀφορισθῆναι ἔοικεν. Nec minus Imperium undarum Deis, quam cœli ipsius esse arbitrabantur. Noster hoc libro:

Dii quibus undarum tempestatisq; sonoræ
Imperium, & magno penitus par regia cœlo.

MAGNIS autem rectè dicitur; quia quod Deorum erat Sacrum habebatur, ideoq, Magnum. Poni enim Sacrum pro Magno etiam Medicorum filii norunt et Anatomicis, qui *Os Magnum* corporis humani, vocant *Sacrum*. Sed audi Scholiasten Apollonii lib. I. ad vers. 1019. ἱερὰ δὲ φασίγασιν, τὰ μεγάλα, *inquit*, δ' φάμεν ἱερὰ καὶ καλὰ φασιν· ὡς καὶ τὰς Ελευσύνας, Εὐμολπίδας καὶ τὴν Δημήτερα, λέγεσιν· οἱ δὲ καὶ νόσον ἱερὰν ἐκάλεσαν, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ψοῦδόμοι ἱερὰν φημίζομεν. Et huc facit illud Alcinoi Pareng. lib. IIX c. 8. *Magnum, inquit, diem appellamus qui longis periculosisq; laboribus finem imponit, quod celebre valdè in hominum memoriâ versetur.* Cornel. Tacitus in vitâ Agric. *Transigite cum expeditionibus imponite annis quinquaginta Magnum diem.* Eâdem ratione magni Nautas dicit Valer. qui primi navigare cœperunt. Et quid si Natis hîc legeremus? Numquid enim Jasonis comites ejus, soli vel præcipui nati Deorum fuerunt ut Magni appellarentur, præ reliquis? Ridiculum. PRIMA ponitur, pro primitùs vel primò. Græcis enim adver-

adverbii usum neutro genere pronunciari nemo non novit, qui parum etiam Græcè novit. Τὰ πρῶτα, inquit, *vel prima*, quod scil: maria quæ primùm soli Dii trajicere poterant, hominibus quoq; pervia esse cœperunt.

V. 2. FATIDICAMQUE RATEM) Fatidicum loquax & πολύγλωσσον dicitur, ut observavit J. Parrhasius. Habebat enim navis Argo Loquacem Malum è quercu Dodonæâ, quæ Minyis loquebatur. Vide Apollon. lib. I. & IV. Et meminerunt ejus rei Lycophron Cassandrâ p. 90. Philostratus in imaginibus. Sophocles Trachiniis. Æschylus citante Philone in tractatu, πάντα πρόδηλον &c.

Πῶς δ' ἐστὶν Ἀργῦς ἱερὸν αὐδάζον ξύλον.

Orpheus: ὄλκαλον Ἀργὼ & λάλον τέγος appellat. Senec. Medeâ:

Orpheus tacuit torpente lyrâ
Ipsaq; vocem perdidit Argo.

Claud. in Panegyr.

——— ——— *rursusq; locutæ*
Intè Chaoniæ moverunt carmina quercus.

Idem alibi:

——— ——— *licet omnia vates*
In majus celebrata ferant, ipsamq; secandis
Argoïs trabibus jactent sudasse Minervam,
Nec nemoris tantum vinxisse carentia sensu
Robora, sed cæso Tomuri Jovis augure luco,
Arbore præsagâ tabulas animasse loquaces.

V. 3. AUSA SEQUI) ad imitationem Virgilii est. Ille enim lib. V.

Italiam sequimur fugientem & volvimur undis.

Porrò ibidem: Inter juga concitæ cursus rumpere, est translatio vocum. Dicendum enim: media juga

cursu interrumpere. Concita autem ad celeritatem Symplegadum referundum, Infra lib. IV.

---Illa volans tenui per concita saxa
Luce fugit.

v. 4. RUMPERE, FLAMMIFERO TANDEM CONSEDIT OLYMPO) Festino cursu mare secabat Argo, quod RUMPENDI verbo elegantissimè circumscribit. Sic Claud. de bello Getico:

Intacti cum claustra freti coëuntibus æquor
Armatum scopulis audax irumperet Argo.

Statius Achill. I.

Ex quo jura freti majestatemq; repostam
Rupit Jasoniâ puppis Pegasæa carinâ.

Pariter Sidon. Apollin. de Xerxe:

——— ——— *cum stagna superbo*
Irrupit temerata gradu ——— ———

Porro FLAMMIFERO OLYMPO RATEM CONSEDISSE dicit, quia Argo inter sidera relata. Hinc Noster v. 305.

——— — *nec fatidicis avellere silvis*
Me nisi promisso potuit Saturnia cœlo.

Et lib. V. v. 293

Pallas ait; liceat Graiis ut reddere terris
Æsonium caput, & puppē quam struximus ipse
Jactatam tandem nostro componere cœlo.

Hinc Manilius eleganter illam Navigare astris dicit lib. V.

Et ratis Heroum quæ nunc quoq; navigat astris
Fluminaq; errantis latè sinuantia flexus
Et biferum cetum squamis atq; ore tremendo.

Navigat autem in cœlo, quia ita adumbrata videtur.

Non

Non enim tota apparet, sed pars inferior versus polum Antarcticum etiamnum fluctibus videtur contecta. Vela autem pansa. Germanicus:

——qua debet reddere proram
Intercepta perit, nullâ sub imagine formæ
Puppis demisso tantum stat lucida clavo.

v. 5. Phœbe Mone) Apollonii Scholiastes lib. I. ἐθος ἀπὸ θεῶν ποιεῖσθαι. Arati Scholiastes: ἔθος δὲ τοῦτο τοῖς ἀρχαίοις φιλοθέοις ὄσιν ἐπιπαντὸς ἀπασιν ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι ὡς καὶ πάντων ἀνθρώπων τῶν καλῶν αἰτίων. Philostratus Ἡρωϊκοῖς: Τὸ μὲν θεὸς ἡγεμόνας εἶναι τοῖς ποιηταῖς ξένης τῆς πόσης αὐτοῖς οἱ ποιηταὶ ὁμολογοῦσιν. Plin. lib. IIX. Ep. IV. *Proinde jure vatum invocatis Diis, & inter Deos ipso, cujus res, opera, consilia ducturus es immitte rudentes, pande vela, ac si quando aliàs toto ingenio vehere.* Corippus lib. I.

Officio quocunq; datur præcommodo linguam
Vos Divæ date verba, & quæ Vigilantia mater
Et quæ summa regens Sapientia respicis orbem
Vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina Musis
Sufficitis.

Apollon. lib. I. Ἀρχόμεθα τὸ φοῖβος. Quod Maro in Palæmonem transferens dixit: *A Jove principium.*——

v. 5. Si Cumæ Mihi Conscia Vatis) An Cumæ vel Cymæ legendum aliis disputandum relinquo. Carrio satis hoc defunctus est. Sensum autem plenè non capio. Forsan mysterium aliquod latet. Illos autem proximè sententiæ accessuros arbitror, si qui dixerint Sibyllinorum Carminū aliquod vel explicasse, vel laudasse Valerium, vel interpretatum *castâ* (hoc est *sanctâ*: ponitur enim multoties apud scriptores hoc pacto) domo adhuc pressisse. Solent enim

Vates operum veterum meminisse initio novorum; Papinius Achilleide.

Tu modo si veteres digno deplevimus haustu
Da fontes mihi Phœbe novos, ac fronde secundâ
Necte comas.

Sed non verebor adscribere *Clar. Barthii sententiam lib. LIII. Adv.* Quid enim vetat in communi causâ, communes audire sententias? Ille igitur: Poëtæ cum feliciter carmen scriberent, domi se tripodem aut Cortinam Apollinis habere dicebant, ut Sphingem illam Cicero se non habere domi dicit, cum ad objecta Ænigmata respondere negat. Sidonius lib. IIX. Epist. IX.

Et me scribere sic subinde cogis
Ac si Delfica Delio tulissem.
Instrumenta tuo, novusq; Apollo
Cortynam, tripodas, Chelyn, Pharetram,
Arcus, Gryphas, agam: duplæq; frontis
Hinc baccas quatiam, vel hinc Corimbos.

Et hinc capiendus ille apud Valerium Flaccum locus lib. primo.

——— si Cumææ mihi conscia vatis
Stat castâ Cortina domo.

Hoc est, si eo me honore dignaris ut domi meæ me adsis tu Poëtæ dones, & talis pectus meū subeas, qualis olim castam illam vatem, cujus fama tuâ gratiâ est perpetua. Et si ego tua mysteria castè atq; ut fas est celebro, teque familiare mihi & domesticum Numen non minori reverentiâ colo, quàm olim Sibylla, quæ tuam gratiam faventissimam promerita est. Alludit autem scriptor & ingenii minimè vulgaris ad Virgilianum illud Eclogis:

——— Cumæi venit jam Carminis ætas.

Et vatem se exinde Vespasiani rerum & Domitiani futurum vovet & pollicetur. Nam quæ Sibyllinis carminibus de Christo vaticinata erat illa, ea Vulgus ad Vespasianos ducebat, qui Judæis domitis Romæ imperarunt. Svetonius de iisdem temporibus: *Percrebuerat Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum postea prædictum patuit, Iudæi ad se trahentes, rebellarunt.* Tacitus lib. V. Historiarum: *Pluribus persuasio inerat antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore ut valescerst Oriens, profectiq; Iudæa rerum potirentur, quæ ambages Vespasianum & Titum prædixerant.* Hæc vero gnarus in Sibyllinis etiam oraculis exstare, se eorum conscium facit & Vespasiani res gestas ex Vatum libris cantaturum se ait Valerius Flaccus. Nempe Vespasianum eum principem esse, qui tanto tempore ante sit prædictus, sese autem esse eum qui carmina Sibyllarum illa possit interpretari. Hæc ille.

v. 6. Si Laurea Digna Fronte Viret) Existimo veteres cum versus scriberent, solitos esse Coronâ se redimire. *Hinc Stat. III. Thebaide:*

Hac gemini vates sanctam canentis olivæ
Fronde comam & niveis ornati tempora vittis.

Ita Poëtæ versus condituri auspicato fronde se coronabant, Deos sibi hac quasi religione conciliantes. Qui ergò de Athenis & Minerva canebat, Olivâ caput comabat: *Horat. II. Ep. I.*

Fronde comas vincti cœnant & carmina dictant.

v. 7. Tuque ô Pelagi Cui Major Aperti) Vespasianum patrem intelligit, Domitianum neutiquam. Neq; enim Domitianus Britanniæ victor fuit. Per *prolem* autem v. 12. Domitianum Vespasianum accipit. Nam & pater & filius idem nomen habuit, ut est videre apud Plinium lib. II. ubi Imperatoribus

bus Vespasianis suum opus inscribit. Videtur autem Poëta hac allocutione blandiri Patri & filiis; quod in filiorum laudatis carminibus aperte prodit. Id quod Juvenalis æmulationis Zelo in Flacco carpit. Cujus rei aperta indicia inferius videbis. Uterq; enim Poëta principatu Vespas. clarus fuit, quamvis gratiâ dispari.

v. 9. PHRYGIOS PRIUS INDIGNATUS JULOS) Naves Trojanas intelligit: Juli enim remi vocantur. Unde Lycophron v. 23. Naves Paridis Ἰουλοπίζας appellat ob multiplices remos. Est enim Ἰουλος animalculum multipes. Scholiastes Apollonii lib. I. ad v. 972. Λέγεται δὲ Ἰουλος καὶ ζῶόν τι μελίδιον πολύποδι ἐκατέρωθεν ἢ ἔχει πολλὰς πόδας ὥσπερ ἡ σκολόπενδρα. Ubi tamen μελίδιον πλατυτέζει non ab interprete sed à Glossographo, quod observat J. Meurfius. Eo modo Suidas dixit ἰουλόπιζα ναῦς, quod sententiam nostram valdè confirmat. Alii tamen per Phrygios Julos intelligi volunt *Julium Cæsarum* domum, quæ tum temporis jam exstincta erat, quam Poëta deprimere videtur, ut Britannicarum imperium fato quodam Vespasianis primò debitum per adulationem extollat: Quos inter est Barthius in Adv. lib. XXVI.

v. 10. ERIPE ME POPULIS) Poetæ cum concíperent egregium carmen, cœlo se levari arbitrabantur, & crasso turbulentoq; aëri eximi, diviso; accedere. Sic de Pindaro Horatius lib. IV. Od. II.

Multa Dircæum levat aura cygnum,
Tendit Antonî quoties in altos
Nubium tractus.

Et in tales post obitum commutari dicebant, vel credere saltim videri volebant. Testis idem Hor. lib. II. Carm. XX. Porro-ET HABENTI NUBILA TERRÆ, ad obscuritatem referendum. Nam per *Cœlos* gloriam

riam, per *Terras* obscuritatem capiunt Poetæ, ut notat Doctiss. Juvenis Bulæus.

v. 12. Versam Proles Tua Pandat Idumen) Judæam per Idumen intelligit, ut Mart. lib. II. Epigr. II. ad Domitian.

Frater Idumæos referat cum patre triumfos.

Sil. lib. III.

Palmiferamq; senex bello domitabit Idumen.

Pro *Pandit* autem omnino legendum *Pandat*, hoc est, canat. Utrumq; enim filium Vespasiani eminentissimum Poetam fuisse testes sunt de Tito Tranquillus, de Domitiano Silius, Papinius, Quinctilianus, Martialis, Corn. Tacitus, Maximè Domitianus gaudebat Poeta magnus haberi, teste Silio:

Quin & Romuleos superabit voce Nepotes
Queîs erit eloquio partum decus: Huic sua Musæ
Sacra ferent, meliorq; lyrâ, cui substitit Ebrus
Et venit Rhodope, Phœbo miranda loquetur.

Ideoq; per *prolem*, Domitianum intelligit non Titum. Titum autem intelligit v. 14. *Ille tibi cultusq; Deü &c.* Titus enim patrem inter Deos retulit, ut ex Plinio Secundo constat. Ordo verborum hic est: Domitianus cantabit everſam Hierosolymam, & fratrem Titum eam evertentem; Titus vero tibi divinum honorem nuncupabit: de quo Josephus, Egesippus, Martialis ad Domit. citato loco:

Frater Idumæos meruit cum patre triumfos,
Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est.

Porro de Vespasiano & ejus sobole armis togatisque laudibus cœlum merente pulchrè Silius sub finem lib. III.

v. 13. Solymo Nigrantem Pulvere

FRATREM) Pulverem palæstricum intelligit. Et Metaphora est. Neq; enim pulvis sed adflatus solis inficit corpora. Eodem modo Manilius loquitur lib. I V.

Pœnus arenosis Aforum pulvere terris,
Exsiccat populos.

Ubi itidem Pœnus Synechdochicè ponitur pro Pœnorum regione, hoc est, Africâ. Pari modo *pulvere belli* dixit Claud. III. Consul.

---- --- --- sic ense rubens sic flamine crebro
Turbidus, & grato respersus pulvere belli
Armaq; gaviso referat captiva parenti.

v. 14. SPARGENTEMQUE FACES ET IN OMNI TURRE FURENTEM) celeritatem Imperatoris declarat, qui omni in loco adesse obsessis dicitur, Sic de Catilinâ Saluſtius: *Cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcessere: omnia providere: multum ipse pugnare: sæpè hostem ferire &c.* Sic Gunterus Ligurini lib. II. de suo patrono:

Et nihil infectum, fieri quod postulat usus
Neglectumvé sinit, multumq; & ubiq; jubendo
Pugnandoq; manu, perfecti militis usum
Officiumq; simul discreti Principis implet.

v. 15. ILLE TIBI CULTUSQ; DEÛM) Male alii *Illa*, respicientes ad proles: Rectiùs Cartionis codex habet *Ille*: Sæpè enim non ad vocem, sed personam fit relatio. Ita infra:

--- --- --- fratrisq; paventq;
Progeniem, divûmq; minas: hunc nam fore Regi

Exitio. Sic apud Curtium, *duo millia crucibus affixi.* Saluſt. V. Histor. *Leges Valerianas comperto lege Gabiniâ Bithy-*

Bithyniam & Pontum Consuli datam missos esse, hoc est missos milites.

Vide autem, ut Vespasiano Divinum honorem promittat. Procul dubio enim Domitiani Vespas. respexit arrogantiam, qui se Deum appellari voluit. C. Svetonius in ejus vitâ c. 13. *Pari arrogantiâ cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret Epistolam, sic cœpit: Deus & Dominus Noster sic fieri jubet.* Unde factum postea, ut ne scripto quidem & sermone cujuspiam appellaretur aliter. Et passim adulantes ejus ævi scriptores, cumprimis Martialis passim Deum vocat lib. Spect. Ep. XVII.

Crede mihi Numen sentit & ille tuum.

lib. V. Ep. 5.

Ingenio fueris qui propiore Dei.

Ep. VI.

Nosti tempora tu Jovis sereni

Ep. VIII. adhuc clarius ad mentem Svetoni

Edictum Domini Deiq; nostri.

Hinc salsè Juven. sat. IV.

--- --- *nihil est quod credere de se*
Non possit cum laudatur Diis æqua potestas.

Diu post illa tempora mansit hoc Nomen etiam sub Christianis principibus, licet cultum immortali uniq; Deo concedendum censerent. Quod cum curâ probat Rosin. Antiq. Rom. ad quem invises si lubet. Nec modo aras, & sacrificia ad modum cœlestium Deorum principibus decernebat vetustas; sed etiam rescripta eorum vocabant Oracula Claud. de Cons. Manlii:

---- ---- *Oracula Regis*
Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam
Majestas meminit sese Romana locutam.

Con-

Confer. Cassiodor. lib. I. Ep. II. Symmachum lib. X. Ep. 21. & lib. IV. Ep 8.

v. 17. IN TYRIAS CYNOSURA CARINAS CERTIOR &c.) Duas ursas in Septentrionali regione intelligit, quarum Cynosura, minor est, sic dicta à canis caudâ inflexâ: altera Helice, major, à circumvolutione dicta: Illa Sidonias: hæc Grajas naves regens. Inde Poeta noster, *Graiis Helice servanda Magistris.* Ovid. lib. IV. Fastor.

Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graja carina notet.

Item

Magna minorque feræ quarum regit altera Grajas
Altera Sidonias utraque sicca rates.

Siccas vocat Poeta, quia Oceano non merguntur ut reliqua sidera, quod è Mathematicorum scholis notum est. Virgil. Georgicon. I.

Circum perque duas in morem fluminis Arctos,
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.

Noster lib. II. v. 64.

Sed mihi dux, vetitis qui nunquam conditur undis
Axe nitet serpens.

Pari ratione Seneca Trag.

-- -- donec incumbent salo
Venti sonori, donec & siccas polus
Versabit ursas.

v. 21. HÆC UT LATIAS VOX IMPLEAT URBES) Maronianum est: *Aspera Camœnæ cecini Romana per oppida carmen.* Porro quomodo initium hoc operis Valerianî ab iniquâ Scaligeri censurâ vindicaverit

Clariss-

Clariſſimus & Incomparabilis Barthius, ſuperius vide. Per Orsa autem, opus ipſum hoc verſu accipe, de quo Clariſſ. Gerard. Voſſius lib. III. Inſt. Orat.

v. 24. Ille Othryn Et Hemum, Atque Imum Felix Versabat Vomere Olympum) Ditiones regis intelligit quouſq; ſe extenderint ad extimum nempe cœlum. Verſare hic eſt arare, quomodo Virgilius & omnes fere ſumunt Poetæ. Manil. lib. V.

Seminaq; in fœnus ſulcatâ credere terrâ,
Verſatamque ſequi, majori ſorte receptus
Frugibus in numeris atque horrea quærere meſſi.

Verſatam ſequi hoc eſt terram. Ὄθρυς inquit Schol. Ap. ὄρος Θεσσαλίας ὑψηλόν. lib. II. v. 516.

v. 30. Virtusq; Haut Læta Tyranno) id eſt, qua non gaudebat Tyrannus. Tyrannus enim contriſtatur virtute cognatorum & ſubditorum, qua alii homines læti ſunt. Claudian. Epithal. Palladii:

--- --- --- & qui lætiſſimus urbi
Sanguis erat. --- --- ---

Sic Plautus vocem Lætum uſurpat in Prol. Amphitr.

---- Ut vos in voſtris vultis mercimoniis
Emendis vendendisque me lætum lucris
Afficere ---- Ita Sil. Ital. lib. I. Punicorum:

At Pœni ſuccenſi irâ, turbataque luctu
Et ſævis gens læta ruunt ---

Horat. III. Carm.

Viſam Britannos hoſpitibus feros
Et lætum equino ſanguine Concanum.

v. 38. Nec Fronte Timendus Occupat) Ardua res eſt & indicium perfractæ mentis, ubi ad nequi-

nequitiam accedit constantia vultus. Juvenalis de mœchis :

----- ----- *animos à crimine sumunt.*

v. 47. IPSUM EGO CUM SERUS) Credebant veteres mortuorum animas noctu vagari, & homines maximè inimicos noctu terrificare. Horat. Epod. V.

Quin ubi perire jussus expiravero
Nocturnus occurram furor,
Petamque vultus umbra curvis unguibus
Quæ vis Deorum est Manium,
Et inquietis adsidens præcordiis
Pavore somnos auferam.

Virgil. Æn. IV.

Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.

Propertius lib. I. Eleg. XIX.

Non ego nunc tristes verear mea Cynthia manes.

Quintil. Decl. XII. *Quoties facta reputavi, flagella manus sonant, ultrices video furias, & in quamcunq; me partem converti, occurrunt umbræ meorum.* Et apud Apul. Milesf. VIII. *umbra Lepolemi abstterret Charitem à nuptiis Thrasylli interfectoris sui. Tunc (ait) inter moras umbra illa miserè trucidati Lepolemi, sanè (vel ut Clariss. Meursius legit sanie) cruenta, & pallore deformem attollens faciem, quietem pudicam interpellat autoris. &c.* Elegantissimus ejusdem est locus in Apologiâ his verbis : *At tibi Æmiliane pro isto mendacio, dicat Deus superûm & inferûm commeator utrorumq; Deorum malam gratiam, semperq; obvias mortuorum species, quidquid umbrarum est usquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quid-*

quid

quid Larvarum oculis tuis oggerat, omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta, à quibus tamen ævo & merito haut longè abes.

v. 49. Lacera Ipsius Umbra) Mortui veteribus quos è medio sustulissent, truncari & mutilari solebant, ne à manibus ipsorum infestarentur. Atque eo modo Mutilati *Laceri* dicebantur. Asconius Verrinâ II. *Lacer dicitur amputatis à corpore sensuum membris, hoc est, auribus oculisve.* Festus: *Lacer quod auribus curtatis est. Lacerum, quodcunq; in corpore imminutum est.* Virgil. Æn. III.

—— --- *Polydorum obtruncat & auro*
Vi potitur.

Polybius de Carthaginiensibus Κολοβώσαντες δὲ καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη, ἔπι ζῶντας ἐρρίψαν εἰς πυρὰ πάφοι.

Sophocles Electrâ.

σκέψαι γὰρ εἰ σοι σωφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ.
χέρσα τὰδ' ἦν πάφοισι δέξασθαι νέκυς,
ὑφ' ἧς θανὼν ἄπνους ὥστε δυσμόρως
ἐμαχαλίσθη.

Apollonius lib. IV.

Ἥρως δ' αἰσονίδης ἐξέργματα τίμνε θαίνων
ἠ θέμις αὐθέντησι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.

Scholiastes: οἱ δολοφονηθέντες ἀρχαίως ἀκρωτηρίας μετά τινα ἐπόιων ἢ ἀναρμένα, καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξόρτων ἢ τραχήλε αὐτόν. Vides ut quod veteribus Lacerare dictum, Græcis eodem more μαχαλίζειν & ἀκρωτηριάζειν vocetur. Demetrius Triclinius: ἐθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἡνίκα τινὰ διεχρήσαντο, ἀκρωτηριάζειν αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τῆς μαχάλης ταῦτα πρᾶξαι. τοῦτο δ' ἐποίουν ἵνα ἀνίκνευσιν αὐτὸν ἐρχόμενον ἀπὸ τῆς τῶν ἀκρωτηρίων τομῆς ὡς τὴν αὐτῶν ἄμυναν, ἢν οἱ νεκροὶ τοὺς ζῶντας ἀμύνοντας, ἐλυποῦς ἑαυτοῖς ἐπιπέμποντες. Harpocration, Οἱ λυμεῶνες ἐθος

ἦν

πινας αὐθησι ἀφικόμενον αὐτῶν ἐς ἄκρα. Hesychius. φονῶσιν ἐξ ἐπιβελῆς πινὰς ὑπὲρ τὴν μῆνιν ἐκκλίνει, ἀκρωτηριάσαντες τὰ μόρια τέτων. οἷον ὦτων, ῥινῶν, καὶ ἐπάσαντες ἐπὶ μιᾷ τῶν μαχαίρων. Plenissimè verò eum truncandi morem videre est lib. Æn. VI.

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidi, lacerum crudeliter ora,
Ora manusq; ambas: populataq; tẽpora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Terentius Hecyra. Act. I. ſc. 1.

---- ---- ergo propterea te ſedulò
Et moneo & hortor ne cujusquam miſereat,
Quin ſpolies, mutiles, laceres quenquam nacta ſis.

Apparet & Romanis non inuſitatum hunc morem: Quintilianus declam. XII *Laceros video manes, & truncas partibus ſuis umbras.* Declam. XIV. *Facinus quod dicitur inquietare ſuperos, ſidera diris agitare carminibus, tumulos, buſta ſcrutari, & amputatis cadaveribus ipſas in ſcelus armare manus, fieri non poteſt, ut autorem ſuum non ſtatim primo prodat aſpectu.* Martialis lib. II. Epigr. LXXXIII.

Fœdaſti miſerum marite mœchum
Et ſi qui fuerant prius, requirunt,
Trunci naribus auribusq; vultus
Credis te ſatis eſſe vindicatum?

Et lib. III. Ep. LXXXIV.

Quis tibi perſvaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte marite tibi.

v. 56. ET PECORIS NEPHELÆI VELLERA GRAIO REDDE THOLO) intelligit tholos templorum,

plerum, quibus veteres spolia hostibus dempta adfigere solebant, Deum Heroûmve Anathemata. Sunt autem *Tholi brevia scuta, ubi ex aedificiis plures trabes coëunt*, interprete Isidoro libr. XIX. originum.

v. 63. ET DABAT HESTERNO LIVENTIA MELLA VENENO] significat Poeta Medeam venena melle temperasse ad Draconis epulas. Sic Maga apud Maronem papaver oblinit melle, ut avidius liguriatur à pervigili serpente Aen. IV.

Spargens humida mella soporiferumq; papaver.

Humidum hic mel dixit, non soporiferum ut observavit Turnebus. Proinde in illo versu ejusdem

Melle soporatam & medicatis frugibus offam

Non soporatam sed saporatam legendum. Nam si beneficium soporis in melle inesset, quid aliis frugibus opus esset? Saporata ergo offa dicitur & medicatis frugibus, non quod frugibus saporata sit sed hoc dictum puto ut illud Aen. VII.

Ille Quirinali lituo parvâq; sedebat
Succinctus trabeâ. Non enim succingi poterat lituo. Melle autem veteres in omni dulciario opere uti solebant, ut nos saccharo. Saccharū enim prisci non noverant. Itaq; ejus condimento saporis gratiam palato parabant, & quæ amarioris erant saporis, melle condiebant. Lucr. lib I.

Sed veluti pueris absynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore.

Cæterum quod nostram causam imprimis adjuvat mellita etiam placenta mortuis dari solebat, quæ Cerbero offerretur, ut placaretur. Suidas: ἴσως ὅτι Μελιτοῦντα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς εἰς τὸν Κέρβερον.

v. 68. AUT CURRU UT SÆVOS FRÆNASSE DRA-

CONES CREDITUS) hoc est, aut ut ille curru frenasse Dracones, creditus est olim, qui primum agriculturæ usum adinvenit. Intelligit Triptolemum. Ille enim à Cerere doctus totum orbem pervagatus est, alatis serpentibus ante currum instructus, mortalibusq; usum frumentorum aperuit. Nam cum Ceres filiam quæreret, Eleusinq; perveniret, ubi Celeus eam liberaliter hospitio exceperat, Ceres pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam iisdem donis instructum alatis serpentibus superposuit, perq; totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. Claud. I. de raptu:

Angues Triptolemi stridunt & squamea curvis
Colla levant attrita jugis.

Quem versum in deteriorem & minus numerosum mutat insanâ Critices prurigine Scaliger senior hoc modo:

Triptolemi stridunt angues ——

Eleganter Freculphus Chron. Tom. I. lib 2. c. 12. *His temporibus (Pelopis Regis) Triptolemus, quem Philochorus ait longâ navi ad urbes accedentem, distribuisse frumenta & ob id dedisse suspiciones, quod navis eius serpens pennatus fuerit, sive ut alii fingunt, quod iubente Cerere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit.* Ado Viennensis Chron. p. 27. rejicit hoc in annum Mundi 3797. Hyginus fab. c. 277. *Ceres fruges serere, boves domare & alumno suo Triptolemo fruges serere commonstravit.* Lutat. Placid. ad v. 658. lib IV. Theb. *Cum Triptolemus beneficio Cereris fruges per omnes spargeret gentes.* Et ad lib. XII. v. 619. *Ceres à Dite filiam raptã dum quærit, hospitio Regis Eleusi fertur fuisse suscepta; cujus filium Triptolemum pro beneficii gratiâ sustulit nutriendum, cui agriculturam & inveniendi frumenti artificium Ceres ostendit.* Ipse Statius præter citata lib. IV. fil. 2.

—— Ac-

------ *Aetherei felix sic orbita flexit*
Triptolemi.

Nonnus Panopolita lib. XIX. v. 84.

Τελετόλεμος ἀπόρου ἔρι φερεσταχύων ἐπὶ δέρει.

In memoriam accepti hujus beneficii decreto totius populi Athenienſis in honorem Cereris inſtituta ſunt ſacra, quæ *Theſmophoria* dicebantur: & â patre Triptolemi Eleuſo *Eleuſina*, de quibus conſule Antiq. Romanarum ſcriptores Roſinum, Dempſterum, alios.

v. 70. Flava Quercvm Damnavit Aristâ) Ante inventum frumenti uſum, veteres glandibus veſcebantur, quod & in vulgus notum. Hor. I. Sat. 3.

Cum prorepſerunt primis animalia terris
Mutum & turpe pecus glandem atq; cubilia propter
Vnguibus & pugnis dein fuſtib. atq; ita porrò
Pugnabant armis.

Claud III. de Raptu:

------ *Si frangunt communia pabula glandes.*

Apul. Miles. II. in principio: *Sive tu Ceres alma frugum parens originalis, quæ repertu latatâ filiæ, vetuſtæ glandis remoto ferino pabulo, miti commonſtrato cibo Eleuſinam glebam percolis.* Max. Tyrius. περὶ ἔρωτος. Ἡσαν δέτινες οἳ τὸν ἐπικαρπον (φασὶ) βίον ἐν τροφαῖς τοῖς ἀνθρώποις φῆγον καὶ ὄχνον. Vetus Scholiaſtes Juven. ad v. 57. Sat. 13. *Divitiæ autem in fragis & in glande taxabantur:* & ad v. 184. Sat. 14. *Quia ante homines fraga & glandes comedebant.* Arnob. II. contra gentes: *Sit panis ex farre, aut ut ſecula imitemur antiqua, ex calido cinere glandes.* Juven. in princ. Sat. VI.

Et ſæpè horridior glandem ructante marito

Julius Pollux lib. VI. c. 7. βαλανηφάγοι, βαλανηφαγεῖν glandium comeſtores, glandes comedere. Prudent. II. in Symm.

Ilignis melius saturatur glandibus alvus.

Postea repertis frugibus panes etiam prius coquebant *in cinere*, inde *in furno* teste Varrone lib. I. de vitâ pop. Rom. *Primitus autem panes fiebant ex hordeo, donec tandem è tritico & siligine.*

v. 76. TU SOLA ANIMUM MENTEMQ; PERURIS GLORIA) Verè dixit Sil. Ital.

---- ---- *fax mentis honestæ*
Gloria

Ovid. de Ponto El. II. l. 4.

-- - *Immensum Gloria calcar habet.*

Et libr. Trist. V. Eleg. 12.

Deniq; non parvas animo dat gloria vires
Et facunda facit pectora laudis amor.

Porro v. 79. *Incertum* lego pro *Inceptum.*

v. 81. OMNIPOTENS REGINA) Junonem intelligit. Fabula quam intendit quæq; caput rei est, & primam itineri ansam dedit hæc est, statim ab initio operis ab Apollon. posita: *Oraculo Pelias monitus erat, ut sibi ab eo caveret quem cum altero tantum calceo ad se venientem videret. Jason jam grandior forte in ripa Anauri (Flacco est Enipeus) offendit Junonem vetulæ non absimilem, quam humeris suscipiens in ulteriorem fluvii ripam transiulit atq; uno in flumine calceo amisso, ad Peliam patruum venit: qui oraculi recordatus, veritusq; ne ab eo interficeretur, mandavit illi expeditionem in Colchos, sperans aut ab aliquo occisum iri, aut certe inter Symplegadas periturum.* Confer Apoll. lib. I. v. 5. Ex Pherecyde historia paulum aliter narratur h. p. Ἔθυε τῷ ποσειδῶνι φησὶν ὁ πελίας κατὰ σφάγια πᾶσι παρεῖναι, οἱ δὲ ἥσαν οἵπερ ἄλλοι πολῖται, καὶ ὁ Ἰάσων· ἐτύγχε δ' ἀγρεύων ἐγχύς τ' ἀναύρου ποταμοῦ, ἀσύνδαλος δὲ διέβαινε τὸν ποταμὸν, ἀμφοὰς δὲ τὸν μὲν δεξιὸν ὑποδῆτα πόποδα, τὸν δὲ ἀριστερὸν ἐπιλήθετω &c. Apollodorus in I. Bibliothecæ: ἀμφοαίων δ' ποταμὸν ἄνων-

ἄναυρον, ἐξῆλθε μονοσάνδαλος τὸ ἕτερον ἀπολέσασα ἐν τῷ ῥεύματι πέδιλον.

v. 83. IPSE EGO PRÆCIPITI TUMIDUM PER ENIPEA NIMBO) Flaccus noster Enipea ponit pro quo Apollonius Anaurum lib. I. v. 8.

Δηρὸν δ' ἀ μετέπειτα τελὼν κλῃδὸν βάξιν ἵκοιτο
χειμερίοιο ῥεῖθρα κιὼν Δηὼ ποσὶν ἀναύρου,
Ἄλλοτε μὲν ἐξεπάωσεν ὑπ' ἰλύος· ἄλλοτε δ' ἔνερθε
Κάλλιπεν αὖδι πέδιλον ἐπαχόμενον σφυρὸν ὄχνῃσιν.

Cur ergo Flaccus Enipea substituit transitus hujus mentionem faciens? Rationem mihi videor invenisse: Nullum enim proprium nomen fluminis esse ullâ nomenclaturâ, nedum in Thessalia, sed ne in toto quidem terrarum orbe, autor scivit: sed promiscuè voce appellativa vocari fluviolos omnes, & torrentes omnes ἀναύρους, qui perpetuas scaturigines aquarum non haberent, sed tempestatibus & repentinis imbribus nascerentur, iisq; deficientibus æstate desinerent, qui interdum magnis fluminibus essent formidabiliores, qualem describit Ovid. III. Amorum.

Parvus eras memini, nec te transire refugi
Summaq; vix talos contigit unda meos.
Nunc ruis appositis nivibus de monte solutis
Et turpi crassas gurgite volvis aquas &c.

Quod autem hujusmodi fluvios vocarint ἀναύρους testimonio sunt scholia in Apollonii ex Theone sophocleo collecta: ἄναυρον λέγει τὸν χειμάῤῥοι οἱ δὲ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ οὕτω καλοῦνται. h. e. *Anaurum dicit torrentem: fluvii enim qui colliguntur & constant ex pluviis sic vocantur.* Quid ulterius egemus testimoniis? Video tamen esse, qui fluminis nomen dicant Lucani authoritate qui Anaurum inter Thessalica flumina locarit IV. sic scribens:

Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec tenues ventos ſuſpirat Anaurus.

Quibus tamen ipſis plane indicat ſe loqui de Torrente non de flumine perpetuo, cum dicit illum nec nebulam nec rorulentum aëra mittere, quod tamen perpetuis & quæ ſemper manant ſcaturigine fluminibus peculiare eſt, non autem repentinis imbribus auctis torrentibus. Quod vero inter flumina illum memorat, fortaſſe Apollonii Authoritatē ſecutus eſt cujus illud χειμερίοιο ῥέεθρα ἀναύρου exprimere voluit: tum quod ſciret Theſſaliam undiq; montibus cinctam hujusmodi Torrentibus abundare. Objiciunt aliás alij Callimachum in Dianæ hymno ſic ſcribentem.

——— εἰ μὲν ἐπ' ἀχθῆϊς
ἀϊὲν ἐϐωκολέυτο μελαμψηφίδος ἀναύρου.

——— ——— *hæ quidem ad ripas*
Semper ſtabulantur nigros calculos ferentis Anauri

In quæ verba Scholiaſtes: *Anaurum, dicit, fluvium eſſe Theſſaliæ.* Sed quia ex ipſius Poetæ verbis hoc non evincitur, Scholiaſtæ autoritas tanti non eſt facienda. Nam de Cervis & hinnulis aliiſq; hujuſmodi venationi aptis feris in genere loquitur, volens innuere eas ſtabulari in ripis torrentis, aqua turbida exundantis. Idem judicium eſto de ſuperius citatis locis ex Pherecyde & Apollodoro, ubi Anauri mentio fit. Nam ut dixi hi omnes per Anaurum nihil aliud intelligunt quàm Torrentem. Quod cum Noſter ſciret nomen illud generale eſſe omnibus limoſis turbidis & repentinis torrentibus ex imbre pluviaq; collectis, Enipea certius nomen ſubdidit. Eſt enim Enipeus Theſſaliæ fluvius, ut apud omnes ſcriptores in confeſſo eſt, ipſo etiam Apollonio teſte lib. I. v. 38.

——— ἐφ ὕδατι ἀμϐαθοῖο
Πηνειοῖο, ὅθι τε φυλάκῃς αἰγὸς ἔπι ναίων,

Ἔνθα μὲν ἀπίδανός τε μίγας καὶ δῖος Ἐνιπεὺς
Ἀμφω συμφορέονται ἀπερρόθιον εἰς ἅλα πόντου.

Homericus quoq; Scholiastes XI. Odyss. eandem fabulam enarrans, Ἐνιπεὺς ἦλιθε ποταμὸς καὶ Θεσσαλίας. Et Lucanus recensens aliquot fluvios Thessaliæ:

------ *Et gurgite rapto*
Apidanus nunquamq; celer nisi mistus Enipeus.

Herod. lib VII. *Apidanus fluvius annus è præcipuis Thessaliæ est & tardè fluere dicitur, donec illi commisceatur Enipeus.* Quid hoc nisi quod Apollonius supra: Ἀμφω συμφορέονται ἀπερρόθιον εἰς ἅλα πόντου? Lucanus itidem:

Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus.

Claudianus:

Sperchiosq; & virginibus dilectus Enipeus.

Muretum qui in commentario ad Propertium Enipea fluvium Thessaliæ negat ex I I X. Strabonis non audimus, donec scriptores poetasq; suprà citatos (& si pagina ferret amplius citandos) refellat, qui tamen omnes præter Strabonem unanimiter conveniunt. Anauris igitur opponuntur ἀειναὸι ποταμοὶ. Unde de Indiâ dicit Dionysius Periegetes:

Ἀειναοῖς ποταμοῖσι κατάρρυτος· ἔνθα καὶ ἔνθα

In quem locum Eustathius: τὰς χειμάρρους καὶ ὅπως ἀναύρους λέγει; Διὰ τὸ μὴ ὁμοίως τοῖς ἀειναοῖς ἀδιαλείπτως ἀποτελεῖν. Torrentes inquit Anauros dicunt, quod non ut cætera perpetua flumina auras efficere valeãt. Deniq; ne longus sim: Coluthus etiam Thebanus circa Trojam Anaurum dicit in carmine de raptu Helenæ:

Κελίζων δ' ἐνόμηνε πάρεις πατρώϊα μῆλα,
Ποιμαίνων ὁμάτερθεν ἐπὶ ῥοθίοισιν ἀναύρου

Quod quid aliud est, quàm quod diximus, Anaurum nomen esse cujusq; Torrentis? Neq; enim in Troade fluvius habetur hoc nomine: sed voluit intelligi Poeta Parin ad ripam Torrentis oves pavisse. Ubi nota

Lapsum esse memoria virum alioqui doctissimum Michaëlem Neandrum in scholiis ad Coluthum, cum dicit in Argonauticis Pindari, quæ sunt in A. Pythyorum ode, Poetam fluminis Anauri meminisse. Nullus enim vocem Anauri video.

v. 89. DABIT AURATIS ET CORNIBUS IGNI) Eximias significat hostias futuras, ut taurum egregiū, quibus cornua inaugurabantur Homer.

— ἔπρεε δ' ἕρκος ἑέρσην
ἀχλὺς δ' ἐν ἀκήρατες.

v. 130. HIC INSPERATO TYRRHENI TERGORE PISCIS) commemorat Poëta quâ picturâ navis illustrata fuerit, rerum nempe ante gestarum, cum primis pugnarum, ad memoriam virorum fortitudine præstantium & ad incitamentum ducum ab Iasone in certamen conscriptorum: ita Virgil.

Et circum pictis vehitur sua rura Phaselis

Ovid. III. Metam.

---- ---- *pictæ dare vela carinæ*

Horat. Carm. lib I.

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit &c. Nos eum morem, adhuc hodie servamus Sic Paridis navis pictum in puppe Cupidinem habebat, ut ex Ovidio clarum, apud quem sic ipse Paris in Epistolâ ad Helenam:

Troia cæduntur Phrygiâ pineta securi
Quæq; erat æquoreis utilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara silvis
Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naves
Texitur & costis panda carina suis.
Addimus Antemnas & vela sequentia malos
Accipit & pictos puppis adunca Deos.

Quâ

Quâ tamen ipse vehor comitata Cupidine parvo
Sponsor conjugii stat Dea picta sui.

Delphin autem rectè dicitur, quem alii Delfinum alii item Delfinem appellant. Optimè notat Barthius in Adversar. p. 129. Idem *insperatus* dicitur *piscis*, quia Thetis invita neq; sperans vel opinans Peleo nupsit, De quâ Homerus.

Ἐκ μὲν ἀλλάων ἀλίδων ἀνδρὶ δάμασσεν.

Unde porro Noster de eâdem:

— Illa sedet dejectâ in lumina pallâ.

v. 137. Contra Ignis Viridique Thorus de Fronde) Sensus hic est: Hac in parte picturæ, Thetis Peleo nubit, sociæq; Thetidis ponuntur: Panope, Doto, Galathea: ex adversa vel contra celebrantur ipsius Nuptiæ. Nuptias has apud Græcos Hesiodus apud Latinos Catullus descripsit.

v. 140. Parte Alia Pholoe, Multo Que Insanus Iacho) Centaurorum pugnam attingit, qua navis illustrata sit. *Monychi* nomen quod Poeta hîc ponit non facile apud alium sui temporis poetam reperire est. Et hi versus sunt ex illis quos Juvenalis Sat. I. v. 11. taxans, Invidiæ Zelo in Valer. nostrum invehitur ut infra audiemus. Cæterum Centaurorum & Lapytharum pugnam Stesichorus Poeta Lyricus plenius descripsit & Ovid. XII. Metam. eam narrat. Pholoe autem est mons Arcadiæ, ut Plinius & Strabo tradunt à Pholo Centauro ibi sepulto. Quod autem Rhœtus in seq. versu ponit Autor, Rhœcus legendum puto. Nam Ῥοῖκος lib. XIII. histor. var. appellatur ab Æliano: in quo integriorem esse scripturam opinor. Idem error & in aliis Poetis hæret.

v. 146. Ardenti Peragit Clanis Antora Quercu) peragit hîc idem valet quod apud

Græcos καπρᾶζεται aut διαπρᾶζεται h. eſt, frangit, ſuperat: Similiter Ovid.

Si quæras ubi ſit, Theſeus latus enſe peregit.

Unde *Peragere* reum eſt actione ad Pœnam ſubeundam cogere. Imper. Alexander L. IIX. C. ad L. Jul. adul. *Reos adulterii duos ſimul marem & fœminam, eadem causâ fieri lex Julia de Pudicitiâ vetat: ſed Ordine peragi utroſq; licet.* Ceterum quid Carrio per vocab. *Clanis* intelligat, conſulas ipſum. Ego cum Maſerio & Turnebo lego *Clarum*. *Clanis* enim apud Strabon. lib. V. eſt fluvius: *Mons, inquit, Apennimus & Tullum & Phlygadia, quibus ſubjacent Vindelici, à quibus dura Clanis & alii complures per valles excurrentes fluvii in Iſtri alveum intrant.* Quamvis me non fugiat apud Poëtas etiam hoc nomine aliquem vocari. Præterenim Silium, cujus teſtimonium Carrio allegat, etiam Ovidius uſurpat lib. V. fab. I.

Dum fortuna juvat dextram Clytiumq; Clanimq;.

Item --- --- *jaculum Clanis ore momordit.*

Eligat quiſq; quod lubet. Non enim hæc controverſia tanti eſt, ut propter eam gladius ſit accingendus.

v. 147. ACCLINISQ; TAPETIS) Tapetes olim ſcenis adhibebantur pro ornamētis: iiſdemq; in quocunq; lautioris convivii apparatu, parietes toti integebantur. Et quia in Aſſyria præcipuus eorundem honor primaq; ferè periſtromatum inventio, fit iccircò ut Babylonica vocentur. Plin. lib IIX. c. 48. *Colores diverſos picturæ intexere Babylon maximè celebravit, & nomen impoſuit.* Plautus Sticho:

Tum Babylonica periſtromata conſutaq; tapetia.

Advexit minimum bonæ rei,

Hic

His autem intexebantur effigies diversicolores. Glossarium vetus πολύμιτον, *id est, Vestis filis versicoloribus contexta sive Babylonica.* Plinius d. l. *Aurum intexere iisdem Asiâ invenit Attalus rex.* Idem quoq, in vestibus observabatur. Effigies istæ quæ acu intexebantur, animalia referebant horrendæ cujusdam & prodigiosæ Naturæ. Interdum & veteres historias & heroës in iis depictos adumbrabant.

v. 156. Talia Conanti Lævum Jovis Armiger) Aquilam intelligit, quæ Jovi sacra. Rationem reddit Ovid. lib. IV. Serv. Æn. IX. Acr. IV. Myro Poëtria μνημοσύνη.

Νέκταρ δ' ὀπάτης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
γαμφηλῇ φορέεσκε πιτνὸς Διὶ μητίοντι
τὸν καὶ νικήσας πατέρα κρύον ἐυρυόπα Ζεὺς
ἀθάνατον ποίησε, καὶ ἀρχὸν ἐγκατέστασεν.

Variat Lactantius lib I. cap. XI. quèm adi. Phernutus etiam: Ἱερὸς δ' ὄρνις οὗτος, *inquit*, ὁ ἀετὸς λέγεται εἶναι, διὰ τὸ ὀξύπτιλον εἶναι τῶν ἄλλων πτηνῶν. Fuit autē avis auspiciis accōmodatissima ut Valerius innuit. Unde Festus: *Alites volatu auspicia facientes istæ putabantur: Buteo, sanqualis, immussidus, aquila, vulturius.* Apud Pind. Isthm. Od. VI. Hercules ex aquilæ volatu auguratur exauditas suas preces.

ταῦτ' ἄρα οἱ φαανέν πτέρυξιν θεὸς
ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν ἀστόν.
ἀδεῖα δ' ἴανθον μιν σύνιξεν χάρις
εἶπέ τε φωνήσας ἅτις μάντις ἀνὴρ
ἔσται τοι παῖς ὃν αἰτεῖς ὦ πελαμών.

Svetonius in Augusto: *Octavianus Augustus cum lustrum in campo Martio magnâ populi frequentiâ conderet aquila eum sæpius circumvolavit transgressaq; in vicinam ædem super nomen Agrippæ ad primam literam sedit.* Notandum autem tam prosperum Aquilæ augurium fuisse, ut tam siniſter quam dexter visus, bonum omen con-

censeretur. *De lævo* Nostet habet: *De dextro* Xenophon lib. II. Παιδ. παιεῖν μὲν δὴ ἀφίκετο ἀλλήλους μέχρι τῶν ὁρίων τῆς ἀρχῆς· ἔστι δὲ αὐτοῖς αἰτιος ἀλλὸς φιλεῖς ἀγαπᾶῖτο, ἀφαστεύξεμθοι ἡοῖς καὶ ἥρωσι τὴς σῶμα κατέχθσιν.

v.171. CARAM CUM JAM MIHI REDDET IOLCON) Jolcos Civitas est Thessaliæ juxta Meletum lib. II. c.3. *In Thessalia Larissa interdum Jolcos (si postrema verba Melæ sunt, de quo Pintianus dubitat)* Fuit autem Jolcos urbs maritima de qua Strabo lib. IX. sic scribit: *Emporium Phera habent Pagasas, ab eis 90. distans stadiis, ab Iolco autem 20. Jolcos jam diruta jacet. Quo ex loco Pelias Jasonem atq; navem Argo foras emisit. Pagasas autem dictas ajunt, quia eo in loco navem Argo compegerit. Juxta quoq; sunt Apheta civitas h. e. emissa: quia hic emissi fuerint Argonautæ.* Homerus Jaólchon vocat. Item Ovid. Metam. VII.

Victor Iolchiacos tetigit cum conjuge portus.

v. 178. FRATERNÆ FAMÆ) eodem modo dicit, quo paulo ante v.163.

---- *amplexus fraternaq; pectora jungens.*

Sic enim patruorum filios, fratres appellant, quos nos patrueles. Catullus:

Quàm matrem fratres efficere ex patruo.

Ovidius:

Quid quod avo nobis idem Pelopeïus Atreus
Et si non esses vir mihi, frater eras.

v.190. TETHIDIq; JUVENCAM) non Juvenecum ut recentes nonnulli. Nam fœminis Deab. fœminæ hostiæ mactabantur. Cum autem à Poetis Gr. Neptunus cognomento χαιτηόχος appelletur q. ἐπὶ χῆς ὀχήματος aut ὀχήμασι χαίτην ut Eustath. Od. δ. 69. hanc ego appellationem Flaccum circumloqui voluisse autumo versu seq. 194. *& qui spumantia nutu &c.*

v.207.

v. 207. TOTUSQ; DEI PER LITTORA MOPSUS) Totus Dei id est totus Deo possessus & occupatus. Claud.

---- *totum spirant præcordia Phœbum.*

Lucanus lib. V.

----- ---- --- ---- *artus*
Phœbados irrupit Pæan, mentemq; priorem
Expulit, atq; hominem toto sibi credere jussit
Pectore --- --- --- ---

Et Nazianzenus πίπτουσι δὲ θυμὸν ὅλην θεότητι μιχθέντες.

v. 209. LAURUSQUE ROTAT) laurum Mopsus rotat: quia laurus μαντικὴν σύμβολον ait Apthonius. & futurorum præsensionem habere credita olim, eaq; de causâ Apollini dicata, ut patet ex Theoc. Ep. I. & Ovid. Met. I. Noster lib. IV.

Ille ducem nec ferre preces nec dicere passus
Amplius, hic demum vittas laurumq; capessit
Numina nota ciens.

Hesiodus gustatâ lauru Poetam se factum & præteritorum futurorumque cognitionem accepisse prodit cum dicit.

Καί μοι σκῆπτον ἔδωκε, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
Δρέψασ' ἠήτου· ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θέσπιν, ὄφρα κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Ubi Scholiastes ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς ἐνθουσιασμούς. A Claudiano quoq; lib. 2. de raptu Proserp. —*venturi præscia laurus dicta.* Apud Homerum etiam Iliad. α Chryses vates Atridas accedit.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἀνηβόλου Ἀπόλλωνος,

Eunapius in Chrysanthio. ἡ δὲ πρὸς τὸ ἥλιον οἰκειότης ἦν τοσαύτη ἣν ἀπομιμάτου· καὶ εὔκολος, ὥστε ἐξάρκει τὸν στέφανον ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέπουσα

λέγει

χρησμὸς σημαίνειν καὶ τέτηκε ἀψευδεῖς· καὶ παρὸς τὸ κάμνειν εἶδος οὐδὲν πνεῦμα μεμφομένους. Nam hoc loco στέφανον (ut apud Homerum στεμμάτα) lauream significat. Huc pertinent illa Capellæ lib I. *Delius quoq; ut ramale laureum gestitat, divinatrice eadem conjecturatricé; virgâ.*

v. 227. JAM DUDUM LONGA MINYÆS AMBAGE) Obscura Oracula arguit quæ Chrysippus apud Tullium lib II. de divin. *Flexiloqua* appellat. Lucan. I. v. 639.

---- ---flexâ sic omnia Thuscus
Involvens, multâq; tegens ambage canebat.

Sen. Oedyp. Act. II. sc. I.

Ambage nexa Delphico mos est Deo
Arcana legere.

Hinc Præses Oraculorum Apollo ab istâ obscuritate apud Græcos nomen trahens λόξιος appellabatur à λόξος ab incurvis oraculis, ut Jodocus Velareus vertit; interpres Phornuti. Oracla enim quo perplexiora eo laudatiora erant. Vnde plerisq; Poetis ex industriâ affectata obscuritas. Scholiastes Æschyli in Prometh. οἱ παλαιοὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν πρῶτον μὲν αἰνίγμασι γεγράφασι.

v. 282. ET ADSTRICTIS UT SEDIT CORNIBUS HELLE) Hellen intelligit quæ nomen dedit *Hellesponto*. Illi *cornua* tribuit, quæ passim magnis fluviis Poetæ. Noster multoties superius v. 106.

Sylvarumq; deæ atq; elatis cornibus amnes.

Et passim inferius. Acron ad Horatii lib. IV Od. 14. *Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus finguntur, propter impetus & mugitus aquarum.* Vide quæ notavimus inferiùs.

v. 285. CŒPERAT À GEMINÂ DESCENDERE SESTOS ABYDO) Abydos Bithyniæ urbs in orâ ejus-

fusdem sita, Sestos autem ei objacet. Pompon. Mela lib I. cap. XIX. *In ora Graja urbes Abydos & Lampsacus, Parion & Priapos. Abydos magni quondam amoris commercio insignis est.* Idem lib. II. c. II. *Est Abydo objacens Sestos, Leandri amore pernobilis:* Sed cur geminam dicit Abydon? Ita navigantibus videntur objectæ civitates, quasi conjunctæ, cùm in una lineâ porriguntur. Distant enim hæ duæ juxta Strabonem triginta tantùm stadiis. Idq; est quod Poëta dicit *paulatim illas discedere*, nave ulteriùs progressâ. Ita Virgil:

Provehimur portu, terræq; urbesq; recedunt.

v. 301. Visa Coronatæ Fulgens Tutela Carinæ) Carrio quid hic de loquaci carinâ loquaculus ineptiat, non capio. *Tutela*, Dei signum est proræ impositum, navi nomen dans, quod ex Plutarcho in Conv. Sept. Sap. & Luciano in Dial. cui titulus Πλοῖον ἢ εὐχαί, apparet: Senec. Ep. LXXVII. *Navis bona dicitur, non quæ preciosis coloribus picta est, nec cui argenteum* rostrum est, nec cujus tutela ebore cælata est. Silius Ital:

Tutelaq; Deûm fluitant.

Lactant lib. I. c. II. Tutelam habent in aquila figuram. Ovid. I. Trist.

—— —— *Et pictos verberat unda Deos.*

hoc est navis tutelam. Tacit lib. V. *sive id animal vel navis insigne fuit.* Lucianus d. l. ὡς δὲ ἡ πτύμη μὲν ἐπανέσχεν ὑρίμα καμπύλη χρυσῆν χλίσκον (non χοινίκιον ut quidam putat) ἐπικειμένη h. e. *anserculum.* Ex hoc tamen Luciani loco naves quasdam esse quæ anseres vocentur non rectè putavit lib. 9 c. 17. Ludovicus Cælius: Tametsi eum in hanc sententiam Eustathius Odyss. V. impulisse videatur. Hinc Servius ad Æn. X. *Solent naves nomina accipere à tutelarum picturâ.* Lutatius ad Stat. Thebaid. IIX. *Tutelam navis intelligimus*

cum

cum gubernatore navigare, habent enim pictos præsules, quorum nominibus nuncupantur & naves. Lucianus dial. τῶν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσαν τὴν ἴσην ἑκατέρωθεν. Sic Virgil. Æn. V. Pristin, Chimæram, Scyllam, & Centaurum nuncupat naves à tutelæ picturâ, in cujus loci explicatione mirum quantum se interpretes torqueant, nec tamen extorqueant. Nonius lib. XII. Rerum Rom. *Quinq; priscis navigiorum eâ formâ à marinâ belluâ dictorum est.* Illud autem nomen plerumque à Diis & eorum beneficiis impositum, quod præter allegata testantur hæc: Pers. Sat. VI.

—— —— jacet ipse in littore & unâ
Ingentes de puppe Dii.

Hesychius θεοὶ φοίνικες, ἃς ἐπὶ τῇ πρῴρᾳ. Virgil. lib. X.

—— —— & aurato fulgebat Apolline puppis.

Hæc q; tutela, navis erat insigne, Græcis παράσημον πλοίου ut ex Veteri Lexico & Plutarcho citato loco patet. D. Lucas *Actor. c. XXIIX v. 11.* ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρασήμῳ διοσκούροις. Ea etiam causa est cur puppi coronas imponebant, quod ibi sacrarium navigii erat. Virg. I. Georg.

Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.

Propert. lib. II.

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ.

Illeq; mos tutelam vel nomen navi dandi etiamnum hodie apud nos manet, ut vastæ naves insigniantur vel ab Apostolis der kleine Jacob/ Sanct Peter etc. vel ab animalibus der Löw/ der Landwurm/ vel etiam ab inanimatis der Topff/ etc. quorum picturæ adduntur. Sic Lycophr. scribit Europam raptam fuisse, Navi ταυρομόρφῳ h. e. tauri formi.

v. 320. NATE INDIGNOS ADITURE LABORES)

res) aditus & obitus correptam habent secundam Ausonius --- *Viros morte obitâ celebres.* Ovid. Fast. IV.

Sol aditus quem quæris ait ne vana labores
Nupta Jovis fratri.

v. 334. Preme Lumina Dextrâ) Propinqui propinquis morientibus oculos claudebant, Idq; unicum parentum & filiorum votum. Hinc illud apud Virgil. lib. I. Æn.

--- --- *ô terq; quaterq; beati.*
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere ---- ---

Idem. Æn. IX.

--- --- *nec te tua funera mater*
Produxi pressive oculos ------

Propertius:

At mihi non oculos quisquam inclinavit euntis
Condita sunt vestrâ lumina nostra manu.

Noster lib. III.

---- -- *serâ componunt lumina dextrâ.*
Vide quæ ad istum locum notavimus.

v. 337. Cum Signiferum Cratera Mi-nantem) Intelligit Pholum, unum de Centauris, qui Herculem peregrinantem hospitio excepit, ut narrant Fabulæ. M. Lucan. lib. VI.

Hospes & Alcidæ magni Pholus.

Quem *sitire cratera urna capacem* dixit Juven. Sat. 12. v. 45 Intelligens Herculis poculum, quod Ingentis erat Quantitatis. Macrob. Saturn. V. c. 21. *Scyphus Herculis poculum est, ita ut Liberi Patris Cantharus. Herculem vero fictores veteres non sine causâ cum poculo fecerunt, & nonnunquam cæsabundum & ebrium: Non solum quod is heros bibax esse perhibetur: Sed etiam quod antiqua Historia est Herculem poculo, tanquam navigio ventis im-*

mensa maria transisse. Vide quæ ille ex omnibus probatis autoribus ad noticiam hujus scyphi narrat. Mentio & apud Plutarchum Alex. in fine, ὅπ ουκ ἔφθασε Ἡρακλῆς ἐκπιεῖν: *Non exhausit Herculis scyphum.* Q. Curt. lib. X. *Isdem ferè diebus convivium apud Thessalum Medium institutum est, ad quod rex cum sodalibus vocatus venit: ibi nondum epoto Herculis scypho repente velut telo confixus ingemuit.* Scribitur à Nicerâ Choniate, *Camathorum logothetam edacem admodum bibacemque superasse illos, in quorum manibus amphoræ ut calices versabantur καὶ τὸν σκύφον εἶχον ἀεὶ ἐπιδιάπυον τὸν Ἡράκλειον.* Et habebant semper post cœnam illum scyphum Herculeanum. Stesichorus:

Σκυφίον δὲ λαβὼν δέπας ἄμμιγα οἴνῳ τελλάγινον
Πίνεν ἐπιχρεμψὼν τὸ ῥά οἱ παρέθηκε κεράσας.

v. 339. PRIMUS INÆRATIS POSUISSEM PUPPIBUS ÆRA) Rostra intelligit, unde rostratæ naves, quæ Græcis χαλκείμυολοι dicuntur. Rostra enim navium χαλκώματα & ἔμβολοι appellantur. Cujusmodi intellexit Horatius cum ad Mecœnatem scribens dicit *Trabem Cypriam:* Nam Tomasum (ita enim scribo cum Stephano) Cypri oppidum æris habuisse metalla Strabo tradidit lib. XIV. Appinguntur autem ea rostra proris ferrea, aut ex ære. Vergil. Æn. X.

Massicus æratâ princeps secat æquora tigri

Et post ---- *& campos salis ære secabant,* Vitruvius Pollio de Architecturâ lib. X. c. XXI. *Is aries habebat de ferro duro rostrum, ita uti naves longæ solent habere, & ex ipso rostro lamina ferreæ quatuor circiter pedum XV. fixæ fuerant in materiâ.* Ennius apud Varron. lib. VI. *Conferre aut ratem æratam qui pent & qui dum mare sudantes eunt aut sedentes:* vel ut Joseph. Scaliger legendum censet in Conject. ad Varronem.

--- --- *confertâ rate inærataq; perite*
Qui dium mare eunt sudantes atq; sedentes

v. 340.

v. 340. Concussoque Ratem Gaudere Pellere Remo) Ita lego cum Turnebo. Nam tollere non ad hoc sensui convenire puto.

v. 356. Celer Asterion Quem Matre Carentem) ad verbum fere expressit Apollonium lib. I. v. 35.

Ἤλυθε δ' ἀστερίων αὐτοκτιτος· ὃν ῥα κομήτης
Γείνατο δινήεντος ἔφ' ὑδασιν Ἀμπδανείο
Πηρείας, ὀρέος φυλὰς ἀγχόθι ναίων.

Quod autem crinitatum vocat cometen, adlusum est ad nomen Cometæ. Nam ut ait Plinius, Cometas Græci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo. Porro in enarratione Argonautarum nonnihil Valer. ab Apollonio discrepat, quanquam in plerisque nomina conveniant. Tu illum vide ad v. 13 lib. I. ad vers. 218. Longum enim hic foret nomina nominibus & versum versui comparare. Plenius de Argonautis, *Dares* initio libri de Trojæ excidio, *Didymus* ad Od. 11. *Pind.* Pyth. Od. 4. Item *Orpheus*, cujus Argonautica consules. Item Statius Papinius lib. V. Nos absolutum omnium catalogum dedimus infra.

v. 366. Deucalion Certus Jaculis, Et Cominus Ense Amphion) Gemellos hos fuisse arguit versus seq. ——— *Hypso*

Nec voluit similes potuitve edisserе vultus.

Admodum autem venuste matrem introducit in internoscendis eorum vultibus ambigere. Sic Sil. Ital lib. II.

Cuncta pares, dulcisque labor sua nomina natis
Reddere, & in vultu genitrici hærere duorum.

Claudian. de Castore & Polluce:

——— ——— *juvat ipse Tonantem*
Error, & ambiguæ placet ignorantia matri.

v. 371. In Tua Mox Danaos Tracturus

SAXA CAPHAREU NAUPLIUS) attingit historiam Nauplii, qui indignè ferens filii Palamedis necem Ulyssis & Diomedis dolis circumventi, plurimorum ex Græcis principibus uxores in adulterium pellexit: nec eo contentus redeunte à Trojâ victrice classe, sævâ jactatos tempestate ut in scopulos pertraheret, navesq; frangeret in Caphareo promontorio & opheltis rupibus ignes accendit: eo naufragi cursum dirigentes portum rati, quicquid supererat navium confregerunt: Vide Q Calabrum Paralipom. ξ. Euripides in Helena:

Πολλὰς δὲ πυρσεύσας
φλογερῶν στέλας ἀμφὶ ὀνπὸν
δύοιιν εἰλ' ἀχαιῶν
μονόκωπ' ἀνὴρ, πέτρωις
καφηρείαις ἐμβαλών
αἰγαίοις τ' ἐναλίοις ἀκταῖς
δόλιον ἀστρ' ἀλάμψας.

Lycophron Cassandrâ.

ὅταν καρηβαρούντας ἐν μέσῃ ἄγαν
λαμπτῆρι φωνῇ τὸν ποδηγέτην σκότος
σίντης, ἀρχύτην ὡς σταφηλόμυρον τέχνῃ.

v. 375. AMPHITRYONIADEN TEGEÆO LIMINE CEPHEUS) Historiæ, hi sequentes versus non videntur convenire, & cum Apollonio conferantur. Falsum enim est Ancæum fratrem fuisse eorum, qui ejus erant patrui, nec illis erat annis plenior: sed contra natu minor. Cum igitur constet ex Apollonio Lycurgum Ancæi patrem eorum, fratrem fuisse natu majorem: legendum puto non Ancæos sed Ancæo vellus contingere Phryxi v. seq 377. Cum enim Lycurgus jam senior esset, pro se vicarium qui navigaret cum Argonautis dedit filium Ancæum: Apollonius v. 163. lib. I.

——Τεί-

--- ἐλατότερε μὲν ἔσπετ' ἰῶσιν
Ἀγκαίῳ· τὸν μὲν ῥα πατὴρ λυκόοργος ἔπεμπε
Τῶν ἄμφω γνωτὸς πρεσβυτέρης· ἀλλ' ὁ μὲν ὕδη
Γηράσκοντ' ἀλεγὼν λίπετ' ἀμπολὶν ὄφρα κομίζῃ,
Παῖδα δ' ἑὸν σφετέρῃσι καταγνήτοισιν ὄπασσε.

v. 378. Tectus Et Eurytion Servato Colla Capillo) Quidam olim quamdiu peregre erant, comam alebant intonsam: reduces & sospites domi eam tondebant, quod apud Ægyptios obtinuisse narrat Diodor. lib. I. τὸν ὅσιον ἀξιοῦσθαι τοὺς θεοὺς θρέψειν τὸν κόμην, μέχρις ἂν εὐημερῶν ἀνακάμψῃ· τὸν πρέποντα πιεῖσθαι δὲ καθοσιώσας δὲ τὴν κόμην μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων ἐνίσχυσεν τὸ θεῖον τῆς κόμης νόμιμον παρ' αἰγυπτίοις, καὶ τὰς πυκνότητας τῶν ἀποδημίας μέχρι τῆς εἰς δίκην ἀναχωρήσεως κατορθοῦν. Certo ita; Deo abiturientes eam vovebant. Stat. VI. Theb. v. 608.

Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Triviæ pascebat ab annis
Munus, & Ogygio victor cum Marte redisset
Nequicquam patriis audax promiserat aris
Tunc liber nexu, lateq; in terga solutus
Occursu Zephyri retro fugit --- ---

Petronius: *Cui Deo crinem vovisti!* Ita Ajax Telamonius *Ilisso* flumini crinem vovet, Theseus *Apollini Delphico*, quod Pausanias in Atticis notat: Vulgus Athenienſium *Herculi*, quod ex Hesychio Isaac. Casaubonus palmare Literatorum decus: Adolescentes Romani *Æsculapio*: Alii *Apollini* ut ex Mart. apparet lib. I. ep. 32.

Hos tibi Phœbe vovet totos à vertice crines
Encolpus, Domini Centurionis amor.
Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili
Quam primum longas Phœbe recide comas.

Confer. Q. Flor. Tertull. libro de animâ cap. 40.

v. 383. PHŒBIQUE FIDES NON VANA PARENTIS MORSUS) Quis hic Mopsus fuerit, è nostro non liquidè scitur. Apollonius lib. I. v. 65. explicitè vocat Tiresium :

Ἤλυθε δ' αὖ Μόψος πυθόμενος, ὅτι πᾶσι πάντων
Ἀντίδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν.

Distinguit autem hunc Mopsum à Mopso Tiresiæ filio, Vate. Strabo lib. 9. Huncq; Argonautis socium expeditionis fuisse, & Lapitham dicit d.l. Quod verò & hic Mopsus, qui Lapitha vocatur à Strabone, vates fuerit indicio sunt verba Apollonii :

——— ——— ——— ἂν πᾶσι πάντων
Ἀντίδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν.

Ab hoc Mopso Mopsium est, oppidum agri Pelasgici in Thessaliâ, teste Strabone in fine dicti libri. Alium item esse Mopsum à quo Attica Mopsopiæ nomen acceperit testatur Strabo ibid.

v. 388. NELIDESQUE PERICLYMENUS.) Periclymenus filius Nelei, id ab avo Neptuno muneris accepit, ut cum in acie staret in varias formas se commutare posset: Testatur Euphorion :

——— Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον
Ὀλβιον, ᾧ πόρε δῶρα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
παντοῖ' ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐν ὀρνίθεσσι φάνεσκεν
αἰετός· ἄλλοτε δ' αὖτε πελέσκετο θαῦμα ἰδέσθαι
μύρμηξ· ἄλλοτε δ' αὖτε μελίσσιον ἀγλαὸν ἔθνος
ἄλλοτε δεινὸς ὄφις καὶ ἀμείλιχος· εἶχε δὲ δῶρα
παντοῖ' ἂν ὀνομάσσαι· τὰ μὲν κεν ἔπειτα δόλωσιν
βαλὴν Ἀθηναίης ——— ———

Idem fere de Proteo habent alii.

v. 308. INSEQUERIS CASUSQUE TUOS EXPRESSA PHALERE) Intelligitur Phalerus unus ex Argonautis & pater ejus Alcon. Historiam Phaleri sic enarrat Manil. lib. V. *Alcon Cretensis patriâ, sagittandi*

(ut

(*ut ferè Cretenses omnes*) peritiâ celebris, cùm Phalerum filium infantem adhuc Draco spiris implicasset, jam jam devorandum, eâ peritiâ sagittam intendit, ut Draconem quidem sagittâ confixerit, puer vero incolumis superfuerit. Quæ de re & acutissimum legitur Epigramma Græcum, cui Phalero Athenienses postea velut Jasonis comiti aram erexere, & hoc est quod Valerius ait concessisse illum arma, *in quibus cælatus eius esset casus.* Quod autem vers. seq. 410. Egnatius pro Te Ter reponit, absq; causâ factum arbitror: quâ destituta Manus Critica, merito judicium suspendit. Est enim Apostrophe, Te parvum. Manilii verba lib. V. sunt hæc:

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem
Infelix, nati somnumq; animamq; bibentem
Sustinuit misso petere & prosternere telo
Ars erat esse patrem, vicit natura periclum:
Et pariter juvenem somnoq; ac morte levavit.

Sed & Sidonius Apollinarius eandem historiam aliis descripsit versibus, qui cum Manilianis ferè certant:

— — non sic libravit in hostem
Spicula, qui nato serpentis corpore cincto
Plus timuit dum succurrit: dum jactibus iisdem
Interitum vitamq; daret, stabilemq; teneret
Corde tremente manum, totamque exiret in artem:
Spe propiore metus, dans inter membra duorum
Unius mortem.

Ab hoc Phalero nomen tribui alicui Atticæ est, ut Clarissimus noster præceptor Meursius, in de Populis Atticæ observat ex Pausaniâ. Βωμοὶ τε δὴ Φαλήρου ἥρωος ὀνομαζομένου ἀγνώστου, καὶ Ἡρώων, καὶ παίδων τῶν Θησέως καὶ

φαληρᾶ τοῦτον ἢ τὸν φαληρέα Ἀθηναῖοι πολλάκις καὶ Ἰάσονός φασιν ἐς Κόλχους.

v. 411. ET QUEM FAMA GENUS NON EST DECEPTA LYÆI) Mendosus est hic versus, nec à Carrione restitutum video. Lego ergo pro QUEM CUI & pro est SUNT hoc pacto:

Et cui fama, genus, non sunt decepta Lyæi.

Fuit enim Phlias Bacchi filius, de quo Apollonius lib. I. v. 115. Conferant suas Editiones qui habent correctiores. Ego hoc tamdiu tueor, donec melius videro.

v. 444. TE QUOQUE DANT CAMPI TANTO PASTORE PHERÆI &c.) Hic & sequentes versus historiam de exilio Apollinis innuunt. Apollo suis telis Cyclopes sustulerat, cumprimis Steropen vel ut Hes. lib. III. vocat Asteropen, eo quod opifices fulminis exstitissent quo Jupiter Æsculapium necavit, ut Higynus refert. Æsculapius enim à Chirone medicinam doctus accipiens è venis Gorgonis fluentem sanguinem eo multos curavit: ex sinistris venis fluente ad perniciem hominum est usus: illo vero ex dextris ad salutem, unde mortuis denuo vitam præstitisse dicitur: qua de rè ne videretur inter homines esse Deus, eum Jupiter fulminavit. Apollo autem iratus Cyclopas, ut dictum, necuit fulmen Jovi fabricantes. Jupiter voluit illum detrudere in infernum sed precibus Latonæ jussit eum per annum homini servire. Hic autem profectus in Pheras (εἰς Φέρητα inquit Scholiastes Apollonii ὠνομάσθησαν ἀπὸ Φέρητος τοῦ Κρηθέως καὶ Αἰόλης τῆς Ἀλμήτης πατρός) & Admeto regi Pheræorum serviens pastoritiam exercuit, ei boves omnes fœminas διδυμοτόκους h. e. gemelliparas reddidit: à quo rege comitet exceptus Apollo amici animi agnovit indicia. Quare Parcas rogavit, quando vitæ finis Admeto immineret, invento qui pro ipso mortem subiret, illi parceretur, quo impetrato pastor Apollo Admetum à mor-

te

te retraxit. Ecce autem jam dies venit Admeto fatalis, & patre matreq, pro ipso mori nolentibus Alcestis fœmina vitam suam pro marito oppositit: ex eo obliqua & luctuosa in Admetum cecinerunt, donec Proserpina emisit Alcesten, vel ut alii dicunt Hercules pugnans in Plutonem illam retraxit. Vide Ovid. de arte Amandi: Euripidem Alcest. Plutarchum in Numâ. Claud. lib I. de raptu Proserp. illo versu:

---- ---- *Quod non Cyclopea tela*
Stringimus.

Callimachum: cujus versus Latinitate donati hi sunt:

Te simul ex illo pastorem Phœbe vocamus
Tempore quo Amphrysi duxi sub prata jugales
Pubescentis adhuc Admeti captus amore.

qui tamen in eo discrepant quod Admeto Apollinem ipsius amore captum servisse tradunt. Extat etiam longum Tibulli carmen, quod ex hac historiâ intelligendum, refutatis iis qui ad Issen Macarei filiam perridiculè referunt. Adi etiam lib. II. Eleg. 3. item lib. III. Eleg. 3. eundem. Steropen inter Cyclopas refert Hesiodus lib III. & Virgil. his verbis:

Bronthesque Steropesque & nudus membra
Pyracmon.

Apollonius narratam Historiam comprendit bino versu lib. I. vers. 49.

Οὐδὲ θεμεῖς Ἄδμητον ἐϋῤῥείεσιν ἀνάσσειν
Μίμνεν ὑπὸ σκοπιὴν ὄρεος χαλκωδονίοιο.

v. 455. Semiferum Contorquens Frena Luporum) Semiferos appellat non a feritate vocabuli ejus etymologiâ petitâ, sed â formâ ipsâ, qua feros hoc est, equos dimidiâ sui parte adsimilasse finguntur. Quod benè observat Præstantissimus juvenis

Christ. Bulæus delicias has literatas apprimè doctus. *Feres* enim *pro equis* antiquitus usurpatos multorum autoritas evincit: Arnob. lib II. *Saturnus in adulterio comprensus induit formam feri.* Manilius:

Quatrupedum medicas artes in membra ferarum
Noverit.

Prudent. περὶ στεφάνων hymno, qui Hippolyto Martyri inscriptus.

Postquam composito satis instruxêre paratu
Martyris ad pœnam verbera, vincla, feros,
Instigant subitis clamoribus atq; flagellis.

v. 475. NON JAM OPERUM IN PARTEM, MONITUS SED TRADAT UT ACRES) significat Iphiclo (quem Phylace urbs miserat) monitorem subditum: non qui levaret labores, sed qui instigatione viros exstimularet. Olim enim heroibus varii submonitores adhibebantur, quomodo Archilli Phœnix, ut apud Symmachum videre est, qui lib. III. Ep. XIII. ita ait: *Nullam certè Nestor ætatis suæ sæculo militiæ vacationem poposcit, nec Achilli excusari it ætatis suæ frigus Phœnix monitor.* Latinus Pacatus in Panegyrico: *Sancte Tybris quondam hospitis Monitor Æneæ, mox Romuli conversator expositi.* Stat. Papin. V. in Epicœd. Patris—

Hinc Tibi vota patrum credi, generosaq; pubes
Te monitore regi ---- ---

Tales Græcis vocantur μνήμονες. Lycophron Cassandrâ.

καὶ τοὺς δ' ὁ τλήμων μητρὸς ἐκ φόβου θεᾶς
μνήμων ἐφετμὰς, ἀλλὰ λησταργῳ σφαλεὶς
πρώνης ἁμαρτὼν γένυν ὑπακτὸς ἐξέφη.

Aliàs Μνήμονες apud Dorienses erant qui *Metatores* Romanis. Vide Plutarch. Συμπας. lib. I. Quæst 1.

v. 481.

v. 481. PERVIGIL ARCADIO TIPHYS PENDEBAT AB ASTRO) *Pendebat* attentissimam curam significat rem aliquam curiosè considerantis. Ita Tiphyn, ab astris pendere ait Poeta, qua ratione *adfixum astris*, Nautam dicit Silius Ital. VII. Punicor. Pari modo *Pendere* apud Quintil. Declam. CCCI. usurpatur: *Nunc habes uxorem non ambitiosam, non exactuam comitatus: sed quæ tota ex tuo vultu pendeat.* Sergius Polensis Testamento: *Juvat vobiscum esse, ut juvit semper, & ab ore meo pendulos detinere.*

v. 483. ET DEDIT ÆQUOREOS CŒLO DUCE TENDERE CURSUS) scribit Tiphyn adinvenisse primitus artem navigandi. Versus sunt ex Apollonii lib. I. v. 105.

Τίφυς Ἁγνιάδης σφαίρα κάμπτε δῆμον
Θεσπιέων· ἑσπλὸς μὲν ὁρινόμδρον ἐσῤῥαῖνας
Κῦμ' ἄλδε· ἐξρείης, ἐσπλὸς δ' ἀνέμοιο θύελλας
Καὶ πλόον ἠελίῳ τε καὶ ἀστέρι τεκμήρασθαι.

Latini Historici primam hujus artis inventionem Phœnicibus vindicant. Plinius lib. VII. c. LVI.

v. 517. QUID BARBARUS AMNIBUS ILLIS) Barbarus hoc loco incultum, rusticum & vilis ingenii significat. Calpurnius:

Rusticus est fateor sed non est Barbarus Idas.

seq. versu pro *adversis* legendum *Aversis*, reor. Ut Maro Britannos vocat *Aversos*, hoc est toto orbe remotos.

v. 523. VIDET È GRATÂ NUNC STIRPE NEPOTES) lege Grajâ, ita facilior erit & plenior sensus in sequentibus: *& junctas sibi sanguine terras*, intelligens Græciam. Junctas sanguine terras dicit, ut Augustin. III. de Civit. Dei c. 7. *Deseruerint DI adulteros, Iliumq; flammis Græcorum reliquerint, ut ex ejus cineribus Roma castior nasceretur, cur & postea deseruerunt eam.*

eandem civitatem Romanis cognatam non rebellantem adversus Romam.

v.563. TENDITE IN ASTRA VIRI, ME PRIMUM REGIA MUNDO) Sensus horum versuum hic est: Quemadmodum non ante devictos Titanes & Gigantes rex impositus fui mundo id est cœlo: Ita vobis præeundo institui difficilem accessum ad cœlum: Ipse etiam Bacchus & Apollo non nisi iisdem gradibus in cœlos ascenderunt. Mundum poni pro cœlo alii scriptores veteres evincunt qui eo modo usurpant. Manilius:

An fortes animæ, dignataq; nomina cœlo
Corporibus resoluta suis, terræq; remissa
Huc migrant ex orbe? suumq; habitantia cœlum
Aethereos vivunt annos, mundoq; fruuntur?
Atque hic Aeacidas hic & veneramur Atridas
Tydidemq; ferum, terræq; marisq; triumfis
Naturæ victorem Ithacum: Siliumq; senecta
Insigne triplici, Danaumq; ad Pergama reges
Castra Ducum & cœli, victamq; sub Hectore Trojam.

Ubi nota versu antepenultimo pro *Silium* legendum *Pylium*. Intelligit enim Nestorem Triseclum: non quod tria expleta secula (ut vulgariter vocabulum sumimus) expleverit: sed ter triginta annos. Poetis enim seculum 30. annorum spacium complectitur, ut benè observavit doctissimus Neander Syll. Phys. 61. Cum Manilio & Valerio nostro M. Aurelius Nemesianus convenit. Eclog. I.

Quem nunc emeritæ permensum tempora vitæ
Secreti pars orbis habet, mundusq; piorum.

Et

Et paulo post:

Nam si sublimes animæ cœlestia templa.
Sidereasq; colunt sedes, mundoq; fruuntur.

v. 566. Sic Orbe Peracto Liber) Bacchus orbem terrarum peragravit, primusq; penetravit Indiam, de quo in libris posterioribus plura. Tu adi Nonni Dionysiaca.

v. 568. Ingenti Flammantem Nubila Sulco) hoc est ingenti inflammatione facis, sulcum quasi trahens per aëra. Flammare enim ponitur pro inflammare. Sic lib. IV. inferius.

--- --- *flammata pudore Juventus*

Tacitus lib. IV. *His inter se vocibus insistentes flammavêre insuper allata à Vespasiano litera.* Sil. lib. IV. *Cuspide flammat equum.* Gibt jhm die Sporen.

v. 574. Interea Medio Sævus Permissa Profundo) Juvenalem, Balbum nostrum sæpe taxasse supra dixi. Erant enim æquales & uterque sub Vespasianorum principatu, autoritate tamen apud eos & gratiâ dispari. Quippe Juvenalis odio Vespasianorum flagravit, & quia Caussatius in Domitianum plenâ velificatione grassatus est, statim Flaccus ei per initia blanditur: *Proles tua pandat Idumen, Namq; potest.* Ejus itaque successu popularique recitatione & plausu Juvenalis offensus locorum rerumque descriptiones (& quod Poetæ heroici præcipuum est insigne) numinum colloquia passim convellit, & quasi subductis columnis totum opus labefactare conatur. Ideoque & hic apud nostrum, & apud illum idem consilium venti captant quorum naturam situmque persecutus addit & Boreæ concionem vers. seq. 598.

Pan-

Pangæa quod ab arce nefas ait, Aeole vidi
Graja novam ferro molem cõmenta juventus
Pergit & ingenti gaudens domat æquora velo, &c.

quo Juvenalis allusit illo hemistichio.

----- --- Æoleis vicinum rupibus antrum.

Antri enim noster meminit v. 579.

Æquore Trinacrio, refugiq; â parte Pelori
Stat rupes horrenda freti, quot in æthera surgit.
Molibus, infernas toties demissa sub umbras
Nec scopulos aut antra minor, iuxta altera tello
Cernitur, illam Acamas habitat, nudusq; Pyracmon:
Has venti nimbiq; domos & naufraga servat
Tempestas.

Plura vide infra v. 817. Item lib. V. v. 250. & lib. VII. v. 62.

v. 585. HINC IN TERRAS LATUMQUE PROFUNDUM EST ITER) ex illâ rupe iter esse dicit in terras & vastum mare: Nullaq; hîc autoritas eorum est, qui Latium profundum velut de loco superiore concionantes, nobis persvadere conantur. Profundum enim pro mari accipitur. Claudianus:

Inventu secuit qui primus nave profundum.

v. 590 ET MEDIIS INTRARENT MONTIBUS UNDÆ) Ad eundem fere modum Lucanus lib. III. dixit.

Curio Sicanias transcendere jussus in urbes
Qua mare tellurem subitis aut obruit undis
Aut scidit & medias fecit sibi littora terras.

Claud.

Claud. lib I. de Raptu.

----- ----- *Trinacria quondam,*
Italiæ pars una fuit, sed Pontus & æstus
Mutavere situm, rupit confinia Nereus.
Victor, & abscissos interluit æquore montes.

Silius Italicus lib. XIV.

Impactum pelagus lacerataæ viscera terræ
Discidit.

v. 681. Ira Deûm Et Calabri Populator Sirius Agri) Caniculares Poeta vocat iram Deorum sive θεομηνίαν, ideoq; astrum illud à Calabris propitiari. Sed & Aristæus Apollinis & Cyrenes filius aram ἰκμαίῳ Διὸς in Insula Ceo statuit, & ipsi quoque Sirio astro ut Apollon. ait lib 2. hostias immolavit. Unde factum ut in Ceo insula per quadraginta dies (quot scil. astri illius incendia vigent) Etesiæ flare soleant. Sed Sirium à Ceis observari solitum ex Ciceronis lib. I. de Divinat patet, quæ est lex Aristæi. Idem Apollonius.

——— Κίῳ δ' ἐπὶ νῶϊ ἱερῆς
Αντολίαι σεσοπόωσι κυνὸς ῥέξεσι φυλάξ.

Scholiastes: σύμοιρόν τινα (Aristæus nempe) τῆς Κέω κατ' ἰσωσιν μεθ' ὅπλων ἐπιτηρεῖν τὴν ἐπιτολὴν τοῦ κυνὸς, καὶ θύειν αὐτῷ. Quæ planius interpretantur locum Ciceronis. Idem igitur apud Calabros fiebat quod in Ceo insula. Manilius optimè convenit Caniculares sic describens: lib. V.

Exoriturq; Canis, latratq; canicula flammans,
Et rabit igne suo, geminatq; incendia solis
Quâ subdente facem terris, radiosq; movente
Dimicat in cineres orbis, fatumq; supremum
Sortitur, languetq; suis Neptunus in undis.

Confer etiam Horat. Ode prim. Epod.

v. 605.

v. 605. NIL ME MEA PECTORA TANGUNT) hoc est adfectus mei me non movent. Sic Propertius lib. IV.

Andromedeq; & Hypermneſtre, ſine fraude mariti.
Narrant hiſtoriæ pectora nota ſuæ.

v. 631. LINQUITE TERRÆ SPEM PELAGI) ſignificat navigantes ſpem vitæ in terrâ relinquere debere nil præter mortem cogitantes, quandoquidem ea duobus tantum digitis, videlicet unius aſſeris interſtitio, ab illis qui mare ingrediuntur abſit. Huc pertinet illud Juliani εἰς ναυαγήσαντας lib. III. Epigr.

Οὔπ σε πόντ῾ ὄλεσε κεὴ ὑπνώοντες ἄῦτας
Ἀ᾽λλ᾽ ἀκόρητ῾ ἔρως φοιπὸ῾ ἐμπορίης
Εἴη μοι χαίης ὀλίγ῾ βι῾· σὺ δὲ ψαλάσσης
Ἀλκίην μελέτω κέρδ῾ ἀεθλομάχου.

Nos ita olim vertimus:

Non mare te exſtinxit, neq; vis violentior auræ
Sed mercaturæ non ſatianda fames.
Det mihi terra levem victum, ſit in æquore lucri
Cura aliis, terret quos ſalis umbra parum.

v. 633. SEGNI FLENTES OCCUMBERE LETO) Nullum mortis genus hominibus formidabilius quam quod à mari evenit: tum quod vilem eſſe mortem cenſeant, tum quod inhumatos errare, donec terrâ injecta contegantur, omnibus perſvaſum ſit. Iccirco Æneam videmus lib. I. Virg. cætera magnanimum at in fluctibus à Junone excitatis expalluiſſe. Hinc etiam Naſo:

Non letum timeo, genus eſt miſerabile leti
Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Eſt

Est aliquid fatoq; suo ferroq; cadentem
In solita moriens ponere corpus humo,
Et mandare suis aliqua & sperare sepulchrum
Et non æquoreis piscibus esse cibum.

v. 669. TUQUE FRETUM DIVOSQUE PATRES. SORTITE BIFORMES) De Neptuni sortitione agit, de qua pleni scriptores. Diodorus Siculus IV. Bibl. & Hom. v. 190. lib. XV. Iliad. Serv. ad v. 143. I. Æn. *Jupiter, Neptunus & Dis pater, Saturni & Opis filii, cum de mundi positione (lego & emendo Possessione) certamen iniissent, placuit ut imperium sorte dividerent: ita effectum est ut cælum Jupiter, Maria Neptunus, Dis pater inferos sortirentur.* Idem X. Æn. v. 39. *Sors rerum id est Regnum. Nam per sortem inter se fratres Jupiter, Neptunus, & Pluto mundum dicuntur fuisse sortiti.* Sil. Ital. XVII. Punic.

----- ----- *Cuius proles terramq; fretumq;*
Sideraq; & Manes regnorum sorte gubernat.

Ita apud Ovid. Met. lib II. Tellus ad Jovem.

---- ---- *cur illi tradita sorte*
Æquora decrescunt? ----- -----

v. 672. PONTUS HABET) malim eum nonnullis *habet*.

v. 676. PATRIÆQUE AMPLECTI LIMINA PORTÆ) Et postes domorum, & portarum limina amplecti solebant, qui profugi exsulatum ibant, aut peregrinatum diu abfuturi domo: iidem etiam reduces osculari & amplecti ea solebant: quod & faciebant in patriæ imagine & assimilatione, ut in Coloniis, ut Æn. III. apud Virgil.

---- ---- *Sceaq; amplector limina portæ.*

v. 681. ORITUR CLAMOR, DEXTRÆQUE SEQUENTUM VERBA DUCIS) non dextraq;, quod versum lædit. Sensus est: ad verba Ducis, socios me-

num extendisse in cœlum, quod in obtestationibus supplices facere solebant. Virg. Æn. II.

--- --- --- *Sinon*
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

v. 687. INFIDITQUE SOLUM ET SPUMAS VORAT ÆRE TRIDENTI) Rostra Navium iterum exprimit, quæ ex ære aut ferro olim fiebant, uti nunc in marmoribus scalpta inveniuntur, de quibus supra v. 339. Illa autem navib. addidit Piseus autore Plinio lib. VII. c. LVI.

v. 704. ÆRISONÂ VELUTI CUM DÆDALUS ORÂ PROSILIIT) Ærisona ora Creta dicitur, ob Corybantum in eâ Insulâ tripudationes, quæ fiebant percusso gladiis clypeo. Nonnulla tamen Exemplaria *Ida* habent, quod qua ratione Carrio mutaverit nullus video, nisi illâ solâ, quod non viderit tam in Cretâ quam in Phrygiâ montem ejus Nominis fuisse. Vibius sequester: *Ida mons in Troade, alius in Cretâ.* Ida ergo ærisona dicitur, quod Corybantum in ea habitatio, ubi & Jovem nutrierunt, & vagitum ejus sono clypeorum cælarunt. Corybantes autem semper ibi tripudiare fingebantur ut *Mars* semper belligerare in Thracia: *Vulcanus* fabricari in Siciliâ: *Apollo* responsa dare Delphis. v. seq. 717. quod *Hæmum* id est Thraciam infelicem vocat, causa est, quod ea regio, (quæ Martis habitatio est) semper cædibus indulgebat. Vide quæ de Thracia inferius.

v. 725. BISTONAS AD MERITOS CÙM CORNUA SÆVA THYONEUS) Thyoneus Bacchum significat, quo Epitheto etiam Horatius utitur. I. Carm. Od. XVII.

--- --- *nec Semelejus*
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia. --- --- ---

Car

Cur autem Thyoneus appelletur Scholiastes Apollonii lib. I. indicat ad v. 636. Θυόεσσι ὠμοδόκοις) μαινάσι inquit, ἴνθεν καὶ τὸν Σεμέλῃ Θυώνιον καλέουσιν, ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἐγκύον αὐτὴν παρεισάγει ἔσαν καὶ ἐνθεαζομένην· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐφαπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας· Ἄλλως, μαινάσι, Βάκχαις, καὶ ὡς Σεμέλῃ, θυώνῃ, παρὰ τὸ θύειν καὶ ὁρμᾶν μαινομένας. Ubi Scholiastes ἀπὸ τοῦ θύειν deductum autumat: alii vero ἀπὸ τῆς θυώνης τῆς σεμέλης. Nam Semelen Pindarus Thyonen appellat. Cur vero Baccho cornua adsignentur Diodor. refert lib. IV. & nos prolixius infra.

v. 735. Et Largus Phlegethontis Operti) rectè cum Carrione lego *Operti*, non ut alii, *Aperti*. Latices enim attulerat avernales, simulatos tamen ut Virg. vocat. Cumq; Phlegethon sub terrâ lateat, *Opertum* igitur quam *Apertum* præstat: nisi si quis fluenta ejus carmine & susurro Magico esse aperta & patefacta contendat. Sed omnino alterum illud magis placet, Virg IV. Æn.

Sparserat & latices simulatos fontis Averni.

Quod autem in *Scrobibus* hæc peragi dicit, rectè convenit cum Antiquitate. Ibi enim sacrificia Inferorum in effossis foveis fiebant. Apollonius lib. III. Ibi etiam vinum cum precibus in sanguinem effundebant. Ovid. VII. Metam.

Aut procul egestâ scrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultrosq; in guttura velleris atri
Conjicit & patulas perfudit sanguine fossas.
Tum super invergens liquidi Carchesia Bacchi,
Alteraq; invergens tepidi Carchesia lactis
Verba simul fundit.

v. 736. Vocat Grandæva Tumultu Thessalis) Thessalæ mulieres præ aliis veneficiis

celebratæ. Confer Noſtrum inferius multoties. Cumprimis v. 780. Plin. lib. XXX. c. 1. *Menander quoq; literarum ſubtilitati ſine amulo genitus Theſſalam cognominavit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam.* Ariſtoph. Nebul. Act II. ſc. 3.

γυναῖκα φαρμακὶδ' ἐκ περιόδων Θετταλὴν
καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην.

Propertius *Theſſala ſaga.* Confer Horat. Epod. V.

v. 758. QUÀM MULTA LEGO) obſcurus eſt locus & difficilis intellectu. Sed perfacilis Græciſmum in *quàm multa* deprehendentibus, qui Valerio creberrimus. Ita Virgil. IV. Æneid. *Multa reluctantem* pro multum. Statius non abſimili modo II. Theb. v. 242.

--- --- *non unquam longa tuendo*
Expedias.

Gifanius Indic. Lucret. in *Incedere* explicat *quàm ſæpe.* Tertullian. lib. de patient. ſub init. *Bonum etiam qui cæca vivunt ſummâ virtutis appellatione honorent*, pro cæcè. Vide ad eund. locum Renatum Laurentium. Confer quoq; Noſtrum lib. I v. 1. Item v. 38.

Cum Juvenem tranquilla tuens----

Cui ſimile eſt illud Lucretianum, *acerba tuens.* Adde lib. VI. v. 234.

Id quoque tegmen equis agitur porrecta per armos.

pro porrectè.

v. 770. PUGNATAQUE POSCERE BELLA) ſignificat & parentes & natos & ea deniq; bella quæ pugnaverat mereri honeſtam mortem, ne turpis exitus præclara facta obſcuret. Frequens autem hoc genus loquendi *Pugnare pugnam, bellare bellum.* Plautus Amphitr.

Hec

Hæc illis est pugnata pugna ab usq; mane in vesperam.

Cicer. pro Muræn: *Pugna cum esset commissa & summa contentione pugnata.* Liv. lib. VI. *Inclutamq; in ponte pugnam tum pugnatam.* Saluſt. *Quæ negocia multo magis quam prælium male pugnatum terrebant.*

v. 781. Tergeminam Tum Placat Hecam.) Tergeminam vocat Hecaten, quia ut Heſiod. in Theog. habet:

——— ——— τὴν μὲν πάντων
ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν δὲ οἱ ἀγλαὰ δῶρα
μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης
ἠδὲ καὶ ἀστερόεντος ἐπ' οὐρανῷ ἔμμορε τιμῆς.

Triformem etiam Seneca appellat Hyppolyto. Orpheus Argonauticis τελεσικέφαλον. Appollon.

——— ——— χθονίην σύνεδρον ἄνασσαν

Phornutus cauſam aliter recitat: ἐκ ἑτέρου δ' ἔσως αὐτῆς ἡ ἐκάτη τελεσφόρος εἴρηται διότι τὰ τέλεα κύματα γενικώτερα ἀποτελεῖ τῷ σελήνῃ. Apollodorus refert Hecatæ *Triglam* ſacrificari quia τελεσφόρος appelletur. Orpheus quoq; tria eam capita habuiſſe dicit, *dextrum Equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis.* Ovid. I. Faſt.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes
Servet ut in ternas compita ſecta vias.

Lycophron Caſſandrâ:

——— ——— ἐξοίσω δὲ πέρην
θεσπὼ τελεσφόρος ἡσιτιὴ σ' ἐπωπίδα
κλαγγαῖσι βαρβάσουσαν σὺν ὑχοις βαγτὰς.

Caſſiod. Variar. lib. V. Ep. XLII. *Primum ſibi per lucos & ſylvas agreſtium populorum nota, & venationibus dedita, hanc triplicem Deam falsâ imaginatione finxerunt: ipſam in Cœlo Lunam: ipſam in ſylvis Dianam; ipſam apud inferos Proſerpinam eſſe adfirmantes.* Hecates au-

tem τελεσφόρος statua ab Alcamene facta Athenis erat, propè simulacrum Victoriæ alis privatæ. Quod vero Noster addit: *Stygiasq; supremo obsecrat igne deorum*, id est postremo. Non enim amplius sacris vacatura erat.

v. 796. ET GRANDÆVA FURORUM PŒNA PARENS) Vindictam omnium scelestè factorum ad Furias referebant Prisci: Illarum autem parentem quandam faciebant *Pœnam* vel Pœnas. Hinc Nicol. Erythræus CCXIIX. de Tisiph.

---- *sæva quatit mihi verbera Pœna*

Virgil Culice:

Posterius Pœnam gnati se morte futuram
Hic etiam viridi ludentes Panes in herbâ.

Sil. Ital lib. II.

Atq; omnes adsunt Pœnæ ---- ----

v. 795. VIRGO JOVI TERRAS OCULIS) Quam hic Virginem intelligat quæstio est. Maserius *Lunam* intelligit. Inferi enim suas stellas & sua sidera norunt, ait ille.

v 803. ET ADHUC INCONDITA LETHI) Inconditum, vagum, incompositum seu imperfectum significat. Gratius Cynegetic:

Vermiculum dixere, mala atq; inconditapestis.

Sunt tamen qui pro *Incognito* accipiant hoc est, Ignoto, Apul. lib. I. *libris felicioribus condita* id est celebres. Unde *Condere alicujus laudes est decantare*, ut notat Politissimus Juvenis Christ. Bulæus.

v. 827. CARDINE SUB NOSTRO REBUSQUE ABSCISSA) non *accisa* sed *abscissa*. Estq; hic versus inter alios quem Juven. taxat. Accipe Horatii in eandem sententiam carmen.

Quam penè furvæ regna Proserpinæ
Et judicantem vidimus Aeacum

Alii

Alii tamen legunt *Abcisa*. Gloſſarium : *abſcidis* ἀποτέμνεις & aliud verbum eſſe quam *abſcindere* docet Maro, qui *abſcidit* mediâ brevi poſuit ut obſervatum Servio. Sic lib. I. Claudiani de Raptu ubi vulgo *abſciſſos*, M. S. *abciſos* habent. Cæterum poſt v. 819. lacuna eſt quam explere ſtudet Carrio verſu oræ Codicis ſui adſcripto :

Jupiter & primæ velit omnia reddere maſſæ.

Qui licet indignus non ſit Flacco, omitti tamen poteſt citra jacturam ſi ubi nunc eſt : *Victam ſi volvere molem* legas *Niſi*. Græciſmus enim eſt, infinitivo poſito loco Conjunct: addita particula Ut, niſi ut volvat vel ſolvat omnia.

v. 835. Galeis Præfixa Rotisque Cui Domus) Antiquitus ſpolia hoſtibus adempta, & Deorum fanis & privatorum ædibus ſuffigebantur. De Deorum fanis notiſſimum eſt. De privatorum ædibus Albinovan. in Conſ. ad Liviam de morte Druſi Neronis, ſive quilibet alius autor :

Mœſta domus plangore ſonat, cui figere lætus
Parte ſua Dominus voverat arma manu.

Tibull. lib. I. El. I.

Te bellare decet terrâ, Meſſallâ, mariq;
Ut domus hoſtiles præferat exuvias.

Hæc etiam ornamenta emtâ domo manebant, neque novo poſſeſſori fas erat illa refigere, ut cum curâ notat Roſinus Antiq. Rom. Ovid. III Triſt. El. I non modò in more poſitum docet privatis ſed & principum ædibus. Sic enim de palatio :

Singula dum miror video fulgentibus armis
Conſpicuos poſtes tectaq; digna Deo.

Ornabantur autem ideo poſtes, ut majorum virtute parta ſuſpenderent trophæa, quo incitamento ea eſſent, ne majorum gloriam deſererent poſteri.

IN II. VALER. FLACC. LIBR. ÆGI-DII MASERII ARGUMENTUM.

CLarus ab Aeolio spiramine liber Iason
Navigat: Hagniades trepidantia pectora firmat.
Ingratâ Veneri puppis vulcanida Lemnon
Tuta petit: Generisq; doto concepta virilis
Fata recensentur: vetiti reparantur amores.
Excitat Alcides animos: residumq; quietem
Indignam juvenum damnat, fit ad æquora cursus
Ingemit Hypsipyle: felix Samothracia sacris
Linquitur. Ephinoën mediis Tirynthius undis
Liberat Alcides, solatur Jasona Phryxi
Diva soror: socias conjungunt fœdere dextras
Cizycus: Argoliciq; duces sub tecta recepti.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER II.

INterea scelerum, luctusq; ignarus Iason
Alia secat. neq; enim patrios cognoscere casus
Juno sinit; mediis ardens ne flectat ab undis;
Ac temerè in Pelian, & adhuc obstantia regis
§ *Fata ruat; placitosq; deis neu deserat actus.*
Jamq; fretis summas æquatum Pelion ornos,
Templaq; Piseæ mergunt obliqua Dianæ.

Jam

Jam Sciathos subsedit aquis: jam longa recessit
Sepias: attollit tondentes pabula Magnes
Campus equos: vidisse putant Dolopeïa busta,
Intrantemq; Amyron curvas quaesita per oras
Æquora; flumineo cujus redeuntia vento
Vela legunt: remis insurgitur. inde salutant
Eurymenas. recipit velumq; fretumq; reversum
Auster: & in nubem Minyis repetentibus alum,
Ossa redit. metus ecce deûm, damnataq; bello
Pallene; circumq; vident immania monstra
Terrigenûm cœlo quondam adversata gigantum;
Quos scopulis, trabibusq; parens miserata jugisq;
Induit, & versos exstruxit in æthera montes.
Quisq; suas in rupe minas, pugnamq;, metusque,
Servat adhuc: quatit ipse hiemes, & torquet ab alto
Fulmina crebra pater: scopulis sed maximus illis
Horror abest, Sicula pressus tellure Typhoëus.
Hunc profugum, & sacras revomentem pectore flammas,
Ut memorant, prensũ ipse comis Neptunus in alto
Abstulit, implicuitq; vadis: totienq; cruenta
Mole resurgentem, torquentemque ignibus undas
Sicanium dedit usq; fretum; cumq; urbibus Aetnã
Intulit ora premens: trux ille, ejectat adesi
Fundamenta jugi; pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, injectam fesso dum pectore molem
Commovet experiens, gemituque reponit inani.
Jamq; Hyperionius metas maris urget Iberi

Currus, & evectæ prono laxantur habenæ
Æthere; cùm palmas Tethys grandæva, sinus
Sustulit, & rupto sonuit sacer æquore Titan.
Auxerat hora metus, jam se vertentis olympi:
Ut faciem, raptosq; simul montesque locosque
Ex oculis, circumque graves videre tenebras;
Ipsa quies rerum, mundique silentia terrent;
Astraque, & effusis stellatus crinibus æther.
Ac velut ignota captus regione viarum,
Noctivagum qui carpit iter; non aure quiescit,
Non oculis; noctisque metus niger auget utrunque
Campus, & occurrens umbris majoribus arbor.
Haud aliter trepidare viri. sed pectora firmans
Hagniades, Non hanc, inquit, sine numine pinum
Dirigimus: nec me tantùm Tritonia cursus
Erudiit; sæpe ipsa manu dignata carinam est.
At non experti, subitus cùm luce fugata
Horruit imbre dies! quantis, prô Jupiter, Austris
Restitimus! quanta, quotiens & Palladis arte
In cassum decimæ cecidit tumor arduus undæ!
Quin agite ô socii; micat immutabile cœlum,
Puraque nec gravido surrexit Cynthia cornu;
Nullus in orbe rubor; certusque ad talia Titan,
Integer in fluctus, & in uno decidit Euro.
Adde quòd in noctem venti veloque marique
Incumbunt magis: it taciris ratis ocior horis.
Atq; adeò non illa sequi mihi sidera monstrant,
Quæ delapsa polo reficit mare: tantus Orion
Jam cadit; irato jam stridet in æquore Perseus:

Sed

Sed mihi dux, vetitis qui numquam conditur undis,
Axe nitet serpens: septenosque implicat ignes.
Sic ait: & certi memorat qui vultus Olympi,
Pleïones, Hyadumq; locos; quo sidere vibret
Ensis, & Actæus niteat qua luce Bootes.
Hæc ubi dicta dedit; Cereris tum munere fessas
Restituunt vires, & parco corpora Baccho:
Mox somno cessere: regunt sua sidera puppem.
Jamq; sub Eoæ dubios Atlantidis ignes
Albet ager: motisq; truces ab ovilibus ursi
Tuta domosq; petunt: raras & litus in altum
Mittit aves; cum primus equis exegit anhelis
Phœbus Athon, mediasq; diem disperſit in undas.
Certatim remis agitur mare: roſtraque curſu
Prima tremunt: & iam ſummis Vulcania ſurgit
Lemnos aquis, tibi per varios defleta labores
Ignipotens: nec te Furiis & crimine matrum
Terra, fugæ meritique piget meminiſſe prioris.
Tempore quo primùm fremitus inſurgere opertos
Cœlicolûm, & regni ſenſit novitate tumentes
Iupiter; ætheriæ nec ſtare ſilentia pacis:
Iunonem volucri primam ſuſpendit Olympo,
Horrendum chaos oſtendens, pœnamq; baratri.
Mox etiam pavidæ tentantem vincula matris
Soluere, prærupti Vulcanum vertice cœli
Devoluit: ruit ille polo, noctemque diemque
Turbinis in mortem; Lemni cum litore tandem
Inſonuit: vox inde repens vt perculit vrbem,

Accli-

Acclivem scopulo inueniunt, miserentq; fouentq;
Alternos ægro cunctantem poplite gressus.
Hinc reduci, superas postquã pater annuit arces,
Lemnos cara deo: nec fama notior Aetnæ
Aut Lipares domus. has epulas, hæc templa, peracta.
Aegide, & horrifici formatis fulminis alis
Lætus adit. contrà, Veneris stat frigida semper
Ara loco; meritas postquam dea coniugis iras
Horruit, & tacitæ Martem tenuere catenæ.
Quo circa struit illa nefas: Lemnoque merenti
Exitium furiale mouet: neq; enim alma videri
Iam tum ea, cùm tereti crinem subnectitur auro
Sidereos diffusa sinus; eadem effera & ingens,
Et maculis suffecta genas, pinumq; sonantem
Virginibus Stygiis, nigramq; simillima palmam.
Iamq; dies aderat, Thracas qui fuderat armis:
Dux Lemni, puppes tenui contexere canna
Ausus, & inducto cratem defendere tergo;
Læta mari tum signa refert: plenasq; mouebant
Armentis, nuribusq; rates, & barbara vestis,
Et torques insigne loci. sonat æquore clamor:
O patria, ô variis conjunx nunc anxia curis,
Has agimus longi famulas tibi præmia belli,
Cùm dea se piceo per sudum turbida nimbo
Præcipitat; famamque vagam vestigat in umbra:
Quam pater omnipotens digna atque indigna canentem,
Spargentemque metus; placidis regionibus arcet

Æthe-

Ætheris: illa fremens habitat sub nubibus imis,
Non Erebi, non diua poli: terrasque fatigat
Quas datur: audentem, primi spernuntq; fouentq;:
Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.
Talem diua sibi sceleris que dolique ministram
Quærit auens. videt illa prior; jamq; aduolat ultro
Impatiens: iamque ora parat; iam suscitat aures.
Hanc superincendit Venus; atq; his vocibus implet:
Vade, age, ad æquoream virgo delabere Lemnon,
Et cunctas mihi verte domos: præcurrere qualis
Bella soles; cùm mille tubas, armataque campis
Agmina, & innumerûm flatus confingis equorũ:
Affore iam luxu, turpique cupidine captos
Fare viros, carasque thoris inducere Thressas
Hinc tibi principia; hinc rabidas dolor vndiq; matres
Instimulet: mox ipsa adero, ducamq; parantes.
Illa abit, & mediam gaudens defertur in vrbem:
Et primam Eurynomen ad proxima limina Codri
Occupat, exesam curis, castumque cubile
Seruantem: manet illa viro; famulasque fatigat
Litoribus: tardi reputant quæ tempora belli
Ante thorum, & longo mulcent insomnia penso.
Huic dea cum lacrimis, & nota veste Neæræ
Icta genas, Vtinam non hîc tibi nuntius essem
O soror; aut nostros, inquit prius unda dolores
Obruat; in tali quoniam tibi tempore conjunx
Sis merita; votis quem tu fletuque requiris:

Hen

Heu furit, & captæ indigno famulatur amore.
Iamq; aderunt: thalamisq; tuis Threïssa propinquat;
Non fama, non arte colus non laude pudoris
Par tibi; nec magni proles præclara Dorycli;
Picta manus, vstoque placet sed Barbara mento.
Attamen hos tales forsan solabere casus
Tu, thalamis, fatoque legens meliore penates.
Me tua matris egens, damnataque pelice proles
Exanimat; quã iam miseros transuersa tuentem,
Letalesque dapes, infectaque pocula cerno.
Scis sumus vt similes: flammis: genus adde cruentis
Quod patrium seruire dabis: iam lacte ferino
Iam veniet durata gelu. sed me quoque pulsam
Fama viro: nostrosque thoros virgata tenebit
Et plaustro direpta nurus. sic fata, querelas
Abscidit: & curis pauidam lacrimisque reliquit.
Transit ad Iphinoën: hisdemq; Amithaonis implet,
Oleniique domum Furijs. totam inde per vrbem
Personat: vt cunctas agitent expellere Lemno;
Ipsi vrbem Thessaque regant. dolor iraq; surgit:
Obvia quæq; eadem retrahitq; auditq; neq; ulli
Vana fides. tum voce deos, tum quæstibus implent.
Oscula iamq; thoris, iamque oscula postibus ipsis
Ingeminant: lacrimisq; iterum visuque morantur:
Prosiliunt; nec tecta virûm, thalamosq; reuisunt,
Amplius: agglomerant sese, nudisque sub astris
Condensæ fletus acuunt; ac dira precantur

Con-

Coniugia, & Stygias infanda ad fœdera tædas.
Has inter medias, Dryopes in imagine mœstæ
Flet Venus: & sæuis ardens dea planctibus instat.
Primaque: Sarmaticas vtinam fortuna dedisses
Insedisse domos, tristesque habitasse pruinas,
Plaustra sequi; vel iam patriæ vidisse per ignes
Fulmen agi, stragemque deûm. nam cetera belli
Perpetimur. me ne ille novis, me destinat amens
Seruitiis, urbem ut fugiens natosque relinquam?
Non prius ense manus, raptoque armabimus igne?
Dumq; silent, ducunt q; novâ cum coniuge somnos.
Magnum aliquid spirabit amor: tũc ignea torquẽt
Lumina, præcipites excussit ab vbere natos.
Ilicet arrectæ mentes, evictaque matrum
Corda; sacer Veneris gemitus rapit. æquora cuncta
Prospiciunt: simulantque choros; delubraque festa
Fronde tegunt; lætæque viris venientibus assunt.
Jamq; domos, mensasq; petunt; discumbitur altis
Porticibus: sua cuique furens festinaque coniunx
Adiacet. Inferni qualis sub nocte baratri
Accubat attonitum Phlegyam & Thesea iuxta
Thesiphone: sævasque dapes & pocula libat;
Tormenti genus: & nigris amplectitur hydris.
Ipsa Venus quassans undantem turbine pontum
Agglomerat tenebras: pugnaq; accincta tremẽtem
Desilit in Lemnon: nimbisq; & luce fragosa
Prosequitur polus: & tonitru pater auget honoro.
Inde novam pavidas vocem furibunda per auras
Cõgeminat: qua primus Athos, & pontus, & ingens

Thra-

Thraca patus, pariterq; thoris exhorruit omnis
Mater: & astricto riguerunt ubere nati.
Accelerat pavor, & Geticis discordia demens
Estabulis, atraeq; genis pallentibus ira,
Et dolus, & rabies: & leti major imago
Visa truces exserta manus; ut prima vocatu
Intonuit, signumq; dedit Mavortia conjunx.
Hic aliud Venus, & multo magis ipsa tremendum
Orsa nefas: gemitus fingit, vocesque cadentum:
Irrupitque domos: & singultantia gestans
Ora manu, taboque sinus perfusa recenti,
Arrectasque comas: Meritos en prima revertor
Ulta thoros: premit ecce dies, tum verbere ductas,
In thalamos agit, & cunctantibus invenit enses.
Unde ego tot scelerum facies, tot fata jacentum
Exsequar? heu vatem mõstris quibus intulit ordo?
Quae se aperit series? ô qui me vera canentem
Sistat, & hac nostras exsolvat imagine noctes?
Invadunt aditus, & quondam cara suorum
Corpora: pars, ut erant, dapibus vinoque soporos;
Pars conferre manus etiam, magnisque parata
Cum facibus: quosdam insomnes & cuncta tuentes
Sed tentare fugam, prohibetque capessere contra
Arma metus. adeò ingentes inimica videri
Diva dabat: notaque sonat vox conjuge major
Tantum oculos pressere metu; velut agmina cernant
Eumenidum, ferrumvé super Bellona coruscet.
Hoc soror, hoc conjunx, propiorque hoc nata, parensque

Seva

Sæva valet: prensosq; thoris mactatq; trahitq;
Fœmineum genus: inmanes quos sternere Belli,
Nec Geticæ potuere manus, aut æquoris iræ.
His cruor in thalamis, & anhela in pectore fumãt
Vulnera; seque thoris misero luctamine trunci
Deuoluunt: diras aliæ ad fastigia tædas
Iniciunt, adduntque domos: pars ignibus atris
Effugiunt propere; sed dirâ in limine conjunx
Obsidet, & viso repetunt incendia ferro.
Ast aliæ, Thressas labem causamque furoris
Diripiunt. mixti gemitus, clamorque precantum
Barbarus, ignotæque implebant æthera voces.
Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus ausis
Ora feram, decus & patriæ laus una ruentis,
Hypsipyle? non ulla meo te carmine dictam
Abstulerint, durent Latiis modò sæcula fastis,
Iliacique lares, tantique palatia regni.
Irruerant actæ, pariter nataque nurusque;
Totaque iam sparsis exarserat insula monstris:
Illa pias armata manus, Fuge protinus urbem
Meque pater: non hostis, ait, non mœnia læsi
Thraces habent; nostrum hoc facinus, ne quære quis auctor.
Iam fuge, iam dubiæ donum rape mentis, & ensem
Tu potius miseræ retine. tunc excipit artus,
Obnubitq; caput, tacitumq; ad conscia Bacchi
Templa rapit: primoq; manus à limine tendens,
Exime nos sceleri pater, & miserere piorum
Rursus, ait. tacita pauidum tunc sede locauit

Sub pedibus, dextraq; dei. latet ille receptus
Veste sacra; voces chorus & trieterica reddunt
Aera sonum: fixæq; fremunt in limine tygres.
Regina vt roseis auroram surgere bigis
Vidit, & insomni lassatas turbine tandem
Conticuisse domos; stabilem quando optima facta
Dant animum, maiorq; piis audacia cœptis;
Serta patri, iuvenisq; comas, vestesq; Lyæi
Induit: & medium curru locat; æraq; circum,
Tympana q; & plenas tacita formidine cistas.
Ipsa sinus, hederisq; ligat famularibus artus:
Pampineamq; quatit ventosis ictibus hastam,
Respiciens; teneat virides velatus habenas
Vt pater, & nivea tumeant vt cornua mitra,
Et sacer vt Bacchum referat scyphus. impulit acri
Tum validas stridore fores; rapiturq; per vrbem
Talia voce canens: linque ô mi cæde madentem
Bacche domum; sine fœdatum te funere pontus
Expiet; & referam lotos in templa dracones.
Sic medios egressa metus: facit ipse verendam.
Nam deus, & flatu non insciа gliscit anhelo.
Jamq; senem tacitis sæva procul urbe remotum
Occulerat siluis: ipsam sed conscius ausi
Nocte dieq; pauor, fraudataq; turbat Erinnys.
Non similes iam ferre choros (semel orgia falsum)
Aude, non patriis bustis accendere saltus:
Et fuga diuersas misero quærenda per artes.
Visa ratis, sæuæ defecta laboribus undæ.

Quam

Quam Thetidi longinqua dies Glaucoq; repoſtam
Solibus,& canis urebat luna pruinis;
Huc genitorem, altæ per opaca ſilentia noctis,
Præcipitem ſiluis rapit;& ſic mœſta profatur:
Quam genitor patriam? quantas modò linquis inani
Puppe domos? prô dira lues, prô noctis acerba
Exitium! talin' poſſum te credere puppi
Care parens? poſſum tantis retinere periclis?
Solvimus heu miſerum furtis ſcelus, annue votis
Diva, ſoporiferas quæ nunc trahis æquore bigas.
Nõn populos, non dite ſolum, non ulla parenti
Regna peto: patria liceat decedere terra.
Quando ego ſervato mediam genitore per urbem
Læta ferar? quando hîc lacrimas planctusq; videDixerat. ille procul trunca fugit anxius alno; (boTaurorumq; locos, delubraq; ſæua Dianæ
Advenit: hic illum triſti dea præficis aræ
Enſe dato. mora nec terris tibi longa cruentis
Jam nemus Egeriæ, iam te ciet altus ab Alba
Jupiter, & ſoli non mitis Aricia regi.
Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrũ
Congruerat: rauco fremitu ſedere parentum,
Natorumq; locis: vacuæq; in mœnibus urbis
Jura novant: donant ſolio, ſceptriſq; paternis
Vt meritam; redeuntq; piæ ſua præmia menti.
Ecce procul validis Lemnon tendentia remis
Arma notant: rapitur ſubito regina tumult,
Conciliumq; vocat, non illis obuia tela

Ferre, nec infestos deerat furor improbus ignes:
Ni Veneris sæuas fregisset Mulciber iras.
Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo.
Non patriam, non certa genus, sed maxima Cæte
Proteaq; ambiguum Pharii se patris ab antris
Huc rexisse vias, junctis super æquora phocis:
Sæpe imis se condit aquis, cunctataq; paullum
Surgit, vt auditas referens in gurgite voces:
Portum demus, ait, hæc hospita, credite, puppis
Aduenit: leuior Lemno deus æquore flexit
Huc Minyas: Venus ipsa volēs dat tempora jungi,
Dum vires utero, maternaq; sufficit ætas.
Dicta placent: portatq; preces ad litora Grais
Iphinoë: nec turba nocens, scelerisq; recentis
Signa movent; tollitq; loci Cytheræa timorem.
Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
Deicit: insuetis & jam pia munera templis
Reddit: & hac prima Veneris calet ara iuuenca.
Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
Fumant saxa iugis, coquiturq; vaporibus aer;
Substitit Aesonides: atq; hic regina precari
Hortatur: causasq; docens: Hæc antra videtis,
Vulcaniq; ait, ecce domos: date vina precesq;,
Forsitan hoc factum taceat jam fulmen in antro;
Nox dabit ipsa fidem: clausæ cùm murmura flāmæ
Hospes, & incussæ sonitum mirabere massæ.
Mœnia tum, viresq; loci, veteresq; parentum
Iactat opes. mediis famulæ conviuia tectis
Expediunt: Tyrio vibrat thorus igneus ostro.

Stat

Stat mœrens atauos reges, regesq; maritos
Threſſa manus, quæcumq; faces timuiſſe iugales
Credita, nec dominæ ſanctum tetigiſſe cubile.
Iam medio Aeſonides, iam ſe regina locavit,
Poſt alii proceres: ſacris dum vincitur extis
Prima fames; circum pateris it Bacchus, & omnis
Aula ſilet: dapibus cœptis mox tempora fallunt
Noctis, & in ſeras durant ſermonibus umbras,
Præcipueq; ducis caſus mirata requirit
Hypſipyle, quæ fata trahant, quæ regis agat vis,
Aut vnde Hæmoniæ molem ratis: vnius hæret
Alloquio, & blandos paullatim colligit ignes,
Iam non dura thoris, Venerі nec iniqua reuerſæ.
Et deus ipſe moras, ſpatiumq; indulget amori.
Pliada lege poli nimboſo moverat aſtro
Jupiter, æternum voluens opus; & ſimul vndis
Cuncta ruunt: vnoq; dei Pangæa ſub ictu,
Gargaraq;, & mœſti ſteterant formidine luci.
Sæuior haud alio mortales tempore gentes
Tortor agit: tunc urget enim, tunc flagitat iras
In populos Aſtræa Jovem; terrisq; relictis
Invocat aſſiduo Saturnia ſidera queſtu.
Inſequitur niger, & magnis cum fratribus Eurus
Intonat Aegæo: tenditq; ad litora pontus.
Et lunam quarto denſam videt imbribus ortu
Theſpiades, longus cœptis & fluctibus arcet
Quem metus; uſq; novos divæ melioris ad ignes.
Vrbe ſedent læti Minyæ, viduisq; vacantes
Indulgent thalamis; nimbosq; educere luxu:

Nec iam velle vias: Zephyrosq; audire vocantes
Dissimulant; donec residēs Tyrinthius Heros
Non tulit; ipse rati inuigilans atq; integer, urbis
Invidisse deos tantum maris æquor adortis,
Desertasq; domos, fraudataq; tempore segni
Vota patrum: quid & ipse viris cunctantibus assit?
O miseri, quicumq; tuis accessimus actis;
Phasin & Aeeten, Scythicig; pericula ponti,
Redde, ait, Aesonide: me tecum solus in æquor
Rerum traxit amor, dum spes mihi sistere montes
Cyaneos, vigilemq; alium spoliare draconem.
Si sedet Aegæi scopulos habitare profundi;
Hoc mecum Telamon peraget meus. hæc ubi dicta:
Haud secus Aesonides monitis accensus amaris,
Quàm bellator equus, longa quem frigida pace
Terra iuvat brevis; in læuos piger angitur orbes:
Frena tamen dominumq; velit; si Martius aures
Clamor, & obliti rursus fragor impleat æris.
Tunc Argum, Tiphymq; vocat: pelagoq; parari
Præcipitat. petit ingenti clamore magister
Arma, viros, pariter sparsosq; in litore remos.
Exoritur nouus urbe dolor, planctusq; per omnes
Et facies antiqua domos, sibi mœnia linqui
En iterum: & quando natorum tempora gentem
Qui recolant, qui sceptra gerāt? nūc triste nefandæ
Noctis opus: vidui nunc illa silentia tecti.
Sævit amor, thalamos excussaq; vincla quod ausæ
Imbuere, atq; iterum tales ammittere curas:
Ipsa quoque Hypsipyle subitos per litora cursus

Ve

Vt vidit, totaq; viros decedere Lemnos
Ingemit, & tali compellat Iasona questu:
Iamne placet primo deducere vela sereno
Carius ô mihi patre caput? modò sæua quierunt
Aequora? sic portus fugeret ratis, aspera si te
Plias in adversæ tenuisset litore Thraces?
Ergo moras cœlo cursumq; tenentibus vndis
Debuimus, dixit lacrimans: hæsuraq; caro
Dona duci, promit clamidem, textosq; labores.
Illic seruati genitoris conscia sacra
Pressit acu, currusq; pios: stant sæua pauentum
Agmina, dantq; locum: viridis circum horrida tela
Silua tremit: mediis refugit pater anxius umbris.
Pars & frondosæ raptus expresserat Ida,
Illustremq; fugam pueri: mox æthere lætus
Astabat mensis; quin & Iouis armiger, ipse
Accipit à Phrygio iam pocula blanda ministro.
Tunc ensem, notumq; ferens insigne Thoantis,
Accipe, ait, bellis mediaq; ut puluere pugnæ
Sim comes, Aetnæi genitor quæ flammea gessit
Dona Dei, nunc digna tuis adiungier armis.
I, memor, i terræ, quæ vos amplexa quieto
Prima sinu; refer & domitis à Colchidos oris
Vela, per hunc, utero quem linquis Iasona nostro.
Sic ait, Hæmonii labens in colla mariti.
Nec minùs Orphea tristis cervice, tuaque
Aeacide, & gemino coniunx à Castore pendet.
Has inter lacrimas legitur piger vncus harenis:

Iam remi rapuere ratem, iam flamina portant;
Spumea subsequitur fugientis semita clavi.
Tunc tenuis Lemnos transitq; Electria tellus
Threïciis arcana sacris: hîc numinis ingens
Horror, & incautis decreta piacula linguis.
Hanc demissa Jovi non umquam laedere fluctu
Audet hiems: sponte ipse deus tunc asperat undas,
Cum vetat infidos sua litora tangere nautas.
Obvius at Minyas, terris aditisq; sacerdos
Excipit, hospitibus reserans secreta Thyotes.
Hactenus in populos, vates, Samothraca, diemq;
Missa; mane: sacrisq; metum servemus opertis.
Illi sole novo laeti, pleniq; deorum
Considunt transtris. jam quas praeviderat urbes
Nauita, condebat: proraeq; acceserat Imbros:
Et Sol aetherias medius conscenderat arces.
Thessala Dardaniis tunc primùm puppis harenis
Appulit, & fatis Sigaeo litore sedit.
Desiliunt; pars hinc lenibus candentia velis
Castra levat: tracto pars frangit adorea saxo
Farra: citum strictis alius de cautibus ignem
Ostendit foliis, & sulfure pascit amico.
Alcides Telamonq; comes, dum litora blando
Anfractu sinuosa legunt; vox attigit aures
Flebile succedens cum fracta remurmurat unda.
Attoniti pressere gradum; vacuumq; sequuntur
Vocis iter: iam certa sonat, desertaq; duræ
Virgo neci: quem non hominum superûmque vocabat?

Acrius

Acriùs hoc instare viri; succurrere certi.
Qualiter, implevit gemitu cùm taurus acerbo
Auia, frangentem morsu super alta leonem
Terga ferens; coit è sparso concita mapali
Agrestum manus, & cœco clamore coloni.
Constitit Alcides; visuq; enisus, in alta
Rupe, truces manicas, defectaq; virginis ora
Cernit, & ad primos surgentia lumina fluctus.
Exanimum veluti multa tamen arte coactum
Mœret ebur; Pariusne notas & nomina sumit
Cùm lapis; aut liquidi referunt miranda colores.
Ductor ait: Quod, virgo, tibi nomenq; genusq;,
Quæ mors ista, doce, tendunt cur vincula palmas.
Illa tremens, tristiq; oculos dejecta pudore,
Non ego digna malis, inquit; suprema parentum
Dona vides, ostro scopulos, auroq; frequentes.
Nos Ili veteris quondam genus; inuida donec
Laomedontæos fugeret fortuna penates.
Principio, morbi cœloq; exacta sereno
Temperies; arsere rogis certantibus agri:
Cùm subitus fragor, & fluctus Id.ea mouentes
Cum stabulis nemora: ecce, repens cõsurgere ponto
Bellua, monstrũ ingens; hanc tu nec montibus ullis,
Nec nostro metire mari, primæua furenti
Huic manus, amplexus inter, plãctusq; parentum
Deditur. hoc sortes, hoc corniger imperat Hammõ
Virgineam damnare animam, sortitaq; Lethen
Corpora: crudelis scopulis me destinat vrna.
Verùm ô iam redeunt Phrygibus si numina, tuque

Ille adés auguriis promisse, & sorte deorum;
Iam cui candentes votivo in gramine pascit
Cornipedes genitor, nostræ stata dona salutis,
Annue: meq; precor, defectaq; Pergama monstris
Eripe: namq; potes; neq; enim tam lata videbam
Pectora, Neptunus muros cùm iungeret astris;
Nec tales humeros, pharetramq; gerebat Apollo.
Auxerat hæc locus, & facies mœstissima capti
Litoris, & tumuli, cœlumque quod incubat urbi.
Quale laborantis Nemees iter, aut Erymanthi
Vidit, & infectæ miseratus flumina Lernæ.
Dat procul interea signum Neptunus: & unà
Monstriferi mugire sinus; Sigeaque pestis
Agglomerare fretum: cuius stellantia glauca
Lumina nube tremunt, atq; ordine curva trisulco
Fulmineus quatit ora fragor; pelagoque remenso
Cauda redit, passosque sinus rapit ardua ceruix.
Illam incumbentem per mille volumina, pontus
Prosequitur lateri assultans; trepidisque ruentem
Litoribus sua cogit hiems non fluctibus æquis
Nubiferi venit unda Noti, non Africus alto
Tantus ovat, patriisq; manus cùm plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Ecce ducem placitæ Furiis crudescere pugnæ
Surgentemq; thoris stupet, inmanemque paratu
Aeacides; pulsentque graves ut terga pharetræ.
Ille patrem, pelagique deos, suaq; arma precatus,
Insiluit scopulo; motumque è sedibus æquor:
Horruit & celsi spatiosa volumina monstri.

Qualis

Qualis ubi à gelidi Boreas convallibus Hebri
Tollitur, & volucres Riphæa per ardua nubes
Præcipitat, piceo nec dum tenet omnia cœlo.
Ille simul molem horrificam, scopulosaque terga
Promovet, ingentiq; umbra subit; intremere Idæ
Illidique rates, pronæque resurgere turres.
Occupat Alcides arcum, totaque pharetræ
Nube premit, non illa magis, quàm sede movetur
Magnus Eryx, deferre velint quẽ vallibus imbres.
Jam brevis, & telo volucri non utilis aër.
Tum verò fremitus, vanique insania cœpti,
Et tacitus pudor, & rursus pallescere virgo.
Proicit arma manu, scopulos vicinaque saxa
Respicit; & quantum ventis adiuta vetustas
Impulerit, pontive fragor, tantum abscidit imi
Concutiens à sede maris. iamque agmine toto
Pistris adest, miseræque inhiat iam proxima
prædæ.
Stat mediis elatus aquis, recipitque ruentem
Alcides: saxoque prior surgentia colla
Obruit: hinc vastos nodosi roboris ictus
Congeminat. fluctus defertur bellua in imos,
Iam totis resoluta vadis. Idæaque mater
Et chorus, & summis ululârunt collibus amnes.
Protinus è scopulis, & opaca valle resurgunt
Pastores, magnisque petunt clamoribus vrbem.
Nuntius hinc socios Telamon vocat; ac simul ipsi
Horrescunt, subitoq; vident in sanguine puppem.
Nec minus in scopulos, crudique cacumina saxi

Emi-

Emicat Alcides, vinclisque tenentibus auferè
Virgineas de rupe manus: aptatque superbis
Arma humeris: regem inde petens superabat ovante
Litora tuta gradu. qualis per pascua victor
Ingreditur, cùm colla tumens: tum celsior artus
Taurus, ubi assueti pecoris stabula alta revisit,
Et patrium nemus, & bello quos ultus amores.
Obvia cui contrà longis emissa tenebris
Turba Phrygum: parvumq; trahens cum conjuge natum
Laomedon; jam mœstus equos, jam debita posci
Dona gemit. pars aërij fastigia muri
Cingit, & ignotis iuvenem mirantur in armis.
Illum torua tuens, atque acri lubricus astu
Rex subit, & patrio fatur malè lætus amore:
Maxime Graiugenûm, quem non Sigæa petentem
Litora, nec nostræ miserantem funera Trojæ
Appulit his fors ipsa locis; si vera parentem
Fama Jovem, summique tibi genus esse Tonantis;
Noster ades, iunctusque venis: sator unus, & idem
Stirpis honos, quanquam longis disiungimur oris.
Quot mihi post lacrimas, post quanta piacula patrum
Serus ades? quàm parva tuis iam gloria factis?
Verùm, age, nunc socios fraternis mœnibus infer,
Vt tibi, servata statri quæ munera prole,
Crastina lux bijuges stabulis ostendat apertis.
Dixerat hæc: tacitusq; dolos, dirumq; volutat

Corde

Corde nefas, clausum ut thalamis somnoq; gravatũ
Immolet, ereptaq; luat responsa pharetra:
Namq; bis Herculeis deberi Pergama telis
Audierat. Priami sed quis jam vertere regnis
Fata queat? manet inmotis nox Dorica lustris,
Et genus Aeneadûm, & Troiæ melioris honores.
Nos, ait, ad Scythici, Tirynthius, hostia ponti
Raptat iter; mox huc vestras revehemur ad oras,
Donaq; dicta feram; tum verò plura vocatis
Annuet ille dies. promissa infida tyranni
Jam Phryges, & miseræ flebant discrimina Troiæ.
Panditur hinc totis in noctem carbasus alis;
Litoraq;, & veteres tumulos prælabitur Ili,
Dardaniumq; patrem: vigili simul omnia ludo
Festa vident. hinc unda, sacris hinc ignibus Idæ
Vibrat, & horrisonæ respondent Gargara buxo.
Inde ubi jam medij tenuere silentia ponti,
Stridentesq; iuvant aurę: Phryxæa subibant
Aequora: & angustas quondam sine nomine fauces.
Ecce autem prima volucrum sub luce dehiscens
Terruit unda ratem: vittataq; constitit Helle,
Iam Panopes, Tethidisq; soror: jamq; aurea læua
Sceptra tenẽs: tũ sternit aquas, proceresq; ducemq;
Aspicit, & placidis compellat Iasona dictis:
Te quoque ab Hæmonijs ignota per æquora terris,
Regna infesta domus, fatisq; simillima nostris
Fata ferunt: iterum Aeolios fortuna penates
Spargit, & infelix Scythicũ gens quæritis amnem.
Vasta super tellus, longum, ne desice cœptis,

Æquor

Æquor: & ipse procul, verum dabit ostia Phasi.
Hic nemus arcanum, geminæq; virentibus aræ
Stant tumulis: celeres hic prima piacula Phryxo
Ferte manu; cineriq; precor mea reddite dicta:
Non ego per Stygiæ, quod rere, silentia ripæ
Frater agor; frustra vacui scrutaris averni
Care vias; neq; enim scopulis me & fluctibus actæ
Frangit hiems; celeri extemplo subire ruentem
Cymothoe, Glaucusq; manu: pater ipse profundi
Has etiam sedes, hæc numine tradidit æquo
Regna; nec Inoïs noster sinus invidet undis.
Dixerat, & mœstos tranquilla sub æquora vultu
Cum gemitu tulit, ut patrij rediere dolores.
Tum pelago vina invergens dux talibus infit:
Vndarum decus, & gentis Cretheïa virgo,
Pande viam, cursusq; tuos age diva secundo.
Immittitq; ratem, mediasque intervolat urbes,
Qua brevibus furit æstus aquis; Asiamq; premens
Effugit abruptis Europa inmanior oris.
Has etiam terras, consertaq; gentibus arua,
Sic pelago pulsante, reor, Neptunia quondam
Cuspis, & adversi longus labor abscidit æui
Ut Siculum Libycumq; latus: stupuitq; fragorem
Janus, & occiduis regnator montibus Atlas.
Jam juga Percotes, Pariumq; infame fragosis
Exsuperant Pythiamq; vadis; transmissaq; puppis
Lamsacus: Ogygij quam nec trieterica Bacchi
Sacra, neq; arcanis Phrygius furor invehit antris,
Sed suus in Venerem raptat deus illius aras

Vrbs

Vrbe ſuper, celſiq; vident velamina templi.
Rarior hinc tellus, atq; ingens undique cœlum,
Rurſus & incipiens alium proſpectus in orbem.
Terra ſinu medio pontum iacet inter & Hellen
Ceu fundo prolata maris: namq; improba cœcis
Intulit arua vadis, longoque ſub æquora dorſo
Litus agit. tenet hinc veterem confinibus oris
Pars Phrygiam, pars diſcreti iuga pinea montis.
Nec procul, ad tenuis ſurgit confinia ponti
Vrbs placidis demiſſa iugis: rex diuitis agri
Cyzicus: Hæmoniæ qui tum noua ſigna carinæ
Vt videt, ipſe ultro primas procurrit ad undas,
Miraturq; viros, dextraque amplexus, & hærens
Incipit: O terris nunc primùm cognita noſtris
Aemathiæ manus, & fama mihi major imago.
Non tamen hæc adeo ſemota, neq; ardua tellus,
Longaq; jam populis impervia lucis Eoæ;
Cùm tales intraſſe duces, tot robora cerno.
Nam licet hinc ſævas tellus alat horrida gentes,
Meq; fremens tumido circumfluat ore Propontis;
Veſtra fides, ritusq; pares, & mitia cultu
His etiam mihi corda locis. procul effera virtus
Bebricis, & Scythici procul inclementia ſacri.
Sic memorat; lætosq; rapit: ſimul hoſpita pandi
Tecta jubet, templisq; ſacros largitur honores.
Stant gemmis auroq; thori, menſæq; paratu
Regifico; centumq; pares primæua miniſtri
Corpora: pars epulas manibus, pars aurea geſtant
Pocula, bellorum caſus expreſſa recentum.

Atq;

Atq; ea prima duci porgens carchesia Graio
Cyzicus, Hic portus, inquit, mihi territat hostis:
Has acies sub nocte refert: hæc versa Pelasgûm
Terga vides: meus hic ratibus qui pascitur ignis.
Subicit Aesonides: Vtinam nunc ira Pelasgos
Efferat, & solitis tentent concurrere furtis;
Cunctaq; se ratibus fundat manus: arma videbis
Hospita, nec post hanc ultra tibi prælia noctem.
Sic ait. hasq; inter variis nox plurima dictis
Rapta vices, nec non simili lux postera tractu.



LAMP. ALARDI IN II. VAL. FL. ARGONAUT. NOTÆ.

VERS. 6. JAMQUE FRETIS SUMMAS ÆQUATUM PELION ORNOS) Significat Minyas post terga reliquisse Pelion, montem Thessaliæ, de quo sic Strabo lib. X. *Hieronymus, inquit, campestrem Thessaliæ ac Magnesiæ circuitum stadium trium millium esse demonstrat, à Pelasgis habitari solitum, expulsosq; inde illos in Etoliam à Lapithis. Campum autem Pelasgicum modo nuncupatum existere in Laryssa & Gyttone & Pheris: ibiq; esse Mopsium & Bœben: & Ossam & Homolen & Pelion & oram Magnesiam. Ornos autem dicit fretis æquatas, quia Orni ad Pelion montem consitæ erant, quarum cacumina fretis coæquata videbantur.*

v. 7. TEMPLAQUE PISÆÆ MERGUNT OBLIQUA DIANÆ) mendam subesse autumo & pro Pisææ (quod ferè omnes vulgati servant) Thisææ legendum. Certè Apollonius, cujus noster ductum sequitur, Tisææ meminit lib. I. v. 565.

Κάδδ' αὐτῆ λίνα χίῦον ἐπ' ἠλακάτῃσι ἑρύσσαντες
Ἐν δὲ λιγὺς πίσεν ἄρσ ἐπ' ἰκελίφιι δὶ καλωας
Ἔσῆσιν περόῃσι Δμακελδοι ἀμφιβαλόντες
Τισαίῳ δ' ὑκηλοι ὑπερ' δολιχὴν ἦιον ἀκρῳ.

ad quæ verba Scholiastes Τίσαιον ἀκρωτήριον Θεσσαλίας, *Tisæum promontorium Thessaliæ.* Cum ergo Dianæ ibi fuerit templum Pisæam Dianam autor dicit. Quanquam me non lateat Pisæam quoq; in Orpheo legi. Sed cum autor Apollonium sequatur, verisimilius est illum Tisææ dicere voluisse. Quod autem eodem versu *Mergere* dicit, cùm potius ipsa navis mergi videatur: illud lib. I. ita circumloquitur:

Cœperat â geminâ descendere Sestos Abydo)
Manil. 3. Astron. condere vocat.

Ergo ubi considens, orbem condensq; rotundum
Degredieris.
ubi egregia periphrasis. Dum enim degreditur velut, perdit rotunditatem.

v. 8. JAM SCIATHOS SUBSEDIT AQUIS JAM LONGA RECESSIT SEPIAS) Sciathos insula est secundum Pomponium Melam prope Thraciam. *Verba lib. II. cap. 7. sic habent: In Ægæo mari prope Thraciam, Thasos, Imbros, Samothrace, Scandille, Polyægos, Scyathos, Halonesos.* Secundum Scholiasten Apollonii Insula est Thessaliæ prope Euboeam. Ἐναλία νῆσός ἐστι παραθαλασσία, νῆσος ἡ μία τῶν Σκιαθίων λίαν, ἐγγὺς οὖσα Εὐβοίας, ἧς καὶ σμινύδης μέμνηται. Sepias promontorium est in Iolco, sic vocatum à Thetide quod ibi in Sepiam transformata sit cū eam persequeretur Peleus. Verba Scholiastæ: Σηπίας ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ ἔστι καλούμενον ἀφ' οὗ τὴν θέτιν ἐν τούτῳ εἰς σηπίαν μεταβληθῆναι διωκομένην ὑπὸ πηλέως. Recessus, cujus autor meminit, notat iterum distantiam, nam quæ prætervehimur, recedere à nobis videntur. Encherius: *Ires per oppositas rerum difficultates & per quamvis longi recessus iter vectatus accurreres.* Rutilius lib. I.

Alsia prælegitur tellus, Pyrgiq; recedunt.
Virgil.

Provehimur portu, terræq; urbesq; recedunt.

v. 11. INTRANTEMQUE AMYRON) Sic Carrio rectè legit contra Argentoratensem & Lugdunensem codicem. Meminit enim Apollonius lib. I. v. 594.

Ἦ ῥα τὸν ὁμόλῳ αὐτοχεδὸν εἰσερόωντες
Πόντῳ κεκλιμένῳ πρηνέστερον· ἐδ' ἐπὶ δηρὸν
Μέλλον ὑπεκπεσέειν βαλεῖν ἀμύρεια ῥέεθρα.

ad quæ verba Scholiastes: Ἄμυρος ἰσθμὸς πεπωκὼς

Ἀχαϊκὸς μετὰ τὸν Μελίβοιαν κείμενος. παρασπορὰ δὲ ἀπὸ Ἀμύρας τῆς ὑπὸ Ποσειδῶνος. Est quoq; litorea urbs eo nomine non longè à Melibœa sita, unde Centauri Amyræi dicti sunt.

v. 17. CIRCUMQUE VIDENT IMMANIA MONSTRA TERRIGENUM) Monstra sunt omnia deformia & minus usitata animantia tam inter homines, quam bruta. Calpurnius:

Nec solum nobis terrestria cernere monstra
Contigit. De Diis etiam Prudentius usurpat II. in Symm.:

Si mallet laudare Deum, cujs sordida monstra
Prætulit ---- Aliàs pro portento vel phantastico figmento ponitur Martial.

Commenta es dignum Thebano ænigmate monstrum.
Hic ubi vir non est ut sit adulterium.

v. 25. DAMNATAQUE BELLO PALLENE) Pallene urbs est Arcadiæ, verbis Scholiastæ ad v. 177. lib. I. Apoll. Παλλήνης· ἀφίκοιτο Ἀχαΐδος. Ἡ ἀχαϊκὴ inquit, Παλλήνη ἀπὸ τοῦ ι. ἡ δὲ ἑτέρα τῆς Ἀρκαδίας ἀπὸ τοῦ ε γεγράφθω Παλλήνη. Ἀχαϊὰς δὲ μέρος Θεσσαλίας ἡς ἡ Πελλήνη. Pompon. Mela lib. II. c. 11. *Inter Athon & Pallenen, Cleona & Olynthos: Pallene soli tam patentis est, ut quinq; urbium sedes sit atq; ager, tota in altum abit, angusta satis unde incipit.* Athos mons est circa Pallenen non solum verbis Melæ d. l. sed & Strabonis cujus lib. X. hæc sunt verba: *Eretria civitas totius Eubœæ amplissima urbes condidit circa Pallenen & Athon, quas Mela superius nominavit Cleonan & Olynthon.* Est ergo juxta Melam Pallene urbs Thraciæ. Cæterum quod autor dixit *damnatam bello Pallenen*, inde est, quod Gigantum bello insignis fuit: de quo ita Theagenes: *Pallene, inquit, qua veteri nomine Phlegra dicebatur homines*

mines tenuerunt quibus immanitas & superbia morum Gigantum nomen dedit. In hos prælium ineunte Hercule, fulmina de cœlo visa sunt ferri, donec se fugæ commiserunt, magnâq; victoria superati sunt, unde vulgo rumor belli contra deos manavit. Idem ferè narrat Eudoxus. Ovid. extremo XV. Metam.

Esse viro fama est in Hyperborea Pallene.

v. 24. HORROR ABEST, SICULA PRESSUS TETLURE TYPHŒUS) Typhœum sub Ætnâ cruciari, Scriptores pleriq; testantur, ideoq; rectè dicit Poeta eum à Phlegrâ abesse, unde minus rectè legunt qui horror adest ponunt. Ovidius IV Fastor:

Alta jacet vasti super ora Typhoëos Aetna

Cæteris enim Gigantibus in Phlegia monte interfectis, solus Typhœus effugit, unde eum postea bellum illud instauravisse quidam tradiderunt. Confer Strab. lib. XIII. Postea autem à Jove fulminatus sub Ætnâ membra posuit, ut ferè omnes testantur. Apollonius lib. II, v. 1214.

Καυκάσῳ ἐν κνημοῖσι τυφωνίη ὄθι πέτρη.
Ἔνθα τυφάονα φασὶ διὸς κρονίδαο κεραυνῷ
Βλήμενον ὀπτῆσαι ὀϊστεύσαντος ἐπιρρίξαντο χέρηες
Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς σάξαι φόνον.

ad quæ verba Scholiastes: Περὶ τὸν Καύκασον φασὶ τὴν τυφωνίαν πέτραν κεραυνωθῆναι. ὁ τυφὼς ἰσχὺν πολὺν ἀφῆκεν, ἐξ ὧν ἐγένετο ὁ τὸ ὄρος φυλάσσων ὄφις· ὅτι δὲ ἐπὶ τὸν καύκασον κατέφυγε ὁ τυφὼς διωκόμενος, καὶ ὅτι κωμῳδεῖ τὸ ὄρος ἔφυγε ἐκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν, ὅτι τῶν πηλίων αὐτὴ ἀπολιφθεῖσαν νῆσον, φερεκύδης ἐν τῇ γεωγραφίᾳ ἱστορεῖ. Vides ut Flacco nostro Scholiastes consentiat? Per νῆσον enim Siciliam intelligit, Italiæ adjacentem, in quâ Ætna ponitur à Pomp. Melâ lib. II cap. VII. *Sicilia, inquit ipsa ingens & tribus promontoriis in diversa procurrens, Græcæ literæ imaginem quæ Δ dicitur efficit. Montium*

ibi

ibi Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Æneâ conditum: Et Ætna quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. Hinc Lycophron Cassandrâ Insulam hanc τελέθριον νῆσον à tribus promontoriis, Nonnus Dionysiacôn lib 2. τελκάρνιον. lib. VI. τέλοφον ab iisdem nuncupavit. Homerus vero Iliad. II. quem Virgil. sequitur Inarimæ eum monti suppositum fabulatur: Enceladumq; Ætnâ pressum. Sic enim inquit:

Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam
Impositã, ruptis flammam exspirare caminis
Et fessũ quoties motat latus intremere omnem
Murmure Trinacriã, & cœlũ subtexere fumo.

v. 28. Torquentemque Ignibus Undas) respicit vers. 25. *sacras revomentem pectore flammas.* Intelligit autem fulmen quo ictus erat. Alii *anguibus* ponunt pro *ignibus.* Tribuunt enim Typhoëo centum capita, Pindarus Olympiis & Pythiis, dum ἑκατοντηκοίρανον appellat: Aristophanes Nebulis, qui ἑκατονταπεφαλατύφω appellat. Fabula extat apud Ovid. V. Met. & Horatium IV. Odâ Carminum III. Strabo ipsi & Draconis capita & serpentinos dat pedes.

v. 54. Incassum Decimæ Cecidit Tumor Arduus Undæ) quam decimam undam dicat autor, multi quæsivêre. Sed res explanatu facilis cui alii poetæ lecti sunt. *Decumanum* enim intelligit fluctum, qui fieri maximus dicitur, velut *ova* quoq; *decumana* dicuntur, quæ maxima. Nam & ovum decimum majus nascitur. Ex hoc *scuta quoq; decumana*, quæ essent amplissima sunt appellata. Et *decumana* in castris *porta* ab hoste aversa. Sicuti quoq; *decumanus* in agro *limes*, non propterea dictus,

quia quasi duocimanus ut M. Junius Nypsus opinatur (Id enim durum & coactum) sed quoniam longissimus. Nam cardo ipse jam dimidiatus decumano scilicet anticipante consideratur. Fluctus decimi vel decumani Ovidius meminit XI Metam.

Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ.

Et Sil. Italic. lib. XIV.

Non aliter Rhodopes Boreas â pertice præceps
Cum sese immisit, decimoq; volumine pontum
Expulit in terras.

Senec. Trag. Agamemn.

Hæc onere sidit, illa convulsum latus
Summittit undis, fluctus hanc decimus tegit.

Lucanus Pharsaliæ lib. V.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Invalidâ cum puppe levat.

Ovid. iterum Tristium lib. I.

Qui venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes.
Posterior nono est, undecimoq; prior.

Ut hinc vel notabile sit atq; insigne, tantopere decimum istum fluctum velut à conspirante poetarum choro celebrari.

v. 85. JUNONEM VOLUCRI PRIMAM SUSPENDIT OLYMPO) Ex Homero est ubi Jovem Junoni iratum, illam aere suspendere fingit. Unde Epigr. Palladæ I. Florileg.

Οὐδ' ὁ Ζεὺς ἀμέλησεν· ἔχει χρυσόθρονον Ἥρην,
Πολλάκις ἐν αὐτῷ βίψεν ἀπ' ἀθανάτων
Ἠέρα νὴ φιλίην μετίοσαν, ὄφρα νόημες
Καὶ Διὸς συγγοάψας τὴν γαμετὴν χόλιον.

Seneca Ludo Claudii: *Et iratus fuit Jupiter uxori, & suspendit illam, numquid occidit?* Tale poetarum figmen-

mentum est, ubi Jupiter Vulcanum de cœlo præcipitat, eodem Senecæ libro: *Ecce Jupiter, qui tot annis regnat, uni Vulcano crus fregit, quem* ῥίψας ποδὸς πτωχὸν δὲ βαλὼν Θεσπεσίοιο. Eulogianus fabulam ita narrat:

Jupiter in terram Vulcanum dejicit, hoc est,
Fulmina cum cœlo præcipitata cadunt.

v. 91. Vox Inde Repens Ut Perculit Urbem) Errat qui hîc Participium à repo poni putat. Est enim prior syllaba longa. Nec opus, *recens*, restituere ut alii faciunt. *Repens* enim hîc idem quod *repentina*. Virgil. Æneid. XII.

Quo ruitis? quod ista repens discordia surgit.

Cic. Tusc. III. *Ne me imparatum cura laceret repens.* Stat. Thebaid. VII.

---------- vocisq; repens singultus, apertum
Intercluſit iter.

Sic Livius lib. I. *Repens ex agris in urbem tumultus allatus pro nuncio fuit.* Lucret. lib. V.

At pater omnipotens ira tum percitus acri,
Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu
Deturbavit.

v. 93. Alternos Ægro Cunctantem Poplite Gressus) Ab illo Virgilii est: Æn. XII.

Alternos longa nitentem cuspide gressus.

id est, passus alterius vulnerati pedis, hastili sustentantem & fulcientem: alter enim pes, qui saucius non erat sine adminiculo firmos & liberos metiebatur gressus. Sic apud Valer. *cunctantem poplite gressus* egregie dicitur. Nam quo pede ægrotabat, eo cunctantius deteriusq; incedebat. Sic alternum à Catullo ad Lesb. usurpatum invenio.

Alternum hoc sanctæ fœdus amicitiæ h.e. mutuum.

at vero illud Æn. XII.

Vix hostem alterni si congrediamur habemus.

aliud est: pro: secundus quisq;.

v. 100. HORRUIT, ET TACITÆ MARTEM TENUÊRE CATENÆ) Respicit fabulam de adulterio Martis & Veneris, quam Ovid. lib. III. Met. fab. V. sic enarrat:

Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic vidisse Deus (Sol) videt hic Deus omnia primus
Indoluit facto, Junonigenæq; marito
Furta tori, furtiq; locum monstravit, at illi
Et mens & quod opus fabritis dextra tenebat.
Excidit, extemplo graciles ex ære catenas
Retiaq; & laqueos, quæ lumina fallere possent,
Elimat: non illud opus tenuissima vincant.
Stamina, non summo quæ pendet aranea tigno
Vtq; leves tactus, momentaq; parva sequantur
Efficit: & lecto circumdata collocat aptè.
Vt venêre torum conjux & adulter in unum
Arte viri, vinclisq; novâ ratione paratis
In mediis ambo deprensi amplexibus hærent.

v. 117. VADE AGE AD ÆQUOREAM VIRGO DELARERE LEMNON) Sensus Valerii hic est: Ait enim, famam à Venere sparsam fuisse: Lemniacos, repudiatis uxoribus, Thressas mulieres domum ducturos: atque id Lemniacas indignatas, maritos ad unum omnes confeciss. Bellè ergo Venus famam

hîc

hîc alloquens, hinc (ait) principia tibi desumenda sunt ut ad rabiem & furorem Lemniacas concites. Papinius Thebaide lib. V. ab ovo historiam repetens, dicit Venerem Lemniacis indignatam, quod nullas sibi struxissent aras, odium inter illas & maritos concitasse, immittendo fœtorem hircinum; unde mulieres à viris contemnerentur. Uxores, hortante Polyxone, injuriam ulturæ, maritos è Thracia reversos ad unum omnes noctu trucidarunt, præterquam Hypsipyle, quæ patrem Thoantem servavit, eumq; prævio Libero patre, cujus filius erat, imposuit navi, unde ipsa accepit regnum. Papinius lib. V. v. 28. Hypsipylen summam casuum narrantem sic introducit:

Ingemit & paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: immania vulnera rector
Integrare jubes, furias & Lemnon, & arctis
Arma inserta toris, debellatosq; pudendo
Ense mares &c. Apollonius lib. I. causam adhuc aliter narrat.

Quod autem *æquoream Lemnon* poeta dicit Statius eodem libro ita circumloquitur v. 49.

---- --- *Aegeo premitur circumflua Nereo*
Lemnos, ubi igniferâ respirat fossus ab Aetnâ
Mulciber.

v. 103. Teretі Crinem Subnectitur Auro) Crinibus exornandis virgines aurum addebant. Ovid. Ep. XX.

Quos idem solitos postquam revocavit ad ortus
Comuntur nostræ matre jubente comæ,
Ipsa dedit gemmas digitis & crinibus aurum
Non Arabum noster rore Capillus olet.

Auro gemmæ accedebant; non mulierum modo sed & virorum crinibus. Claud. de VI. Honor. Consul.

Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ
Spe propiore thori mater solertior ornat.
Adveniente proco, vestesq; & cingula comit,
Sæpe manu viridiq; auguſtat Iaſpide pectus.
Subſtringitq; comam gemmis &c.

v. 138. MANET ILLA VIRO) Qui ſenſus? *Manet illa viro?* Emendo ergo *Manet illa viros.* id eſt expectat, deſiderat. Vix hæc emendaveram cum Maſerius mihi oblatus; qui ſuâ editione ſententiam hanc confirmat, quem ſi placet vide.

v. 149. MAGNI PROLES PRÆCLARA DORYCLI) Magnũ vocat Doryclum ab origine, quam à Jove traxiſſe fertur, ut Scholiaſtes Apollonii teſtatum reliquit. Quod autem Carrio præter Doryclum Priami nothum (de quo Homer. Iliad. II.) nullum ejus nominis ultra agnoſcit, & nuſquam aliâs Dorycli mentionem inveniſſe ſcribit, vel ſocordiam vel ignorantiam prodit. Ecce enim Scholiaſtes Apollonii meminit ad v. 178. Apollon. lib. II. ὁ δὲ Καστιπείας τῆς Ἀγήνορος φάσκει γίνεται Κιλιξ, καὶ Φινεὺς, καὶ Δόρυκλος· Ὁ δὲ Ἀτύμιος κλῆσιν ἐπίκλησιν καὶ αὐτὸς τῷ φοίνικι. παῖς δὲ ἀληθείας τῷ ἑῷ. Ἀγνοεῖσθω δὲ εἶπε τὸν φινέα, καὶ Ἀγήνορός ἐστι παῖς. Ὁ δὲ Ἡσίοδος τῷ φοίνικι αὐτόν φησι τῷ Ἀγήνορος· πηρωθῆναι δὲ λέγεται τὸν φινέα ὑπὸ ἡλίου, ὅτι πολυχρόνιος ἔλεγτο μᾶλλον εἶναι ἢ βλέπειν· ἔνιοι δὲ ἀπηγοῦνται ὅτι τοσαύτας ψευδεῖς ἐζήκεσαν φινέα, ὥστε τῷ φοίνικι ὀνῶ ἰόν, μέχρι τῶν Ἀργοναυτῶν Διφορέσας· Καὶ ἕτερον τὸν φασὶ τὸν φινέα, ἕβδομον ὄντα ἀπὸ φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος, ὃν καὶ ἀπηλλάγησαν οἱ ἥρωες.

v. 156. SCIS SUMUS UT SIMILES FLAMMIS: GENUS ADDE CRUENTIS QUOD PATRIUM SERVIRE DARIS) Sic lego & diſtinguo, ſignificat autem mulieres ſimiles flammis eſſe. Id quod Epi-

gram-

gramma Palladæ lib. I. Forileg. Tit. εἰς γυναῖκας, adstruit :

Ὁ Ζεὺς ἀντὶ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο γυναῖκας
εἴθε δὲ μήτε γυνὴ, μήτε τὸ πῦρ ἐφάνη.
πῦρ μὲν δὴ ταχίως κρὰ σβέννυται· ἡ δὲ γυνὴ πῦρ
Ἀσβεστον, φλογερὸν, παντοτ' ἀναπτόμενον.

Nos ita olim vertimus:

Pro Jovis igne data est mulier mage fortior ignis,
O si nec mulier, nec foret ignis edax.
Flamma ignis facilè extincta est, mulieris at ignis
Non perit, ardescit, cunctaq; ubiq; vorat.

Et aliud ejusdem :

Ὀργὴ τοῦ Διὸς ἐστι γυνὴ, πυρὸς ἀνπδοθεῖσα
Δῶρον ἀνίερον τοῦ πυρὸς ἀνπδοτον.
Ἄνδρα γὰρ ἐκκαίει πᾶς θρασυπόνος ἡδὲ μέχρινεν
Καὶ γῆρας ἀσπετὸς τὴν νεότητα φέρει.
Οὐδ' ὁ Ζεὺς ἀμέλησεν ἔχει χρυσόθρονον Ἥρην
Πολλάκι γὰν αὐτῶν ῥίψεν ἀπ' ἀθανάτων
Ἥρα, καὶ νεφέλησι μετήορον, οἶδεν ὁμηρ
Καὶ Δία συγγράψας τὴν γαμετὴν χόλιον
Οὕτως οὐδέποτ' ἐστὶ γυνὴ σύμφωνος· ἀκοίτῃ
Ἢ δὲ καὶ ἐν χρυσέῳ μυγνυμένη δαπέδῳ.

Nos quomodo verterimus, Lauritolia nostra vide. Artemidorus lib. II. c. 8. Οὐδὲν ἧττον τὰ σώματα θερμαίνει ὥσπερ πῦρ καὶ γυνή. Huc pertinet illud Terentii Eun. Act. I. Sc. II.

Accede ad ignem hunc jam calesces plus satis.

In sequentibus verbis hic est ordo & sensus, Carrioni difficilis: Sumus, ut scis, nos mulieres similes flammis: adde quod genus nostrum patrium, servire cruentis dabis, si te non ulciscaris &c.

v. 159. NOSTROSQUE THORCS VIRGATA TENEBIT) simile quid habes apud Maronem Æn. IIX.

Virgatis lucent sagulis tum lactea colla.

Virgata non acquiescunt Grammatici, ut ea tantum intelligamus, quæ discoloribus tanquam currentibus regulis colorum & ductibus, varia cernuntur: etiam ajunt ad Gallorum respectum esse linguam; quibus virga purpuram significat, ut virgata sint purpurea. Atq; huc trahunt illud Pollucis: *Virgatæ vestes olim dictæ fuerunt, quibus purpureæ virgæ intexebantur. Ego intellectu simplici & Latino virgatum* ῥαβδωτὸν *significare puto, quod virgas quasdam in latum & longum serie varia & colore porrectas habet, ut in concharum genere sunt virgulatæ id est* ῥαβδωταὶ. Valerius ergo non purpureas hîc intellexit vestes, sed barbarorum ritu discolores, & velut virgatis segmentis contextas.

v. 179. FULMEN AGI STRAGEMQUE DEÛM) significat Poëta optasse Venerem sub persona Dryopes patriam potius incendio conflagrare, quàm ut hæc patiatur. Per Deos intelligit Penates, quos peregrè redeuntes, omnibus aliis posthabitis statim adibant & salutabant. Ter. Phorm.

Deos penates hinc salutatum domum
Divortar.

Et Chrysalus Plautinus de hero peregrè adveniente:

Deos atq; amicos iit salutatum ad forum.

v. 190. JAMQUE DOMOS MENSASQUE PETUNT) Hospites antiquitus peregrè redeuntes comiter excipiebantur conviviis & munusculis. Vitruvius lib. VI. *Cum fuerint Græci delicatiores & opulentiores à fortunâ, hospitibus advenientibus instituebant triclinia, & cubicula, & cum penu cellas, primoq; die ad cænam invitabant; postero mittebant pullos, ova, olera, poma,*

mâ, reliquasq; res agrestes. Primo itaq; die ad convivium invitabant. Plautus Bacchid.

Hospitium & cœnam pollicere, ut convenit
Peregrè advenienti.

Et alibi passim. Sic Pind. Pythion. Od. IV.

——— ξένοις ἅτ' ἐλ—
γόντεσσιν ἀέρλτῳ
δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

Scholiastes ibidem: Τοῖς ξένοις παραγινόμενοι οἱ ξενισταὶ τὰ δεῖπνα πάντε φιλοφροσύνην πρῶτον ἐπαγγέλλονται. Parthenius Erot. IIX. Ὁ δὲ ἠμάθη τῆς ψυχῆς τὸν Ξάνθον, καὶ αὐτίκα συνουσίαν ποιησάμενος τῶν μάλιστα παρεγινόντων ἑαυτῷ ἐξένισεν αὐτόν. Terentius Heaut. Act. I. Sc. II.

——— *advenientem è navi egredientem illico*
Adduxi ad cœnam.

Atque hoc primo die, quô Flaccus respicit cum ait. Jamq; domos mensasq; petunt, discumbitur altis Porticibus. Postea mittebant munuscula. Apulejus Miles. II. Commodum meridies accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum opimum, & quinq; gallinulas, & vini cadum in ætate pretiosi. Orpheus Argon.

Ἀλλὰ μὴ αὐτίκα τοι πεφρων ξεινηΐα πέμψω
Σῖτον, καὶ μέθυ λαρὸν, συν' δὲ κρέα πολλά.

Antiquissimum autem xenium gleba telluris. Videre id quoq; apud Pindarum d.l. Pythion. Od. IV.

——— τὸν ποτε
πειτωνίδᾳ ἐν πεμχοαῖς
λίμνας, θεῶν ἀνέρι εἰδομένῳ
γαίαν διδόντι ξείνια
πρώραθεν ὄφαμος καπεβαί
δεξατ'. &c. &c.

Vide etiam de conviviis & muneribus Apollon. lib. I. v. 857. & v. 846.

V. 192. Qualis Sub Nocte Barathri Accubat

CUBAT ATTONITUM) Multa in Valerio noſtro veſtigia vergilianorum proſtant verſuum. Tu vide annon præſens ex illo ſit:

----- ----- *Furiarum maxima juxta*
Accubat.

Et ex illo:

---- --- *Sedet æternumq; ſedebit*
Infelix Theſeus Phlegyasq; miſerrimus omnes
Admonet.

Tum annon ſequens v.195. nigris amplectitur hydris ex illo ſit:

---- ---- *Torvosque ſiniſtra*
Intentans angues, vocat agmina ſæva ſororum.

Item v. 209. Hic aliud Venus: annon ſit ex illo:

Hic aliud majus miſeris multoque tremendum
Objicitur magis, atq; improvida pectora turbat.

& quod ſequitur v. 216. *Unde ego tot ſcelerũ facies.* annon ex illo ſit:

Quæ ſcelerum facies ô virgo effare?

Adeo diligens Valerius noſter ejus Poëtæ, qui omnium Phœnix à Scaligero jure merito appellatur, aliorumq; qui vividum Poëſeos abſolutę exemplar repræſentarunt, fuit imitator.

v. 208. SIGNUMQUE DEDIT MAVORTIA CONIUNX.) Puto Venerem deſignari, quæ communis fuit Martis & Vulcani Conjux. Hoc enim contextus dat. Ideoq; mox melioris ſenſus gratiâ *Venus* additur. Quod licet Maſerius ad rem nihil facere arguat: Ego tamen tuebor, donec è Textu aliùs ſententiæ convincar. Nerienen hic quærere & attrahere, quã ille Martis uxorem facit ex Gellio, violentum nimis eſt & contra Mentem Autoris.

v. 231.

v. 231. Immanes Quos Sternere Bessi) Bessi sunt populi ad Hæmum montem, qui ob latrocinia latrones vocantur. Strabo lib. VII. *Post Scordiscorum agrum ad Istrum adjacet Triballorum & Mysorum plaga. Et paludes Scythiæ intra Istrum quam minorem vocant. Habitant & illic (sic lego pro illi) & Crobyzi & alii quos Troglodytas vocant. Dehinc Æmi accolæ & qui usq; in Pontum vergunt Coralli & Bessi & Medorum quidam & Dantheletæ. Hæc vero universa latronibus refertissima loca. Bessi magnâ ex parte montem Hæmum incolunt, & propter latrocinandum latrones vocantur.* de his Ovidius lib. de Ponto:

Vivere quã miserum est inter Bessosq; Getasq;.

Cum Valerio nostro conveniunt illi versus apud Verg. lib. II. Æneid.

---- ---- *captique dolis lacrimisq; coactis*
Quos neque Tydides, nec Laryssæus Achilles,
Non anni domuêre decem, non mille carinæ.

v. 249. Illa Pias Armata Manus) Narrat Poëta quomodo Hypsipyle patri Thoanti pepercerit, cæteris maritos suos per totam insulam interficientibus Eadem ferè narrat Stat. Thebaid. lib. V.

---- ---- *meus ille Thoas, mea dira videri*
Dextra mihi, ex templo thalamis turbata paternis
Inferor. ille quidẽ dudum (quis magna ruenti
Somnus?) agit versans secũ (& si lata recessit
Urbe domus) quis nam strepitus? quæ murmura noctis?
Cur fremebunda quies? trepido scelus ordine pando.
Quis dolor? unde animi? vis nulla arcere furentes

Hæc

Hac sequere ô miserande, premunt, aderunt̃ moranti
Et mecum fortasse cades: his motus & artus
Erexit stratis.

v. 254. FACITUMQUE AD CONSCIA BACCHI TEMPLA RAPIT) Sollicita Hypsipyle, jam porro Thoantem prævio munere Liberi patris (cujus filius erat) cruentâ patriâ liberat, & ereptum sub prætextu sacrorum Liberi patris, extra urbem sylvâ occulit: sed mox navi impositum æquori & ventis committit. Convenit Statius lib. V.

Quâ data signa sequor: deîn curvo robore clausum.
Dîs pelagi, ventisq̃, & Cycladas Aegæoni
Amplexo, commendo patrem, nec fletibus unquam
Fit modus alternis nî jam dimittat Eoo
Lucifer astra polo &c.

v. 260. FIXÆQUE FREMUNT IN LIMINE TYGRES) Liber, furore sibi à noverca objecto vagabundus ad Mesopotamiæ amnem devenit, cui transire metuenti, adstitit Tygris & Deum tergo impositum in ulteriorem ripam transtulit, atq; ex eo Tygris in Bacchi tutela remansit, unde Bacchi sacerdotes ejus pellibus velantur, quod Verg. Ovidius, Claudianus, totusq, Poëtarum chorus cecinit. Atq; hoc est quod Valerius. v. 258. dicit:

---- ---- ---- *latet ille receptus*
Veste sacrâ.

Huc quoq; pertinent versus Aurelii Nemesiani Ecl. III. Sic canentis:

Te cano qui gravidis ederata fronde corymbis
Vitea

Vitea serta plicas, qui comtos palmite Tygres
Ducis, odorato perfusus colla capillo.

v. 273. Rapiturque Per Urbem) Myrinam nempe, quam suo poemate Apoll. celebrat dicens:

Αυτίκα παϊσιδίῃσι πυλέων ἔκτοθε Μυρίνης &c.

Et v. 604.

Ακροπάτῃ κορυφῇ σκιάει κρὴ ἐσάχρι Μυρίνης.

Scholiast. ibidem. Πόλις δ' ἐστὶν ἡ Μυρίνη πρὸς τῇ πάλει τῆς Λήμνου. Δίπολις γάρ ἐστιν ἡ Λῆμνος. ἔχει γὰρ ἡφαιστίαν κρὴ Μυρίνην. ἐκλήθη δ' ἀπὸ Μυρίνης τῆς θυγατρὸς γυναικὸς, Κρηθέως δὲ θυγατρός.

v. 290. Quam Genitor Patriam?) Plena adfectuum est hæc oratio Hypsipyles. Nihil enim vehementius, nihil omni adfectuum genere plenius iteratis his interrogationibus: quo certe artificio Apollonium superavit, qui nudè historiam narrans nihil aliud quam Hypsipylen patri peperciſſe & navi imposuisse scribit. Cæterùm v. seq. pro *Puppe* malim *Pube*.

v. 304. Jam Te Ciet Altus Ab Alba Jupiter) Strabo lib. V. *Ascanius in Albano monte Albam posuit, eo in loco Romani pariter & Latini ex universo regno Jovi immolant.* Idem eodem paulò post: *Herniti vero & Lavinio, & Alba vicini erant ac ipsi Romæ. Non longè autem distat Aricia Tellenæ & Antium.* Ex quo bini hi versus Valerii facilè intelliguntur.

v. 305. Et Soli Non Mitis Aricia Regi) Aricia urbs fuit in Italia condita ab Hippolyto, quæ omnibus mitis fuisse dicitur præterquam Regi suo. Observabatur enim in templo Dianæ Aricinæ mos ille barbarus: Qui Victimæ primus mactator extiterat Sacerdos instituebatur. Fugitivus autem vir, gladium tenens, & insultus semper circumspectans ad tutandũ

se strenuè paratus erat. Is vero *Sacerdos* dicebatur *Rex sacrorum: & Sacerdotium Regnum.* Postea qui fortior Regem sacrorum ceciderat Rex creabatur. Cui eadem Mors imminebat fortiore succedente. Tangit hunc morem Strab. lib. V. Et Sil Ital. lib. IV.

---- ---- ---- *quos miserat altis*
Aegeriæ genitos immitis Aricia lucis.

v. 324. VENUS IPSA VOLENS DAT TEMPORA JUNGI) Sic Apollonius lib. I. v. 850.

——— Κυπρὶς ἦ ἐπὶ γλυκὺν ἵμερον ὦρσεν
Ἡ φαίσιμο χάρεν πολυμήπος· ὄφρα κεν αὖτις
Ναίηται μετὰ πατρὸς ἀκήρατος & ἀδόμητος.

v. 326. PORTATQUE PRECES AD LITTORA GRAIIS IPHINOË) Apollonius prolixè ea narrat, qui scribit post concilium dimissum, Iphinoen ab Hypsipyle vocatam & ei mandatum, ut eum virum arcesseret, qui dux illius navigii esset & societatem ipsis, si vellent, adiceret. Post Iphinoë ad Minyas digressa causam suæ legationis exponit, & laboriosè ea repetit de quibus antea in concilio actum erat. Noster brevius omnia contrahens, repetitionem illam concilii ut superfluam omittit, Jasonemq; ab Iphinoë evocatum ad Hypsipylen venisse scribit; nihil quoque de vestitu Jasonis, cui Apollonius inhæret, attingit. Statius Papin. lib. V. aliter narrat. Dicit enim Argonautas invitis Lemniacis deveniisse in terram, Lemniadasq; eos bello infestasse, à quibus postea petitâ pace per Jasonem, hospitio excepti sint.

v. 329. PROTINUS INGENTEM PROCERUM SUB NOMINE TAURUM) Lemnon taurorum feracem etiam Apollonius scribit lib. I. v. 746.

Ἔν δὲ βόων ἔκτην λάσιος & νομὸς· ἀμφὶ δὲ βεσὶ
Τηλεθόωσι μάραυτο καὶ ὕσσες ἠλεκτρυωνίαι·
Οἳ μὲν ἀμιστύξωμοι, ἄπιρ' ὅτιγ' ἐθέλοντες ἀμέρσαι
Λήσειαν τὸν φύλακα.

v. 332.

v. 332. Ventum erat ad Rupem) significat Poëta, hospites, Vulcani antrum deveniſſe (ubi ille fulmina Jovi fabricat) viſendi gratiâ. Apollonius idem canit lib I. v. 730.

Ἐν μὲν ἔστεν κύκλωπες ἐπ' ἀφθίτῳ ἤματι ἔργῳ
Ζηνὶ κεραυνὸν ἄνακτι πονεύμενοι· ὃς τότε νήδη
Παμφαίνων ἐπέπυκτο, μιῇ δ' ἔπι δαίετο μοῦνον
Ἀκτῖνι τῷ ἴσχε σιδηρείης ἐλάασκον
Σφύρησιν, παλερῷσι πυρὸς ζείοσαν αὐτμῷ.

v. 340. Mediis Convivia Tectis Expediunt) Convivia hospitibus parari solita ſupra diximus, cujus rei noſter hîc iterum indicio eſt. Convenit & Statius lib. V.

---- ---- *certatimq; ordine cunctæ*
Hoſpitibus patuêre fores: tunc primus in aris
Ignis, & infandis venêre oblivia curis:
Tunc epulæ felixq; ſopor, noctesq; quietæ.

Apollonius lib. I. v. 786.

——— ἄνεσαν δὲ πύλας φρασφαίνοι θεράπναι
Δικλίδας, οὐ πύκτησιν ἀρηρεμέας σανίδεσσιν.

Item v. 817. libro eodem:

Αὐτίκα δ' ἄξυ χορῷσι κὰγ εἰλαπίνῃσι γεγήθει
Καπνῷ κνισήεντι θεοπλέον.

v. 346. Jam Medio Æsonides) In conviviis veterum locus medius præ aliis honoratior erat. Saluſt. in Rom. hiſt. *Diſcubuere Sertorius inferior, in medio ſuper eum T. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis, in ſummo Antonius, quia autem erat convivium Sertorii, ipſi locus inferior, ſenatori honoratior datus.* Virg. I. Æn.

---- *aulæis tum ſe regina ſuperbis*
Aureâ compoſuit ſpondâ, mediamq; locavit.

Noſter lib. IV.

Instituere thoros mediisq; tapetibus ipsum
Accipiunt ----- ----

Nec modo in Conviviis is mos observatus sed & in senatu & quocunq; alio loco. Lucanus de Cæsare inter milites.

Et celsus medio conspectus in agmine Cæsar.

Nam ducum ea statio erat: ut facilius in omnes exercitus partes imperium demandare possent & ab omnibus audiri. Virg. IX. Æn.

--- --- medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens ---- ----

v. 354 BLANDOS PAULATIM COLLIGIT IGNES. VENERI NEC INIQUA REVERSÆ) Papinius lib V.

Ergo iterum Venus, & tacitis corda aspera flammis
Lemniadum pertentat amor: tunc regia Junō
Arma habitusq; virūm, pulchræq; insignia gentis
Mentibus insinuat.

v. 373. DONEC RESIDES TYRINTHIUS HEROS NON TULIT) Herculem in navi remansisse, nec cum aliis ad Hypsipylen voluptatis gratiā descendisse ex Apollonio constat lib. I. v. 854.

——— οἱ δ' ἄλλοι ὅπη κραγὴ ἔκυρσαν ἕκαστοι
Ἡρακλῆι δ' ἀνεῦθεν ὁ δ' οὐ παρὰ νηὶ λέλειπτο
Αὐτὸς ἑκὼν· πολύγυιε μάχεϊ θυμὸς ἔτειρε.

ideoque pertæsus morarum, quas Dux Jason apud Hypsipylen trahebat, è nave indignabundus ad socios venit, eos ad navigationem retracturus. Ecce autem ut iterum Valerius noster Apollonium multis parasangis post se relinquat, dum Herculem pauciloquum introducit, quem Apollonius prolixum & copiosi-

rem.] Non enim obſervavit τὸ πρέπον, quo ſtrenuos & fortes pauciloquos: Ignavos contra & inertes introducimus garrulos. Ideoq; etſi elegantiſſima apud Apollonium Herculis eſt oratio, prolixior tamen eſt quam ut tantæ perſonæ conveniat. Certè apud Homerum manifeſtum diſcrimen Therſitæ & Agamemnonis. Sed non abs re fuerit orationem Herculis referre lib. I. v. 864.

Δαιμόνιοι, πάτης ἐμφύλιον αἷμ' ἀπείρηϛ
Ἡμέας; ἦ γάμων ἐπιδευέες οὐδέ σ' ἔοικεν
Κεῖθεν ὀνοσσάμενοι πολιήπιδας, αὖθι δ' ἔασαν
Ναίοντας λιπαρὴν ἄροσιν λιμνοιο παρ' ὄχθας;
Οὐ μὲν ἐυκλῆες γε σὺν οἰνείῃσι γυναιξὶ
Εσσομεθ' ὧδ' ἐπὶ δηρὸν ἐελμένοι· ἤδ' ἔπι κῶας
Αὐτόματον δώσουσι θεῶν ἕνεκ' ἐυξαμένοισιν.
Ἰομεν αὖθις ἕκαστοι ἐπὶ σφέας· τὸν δ' οὐ λέκτροις
Υψικόμης εἰάτη παννύμερον, εἰσόκε λῆμνον
Πασιν ἐσαυθρώσῃ, μεγάλη τέ οἱ ἔπλετο θυμῷ.

Cæterum quomodo Mythologici factum hoc Herculis exponant, adi Natal. Comitem & alios qui per Herculem fortitudinem & Prudentiam intelligunt.

v. 402. TALI COMPELLAT JASONA QUESTU) Ultima verba Hypſipyles narrat, in quo iterum Apollonius à noſtro vincitur. Cum enim ille ſtatim votum Hypſipyles ponat; noſter multa adhuc cauſatur de abitu, ut amici ſolent: idq; patheticâ interrogatione. Verba Hypſipyles apud Apoll. lib. I. v. 888. hæc ſunt:

Νείσεο, καὶ σε θεοὶ σὺν ἀπήμονα οἴκαδε πέμποιεν
χρυσείῃ βασιλῆϊ δίαν κομίσειαν ἀοιδὴν
Αὐτως ὡς ἐθέλῃς, καί τι φίλον.

v. 410. ILLIC SERVATI GENITORIS CONSCIA SACRA PRESSIT ACU) Acu matronæ duplici utebantur, unâ crinibus ornandis quam Apul. lib IIX. Miles. *Crinalem* appellat. Varro IV. de LL. *diſcrimi-*

culum, quod crines discernat. Alterâ picturæ vel texturæ vestium, quæ inde commendabantur si matronarum manibus factæ fuissent. Hoc significatu Plin. HX. lib. c. 48. dicit: *Pictas vestes jam apud Hom. fuisse, unde Triumphales natæ: acu id facere Phryges invenerunt, ideoq; Phrygiones appellati sunt.* Lucan. lib. X. v. 142.

Quod Nilotis acus compressum pectine serum
Solvit, & extenso laxavit stamina filo.

Mart. X. lib. Ep. 6.

Quando eques & picti tunicâ Nilotide Mauri
Ibitis ——— ———

Ita Hypsipyle Thoantis sacra (quem servarat) vestibus intexuit. Nam sub Bacchi sacris genitor cruentas Lemniacarum manus effugerat.

v. 424. PER HUNC UTERO QUEM LINQUIS JASONA NOSTRO) Gravidam se ab Jasone Hypsipyle prodit, quod idem Apollonius lib. I. 897. Hypsipylen sic introducens:

——— λίπε δ' ἡμὶν ἔπος· τόκεν ἐξανύσαιμι
Πρώφρων, ἤν ἄρα δή με θεοὶ δώωσι πεφίδειν.

Statius lib. V.

Jam nova progenies, partusq; in vota soluti.
Et non speratis Lemnos celebratur alumnis.
Nec non ipsa tamẽ thalami monimenta coacti
Enitor geminos, duroq; sub hospite mater
Nomen avi renovo.

Et Jason apud Apollon ad Hypsipylen v. 906.

——— ——— ——— ἦν ἄρα τόσγε
τίτυμῃ ἔπι ζῶντας, ἵν' ἀνδίχα τοῖο ἄνακτος
σφίσιν πορσώωνται ἐφέσιοι ἐν μεγάρεσσιν.

v. 430. SPUMEA SUBSEQUITUR FUGIENTIS SEMITA CLAVI) Elegans descriptio viæ in mari, & semi-

semitæ illius, quam navis ligno quasi lirat, quod navi regendæ est in puppi. Pari modo Silius It. lib. XIV.

---- ---- *nec deinde regendâ.*
Puppe manus valuit flectenti immortua clavo.

v. 431. Transitque Electria Tellus) Apollonius dicit eos in Insulam Electræ appulisse, ibiq; expertos sacra mysteria, trans horridum mare navigasse, lib. I. v. 915.

Ἐπὶ δὲ Ὀρφῆϊ ἐφημοσύνησιν ἔκελσαν
Νῆσον ἐς ἠλέκτρης ἀτλαντίδος· ὄφρα δαέντες
ἀῤῥήκτοις ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι χέμιστας
Σωότεροι κρύεσσαν ὑπὲρ ἅλα νωτίλλοιντο.

Sed quæ hæc fuerint mysteria quæ ipsis sint revelata nefas dicit propalare.

Τῶν μὲν ἔτ' ἀστερόεσσα μυήσομαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Νῆσος ὁμῶς κεχάροιτο, καὶ εἰ λάχον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐναίειαν, τὰ μὲν ἐξ ἄμμιν ἀείδειν.

Noster etiamsi adeo religiosus non sit, ut rem totus conticescat, non tamen omni ex parte revelat, nisi quod dicat *Threiciis arcana sacris &c.* de quibus Ovidius.

Sacraq; Threiciâ magna reperta Samo.

Ad quæ verba Carrio: *Sacra Deum matris ex Samothracia Dardanus in Phrygiam transtulit per Deucalionis diluvium, quippe tum obruta aquis insula spiritu distentum utrem pectori admovit, atq; ita in proximum littus enatavit.* Cujus rei testem addo Nonnum Dionys. lib. III.

——— ——— πάτερον οὖδας ἐάσας
Δάρδανος ἀνπελόεθεν ἐλάσατο πέτεα ἀρόρης
Δαρδανίην ὄπυιεν ἐπώνυμον ἄσυ χαράξας
Ἰδαίην ἀροτῆρι ἀμφιρέψας κόνιν ὁλκῷ.

Mysteria porro inquit hæc sunt: *In Samothracia initiabatur Cabiris, vel ut Scholiastes Apollonii ait: Quatuor*

Cabiri numero erant, Axieros id est Ceres, Axiocersa quæ Proserpina, Axiocersus qui Pluto, & Casmilus qui Mercurius dicitur. Pro *Casmilas* idem legi fuit *Camillus* ex Macrob. lib. III. c. 9. ex Servio XI. Æneid. *Camillus enim nominatur in Samothraces mysteriis divus quidam administer Deorum*, ait Varro lib. VI. de L. L. *Thyotes* autem quem v. 438. autor ponit sacerdos est eorundem sacrorum, à θύω sacrifico: Sensus verborum hic est: *Thyotes sacerdos excipit Minyas referens iis secreta: nisi quis Deum matrem Thyoten malit appellari, eò quod illi sacra fiant in Samothraciâ. Hac Carrio.* Sed quid de sacris dici debeat, ipse incertus est. Ego me arcana hæc reperisse autumo. Samothracia enim ejusmodi celebravit sacra, quibus si quis initiatus esset, quamlibet maris tempestatem incolumis evadebat, Scholiastes Apollonii lib. I τὰς τελέτας (*Teleta sacra, illa appellantur, item sacra Cabirorum*) λέγει, τὰς ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἀγομένας, ἃς εἴ τις μυηθείη ἐν τοῖς κατὰ θάλασσαν χειμῶσι διασώζεται. Hoc genere sacrorum initiatus fuit & Ulysses & Agamemnon. De quo vide plura apud Scholiasten d. libro ad v. 916. Et apud Cœlium Rhodigin lib. XVI. Antiq. lect. cap. XX. Notabis autem *Samothraciam* Valerium innuere voluisse his verbis: *Threicia arcana sacris* Ponuntur enim apud autores promiscuè. Virgilius lib. VII.

Threiciamq; Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

Electra autem (unde Electria tellus dicta) in Samothraciâ habitavit, & indigenis στρατηγὸς id est Bellona fuit appellata.

v. 434. HANC DEMISSA JOVI) *Jovi* ponitur pro *Jove* ἐχθίκως. Manil. lib. II.

---- ---- *Sic quondam gesserat ante*
Europam dorso, redimentem cornua læva
Indutusque Jovi.

Ita

Ita idem alibi, *parti pro parte*, *sorti pro sorte*. Noster iterum lib. V.

Atque hanc alipedi pulsantem corpora curru.

pro *alipede*. Sic Plautus passim.

v. 440. Sacrisque Metum Servemus Opertis) Operta ponuntur pro mysteriis. Ut apud Ausonium:

Nunc & Apollineos Tyberina per ostia ludos
Et Megalesiacæ matris operta loquar.

v. 460. Coit è Sparso Concita Mapali) Concitus à concito mediâ correptâ ponitur; concitus à concieo, mediâ productâ. Noster lib. V.

—— —— tantis concita furoribus arma.

sed hæc pueris relinquo.

v. 443. Proræque Accesserat Imbros) Imbros, prope Thraciam sita est, in Ægeo mari. Pompon. Mela lib. II. c. VII. *In Ægeo mari inquit prope Thraciam Thasos, Imbros Samothrace.*

v. 455. Jam Certa Sonat; Desertaq; Duræ Virgo Neci) Fabulam attingit, quam Ovidius IV. Metam. Fab. XI. narrat, de Andromeda, propter superbiam matris (quæ se Nereidum Nympharum pulchritudini prætulerat) saxo alligatâ, ac marinæ beluæ objectâ. Habes hanc inter cæteros apud Nonn. Dionys. XXXI. Apollodorum lib. II. Nicandrum in Theriacis, & Hesiodum ἀσπίδι.

v. 465. Exanimum Veluti Mœret Ebur) simile quid Ovidius de virgine, Perseo primùm visâ, habet:

Quam simul ad duras religata brachia cautes
Vidit Abantiades; nisi quod levis aura capillos

Moverat, & tepido manabant lumina fletu.
Marmoreum ratus esset opus.

Quod idem deinde ponit: *Ductor ait: Quod virgo tibi nomenq; genusq;*: itidem Ovidius habet:

Ut stetit ô dixit, non istis digna catenis.
Sed quibus inter se cupidi junguntur amantes.
Pande requirenti nomen terræq; tuumq;,
Et cur vincla geras.

v. 482. HOC CORNIGER IMPERAT HAMMON) Jovem Hammonium intelligit: Scholiastes Apollonii lib. I. v. 491. Μεταμώλιον, γεώφετον, δεκὴ μεταμώνιον· ὃ ἐστι μάταιον μὴ ἀνέμων φερόμενον· ἀπὸ ῥοώδους πληθυντικῆς γένεται κτητικὸς τύπῳ εἰς ῳ τὸ ι παραλήγῳ· ἴδιον Ἄμμων Ἀμμώνιος, ἀνέμων ἀνεμώνιος. Idem de Ammonio habet Ovid. d. l.

Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas injustus jusserat Ammon.

Cur vero *Cornigerum* dicat, ex Ovidio disce lib. V. fab. IV.

Huc quoque Terrigenam venisse Typhoëa narrat.
Et se mentitis superos celasse figuris,
Duxq; gregis, dixit, sit Jupiter, unde recurvis
Nunc quoque formatis Libys est cum cornibus Ammon.

Hadrian. Turnebus *Cornua* illi adsignata dicit, quia specie *Aristæ* colebatur. lib. Adv. III. c. 3. Lucan. lib. IX. v. 514.

Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent, stat corniger illic.

Jupi-

Jupiter, ut perhibent. sed non aut fulmina vibrans,
Aut nostro similis, sed tortis cornibus Ammon.

Sil. Ital. IX. Punic.

Ac patrius flexis per tempora Cornibus Ammon.

Hinc *Arietinum Oraculum* est Hammonis *Oraculum*, vocabulo à forma Jovis desumpto, quod exploratæ indubitatæque fidei habebatur. Sil. It. lib. IX. ad finem:

Lanigeri capitis media inter cornua perstans
Marmoricis ales populis responsa canebat.

Ubi Ales vitiose legitur. Reponendum enim Aries, quia locus de hoc Oraculo expresse agit. Confer *Claud.* IV Hon. Cons. *Sidon. Ap.* Carm. V. v. 264. *Schol. Pindari* ad Od. IV. Pyth. *Scholiast. Juven.* Sat. VI. *Lutat. Placid.* lib. III. Theb. v. 475.

v. 485. Verum ô Jam Redeunt Phrygibus Si Numina) Bis Trojam evertendam credidit virgo, Herculeâ manu: quod idem pater ejus Herculi ostendit vers. seq. 571.

Namq; bis Herculeis deberi Pergama telis
Audierat.

Hinc Lycophron Cassandrâ tria enumerat necessaria ad 2. Trojæ expugnationem, in quibus etiam Herculis sagittas ponit, quæ penes Philocteten erant. Unde Propertius lib III. El. 1.

Exiguo sermone fores nunc Ilion, & tu
Troja bis Oetæi numine capta Dei.

Ovidius lib. IX. Met. fab. III.

---- ---- *at tu Jovis inclyta proles*
Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Oete

Ing.

Ingẽ pyram structis, arcum, pharetrãq; capacẽ
Regnaq; visuras iterum Trojana sagittas
Ferre jubes Pœante satum.

Seneca Troade.

Accipe rector Phrygiæ planctus,
Accipe fletus bis capte Senex
Nil Troja semel te rege tulit
Bis pulsata Dardana Grajo
Mœnia ferro, bisq; pharetras
Passa Herculeas.

Hercules etiam apud Sophoclem Philoctetæ

τὸ δ' ἕτερον ἦ τῆς ἐμῆς αὐτὴν χρεὼν
τόξοις ἀλῶναι.

Alia tamen tria enumerat Plautus Bacchidibus.

Signum ex arce si perisset, alterum etiam est
Troili mors, (retur.
Tertium cum portæ scææ limen superũ scinde-

Accidit autem bellum id Trojanum post Mosen annis ferè nongentis, post Salomonem centum & quadraginta. Testis Lactantius lib. IV. cap. V. & IIX. De duabus expugnationibus loquitur Pindarus Isthmion Od. V.

ἀλλ' ὦ οἱ νῶϊ μεγαλήτορες ὀργαὶ
αἰακῆ, παίδωντε, δοὶ τε σλῶ μάχαις
δὶς πόλιν τρώων πεάθον, ἑπτάθμοι
ἀργολεῖ κρότεσσιν
ἠδὲ σὺν ἀτρείδαις.

Alii tertiæ expugnationis meminerunt. Horat. lib. III. Od. III.

Ter si resurgat murus aheneus
Autore Phœbo, ter pereat meis
Excisus Argivis, ter uxor
Capta virum puerosq; ploret.

Con-

Confer eundem lib. IV. *Ode IX. Streph.* 5. Lycophron Cassandrâ.

——— τέκνω σε διοτὰ κὴν τελπλᾶ δορὸς
αὐδὶς πρὸς ἀλκὶν κὴν Ἀμαρτυὰς δόμων
Καὶ πῦρ ἀναιζάζουσιν ἀϊσωτήριον.

Cui adstipulatur Theocritus Τδυκρίδα τελίπορον appellans in Arâ obscurâ. Accidit autem illa non sub Amazonibus, quod aliqui hactenus defendere conati, sed sub Charidemo quodam, servi & equi operâ ad eam rem uso. Narrat prolixe Polyænus Strategem. lib. III. cujus verba non vererer adscribere, nisi longum nimis foret. Tu si placet adi & confer.

v. 490. TAM LATA VIDEBAM PECTORA: ITEM NEC TALES HUMEROS) Pectoris latitudo & lati humeri certissimum roboris indicium à Physiognomicis putatur. Noster lib. I.

Ostenditq; humeros fortes, spatiumq; superbi
Pectoris, Herculeis æquum Meleagre lacertis.

Item lib. IV.

——— ——— *nec plura moratus*
Ingentes humeros, spaciosaq; pectoris ossa
Protulit ——— ——— ———

Hæc & alia heroici corporis indicia enumerat Adamantius lib II. Physiognom. Εἰδῶ δὲ ἀνδρεῖα, ὄρθιον τὸ πᾶν σχῆμα, πλδυρικὶ κὴν ἄρθρα, κὴν τὰ πάνδ' ἄκρα ἔσωματῶ ἰρρωμένα. Ὀστέα μεγάλα κὴν μὴ σκληρά. κοιλίαν πλατεῖαν, κὴν κοῖλοι ἄϊμοι, καρτερὸν ὠμοπλάτω, πλδυρικὶ διεσηκυῖω, στέρνα ῥωμαλέα, κὴν μετάφρενα. ἰχῖον πλευρὸν. σκέλη στερκώδη τὰ δὲ τὰς σφύρας καρτερά. πόδες ἀρθρώδεις, χεῖρα ὀξύτερον. βλέμμα ὑγρὸν, γοργὸν. ὀφθαλμοὶ μεγάλοι. ὀδὲ πάνυ ἀναπεπταμένοι, ὀ μὲν ὀδὲ μύοντες. ὀφρύες ὀ πεπαιέναι. Μέτωπον ὄπε τραχύ. φωνὴ ἀπλωστέρα, ἰσχυρὰ, μεγάλη, πνεῦμα εὐρηθὲς. τοιῶτ' μὲν ὁ εὔψυχ κὴν ἰσχυρὸς.

v. 498.

v. 498. SIGÆAQUE PESTIS AGGLOMERARE FRETUM) Describit impetum Draconis. Ita Ovid. lib IV.

—— & nondum memoratis omnibus, unda
Insonuit, veniensq; immenso belua ponto
Imminet, & latum sub pectore possidet æquor.

v. 573 MANET IMMOTIS NOX DORICA FATIS) Ingens de hac voce inter Criticos lis est, qui non immerito quærunt quid Valerius per noctem Doricam velit? Angelus Politianus pro Dorica *Duria* supponit. Atq; huc illud Lucretii 1. de rerum Natura adducit:

Nec cum Durateus Trojanis pergama partu
Inflammasset equus nocturno Grajugenarum.

Ad quos versus: *Durateum, inquit, vocavit equum illum Trojanum perite & eleganter quæ Græca vox & poëtica ligneum significat. Et sanè Durateon etiam vocat Homerus* lib. IIX. Od sic inquiens:

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετέβημεν, καὶ ἵππον κόσμον ἄειραν
δουρατέην τὸν ἐπειὸς ἐπείσατο σὺν Ἀθήνῃ.

Et paulò post idem:

Δουράτεον μέγαν ἵππον ὀθείλατο πάντες Ἀχαιοί.

Vulgoq; eundem non durateon sed *durion* communiore linguâ, sicut etiam poeta Aristophanes. Immò addit Carrio: *Pausanias in Atticis eundem equum vocat Durium, Epeiq; fuisse machinam bellicam ad confringendos muros. Durium* autem pro Durateo veteribus usurpatum, si monstratis locis Carrio cum Politiano probasset major ipsis fides merito adhiberetur. Quæ etiam sententia non adeo improbanda, majoriq; fide nixa, quàm ut à *Gervartio* in notis ad Statium traduci debeat. Dicit enim noctem Doricam vocari quâ Dores Trojâ potiti sint. Sed enim vero aliam mihi rationem inveniſſe videor. Quid enim? si pro *nox*

Duria

Daria legatur *nox Dulia*? Certè Græci δέλτον ἦμαρ dicunt, & est hic dies idem, qui aliâs vocatur δεύτερον ἦμαρ & quod ἀμφιδεύτερον. Nam hoc die, qui erat septimus, unde & ἑβδόμη vocata, pueris olim nomina imponere solitos veteres, testis est Aristoteles lib. 7. cap. 12. de histor. animal, ubi ita ille: τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται ἐκ τῆς ἑβδόμης διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη τῇ σωτηρίᾳ. Unde diem illum celebrantes ἑβδομάδες dicebantur. Ejusdem sententiæ fuit Lysias Rhetor, qui in illa oratione cōtra Eteoclem de pecunia (nisi spuria illa sit, *dubitante inter alios Harpocratione* φιλ. ε) die septimo imposita fuisse pueris nomina ab antiquis retulerat. Cæterum unum esse δρομαίδιον ἦμαρ & δέλτον ἦμαρ item ἀμφιδρομία testis est Hesychius omni exceptione major. Δρομαίδιον ἦμαρ inquit, ἀμφιδρομία· ἔστι δὲ ἡμερῶν ἑπτὰ ἀπὸ τῆς γενέσεως, ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοῦσι τρέχοντες. Est ergo *nox Dulia*, quæ Æneæ lucis & vitæ auspicium dedit, quâq; ille Sacris Nominalibus initiatus est. Illam *immotis manere lustris* dicit Poëta, hoc est æternam dedisse seriem & durationem genti Æneadum. Trahenda enim hæc Poetæ verba ad v. seq. non ad præteritum. Confer Harpocr. in voce ἀμφιδρομία, δεκατεύειν, ἑβδομαγόρμια. Et Manssacum in Notis. Nos explicatiora dabimus si Deus vitam & vires suffecerit, ut promissas ad eum Autorem curas proferamus.

v. 580. Panditur Hinc Totis In Noctem Carbasus Alis) Sæpe Navibus tribuuntur, quæ propriè de volucribus usurpantur. Sic Cassiodorus V. Variar. *Vela alas Navium facientia, linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, pranuncia mercium, auxilia quieta Nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi, quod à celerrimis avibus vix probatur impleri.* Sic Jasona Medeæ mater lib. IIX. eleganter

vocat

vocat *volucrem prædonem*. Et lib. I. Noster eod. sensu v, 687. *volat immissis cavapinus habenis*. Et Manil. V. Astron. de natante dicit :

---- --- *volitabit in undis*
Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus
Et plausâ resonabit aquâ.

v. 581. LITTORAQUE ET VETERES TUMULOS PRÆLABITUR ILI) bustum Lupæ intelligit, cujus Lycophron meminit Cassandrâ.

ἵνα ἄλμα πάππᾳ, κἠ χαμαδυὰδ μόρᾳ
τῆς λαθρογύμφᾳ πορπὸς μεμιγμένοι
σπύμνα κέχυνται, πρὶν λαφύξαδ γάνὸς
πρὶν ὰν λοχείας γῦα χυτλῶσιν δρόσῳ.

Quâ late avitus lucus & bustum lupæ
Jacet sepultæ adulteræ cum filio
Priusquam opem mulgeret infans lacteam
Et obstetricis rore corpus tingeret.

Theocritus χάεισι fuisse illud ἐν πεδίῳ Σιμόεντος, dicit Ἐν πεδίῳ Σιμοέντος, ὅπ φρύγος ἠελίοιο Ιλυ. Homer. Iliad, X I.

Οἱ δὲ παρ' Ιλυ σῆμα πτελαιῦ Δαρδανίδαο
Μίσσον καππεδίον.

Strabo lib. XIII. Εικὸς δὲ λέγ. τοῦτο ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ πεφθαι αὐτὸν (τὸν Ἴλιον) ὅπ αχιλλεὺς ἐδάμασσεν ἐν τοῖς πεδίοις ἤδη τὸν ἐποικίαν.

v. 583. HINC UNDA SACRIS HINC IGNIBUS IDÆ) Lego *Idæ*: scil. festa vibrat. Est autem Ida mons notissimus, qui ad Troadem spectat, in cujus summitate fuit locus *Gargarus* appellatus in plur. *Gargara*, tam pro monte ipso, quam pro oppido in dorso montis. In eodem sacra Cybeles erant in cujus tutela fuit *Buxus*, quod ex ea arbore fistulæ fierent ad ea sacra. Claud. I. de raptu :

Non

Non buxus non æra sonant.

Virg. Ciri v. 166.

Sæpe velut gelidis Ciconum Bistonis in oris
Ictave barbarico Cybeles antistita buxo
Infelix virgo tota bacchatur in urbe.

Stat. II. Theb. v. 663.

---- *Celenæâ committere prælia buxo.*

Et lib. V. v. 94.

--- *cum sacra vocant, Ideaq; svadet*
Luxus. Emendo Buxus.

Ratio ab Andrea Alciato adsignatur mirè amoribus Cybeles quadrans. Embl. 107.

Delitiis apta est, teneris & amantibus arbor
Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

v. 585. Medii Tenuêre Silentia Ponti) pacati æquoris velut favorem quendam designat: Qualem etiam nocti tribuit eodem *Silentii* verbo lib. II.

Huc genitorem altæ per opaca silentia noctis
Præcipitem Sylvis rapit --- ----

Et Virgil. II. Æn.

------ ------ ----- *ibant*
A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ.

v. 589. Vittataque Constitit Helle) Vittatæ antiquitus tàm hostiæ quàm Sacerdotes, teste Emporio. Hinc Ovidius lib. XV. Metam.

Victima labe carens & præstantissima forma
Nam placuisse nocet, vittis insignis & auro
Sistitur ante aras.

Et apud Virgil. Æn. II. Sinon:

Iamq; infanda dies aderat, mihi sacra parari
Et salsæ fruges & circum tempora vittæ.

Fuerunt autem ex vittæ è lanâ. Festus. *Infula sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes & hostiæ, templaq; velabantur.* Confer Varronem lib. VI. Inde cum antiquitus in more esset, ut frondes atq; flores ad sepulchrum deferrentur, posteâ addi cœpit lana.

v. 611. TUM PELAGO VINA INVERGENS) Vina invergere est vocabulum sacerdotibus inter expiationes & sacrificia usitatum. Ideoq; alii male hic legunt *immergens*. Virg. lib. VI. Æneid.

--- --- *Frontiq; invergit vina sacerdos.*

Plautus Curcul:

----- ----- *ipsum expecto tangere*
Invergere in me liquores tuos ductim sino.

v. 623. EXSUPERANT PYTHIAMQUE VADIS) De Pythiâ Strabo lib. XII. *Zeliæ, inquit, subjacet mare versus & supra Esapum Adrastiæ campus & Tyria & Pythia.* Idem. lib. XIII. *Cum itaq; poëta (Homerus) Æolicam regionem & Trojam in unum componat, cum Æoles totam oram ab Hermo usq; Cyzicum occupaverint atq; urbes condiderint, nec nos absurdè faciemus, si eam quæ nunc propriè Æolis appellatur ab Hermo usq; lectum: & consequentia usq; ad Esapum in idem congeramus.* Post *Cyzicenorum urbem & Esapum est Troadis initium secundum Homeri descriptionem, nam sic inquit:*

Quiq; colunt Zeliam, extremæ radice sub Idæ
Aphnii ab Esapo: potantes flumine troes.

Addit deinde: *Zelia in extrema Idæ pratermontana est, distans à Cyzico stadiis centum & nonaginta à proximi mari. Ea vero quæ secundum oram sunt post Esapum continuo partitur in hunc modum:*

Qui campos Adrastiæ habent: nec non & Apesu.
Qui Pythiã Tyriæq; colunt juga maxima terræ
His indura præest Adrastus & Amphius
arma.

Apol.

Apollonii Scholiastes ad v. 933. lib. I. πτύελα inquit Λάμψακος· τὸ δεύτερον πτύελα ἐσημειώσατο, ἵν' τινες πτύαν ὀνομάζουσιν. Μνημονεύει καὶ αὐτῆς ὁ Ὅμηρος καὶ πτύειν. Confer verba ejusdem Scholiastæ ad v. 564. lib. IV. Apoll. Noster inter *Parium & Lampsacum* Pythiam ponit.

v. 624. Lampsacus Ogygii) Pompon. Mela neutro genere dixit *Lampsacum* qui ejusdem erroris Plinium habet autorem, item Ciceronem, qui Verrina III. *Oppidum inquit in Hellesponto est Lampsacum in primis Asiæ provinciis clarum & nobile.* Lampsacus tamen ex Geographis omnibus item Thucydide, Athenæo, Demosthene, & aliis constat legendum. Apollonii quoq; expositor Lampsacos inquit Pythica appellabatur. Ovidius quoq; I. Tristium:

Et te ruricola Lampsace tuta Deo.

De voce Ogygii consule Heraldum adversus p. 105.

v. 626. Sed Suus In Venerem Raptat Deus) Quem hic Deum intelligat facile est explanatu illi qui in Lampsaco Priapum pompatice tanquam Deum tutelarem coli novit: unde versiculus Poëtæ, in obscœno carmine, emanavit. *Mortales tibi Lampsacum dicarunt.* Versu autem sequente per celsi velamina templi, velamenta simulacri intelligit, quæ fiebant in templo, Priapo dicato. Solebat enim simulacrum Priapi quibusdam diebus festis velari corona florea ut Augustinus testis est lib. VII. de civitate Dei. Cujus verba non verebor adscribere: *In compitis Italiæ, dicit, quadam sacra Liberi celebrata cum licentiâ turpitudinis, ut in ejus honorem pudenda virilia colerentur, non saltim aliquanto verecundiore secreto, sed in propatulo exsultante nequitia. Nam hoc tempore membrum Liberi per hos dies festos cum honore magno plostellis impositum prius per rura in Compitis & usq; in urbem postea vectabatur. In oppido autem Lavinio unus Libero*

totus mensis tribuebatur, cujus diebus omnes verbis flagitiosissimis utebantur, donec illud membrum per forum transvectum esset atq; in loco suo quiesceret, cui membro impudico materfamilias honestissima palam coronam necesse erat imponere. Hæc Augustinus. Atq; huc adducit Joan. Baptista Pius illa Epigrammatici carmina:

Schemate nec dubio, sed apertè nominat illam
Quam recipit festo mense superba Venus.

Nec obstat Augustinum de Italico ritu loqui: Valerium vero de Lampsaceno. Nam hujusmodi sacra prisci Romani ignoravêre, & ab externis populis didicêre.

v. 639. MIRATURQUE VIROS DEXTRAQUE AMPLEXUS ET HÆRENS.) Priscis cum amicitias inibant manum dare in more erat, quæ mutuæ obstrictio fidei fuit. Tacit. Annal. XV. *Nec contatus Corbulo pedes uterq; dexteras q; miscuere.* Idem Historiarum I. *Dextras hospitii insigne vocat.* Idem mos recipiendorum hospitum hodie quoq; noster est: Promittimus & spondemus nos data dexterâ. *Docet eundem* Antiquitatis morem Xenophon Pæd. VI. ἐγὼ δὲ ὦ ἄνδρες σύμμαχοι μέχρι μὲν τοῦ δεῦπνον τὰ Κύρε δεξιὰν ἔδει τε καὶ ψευδεστιῶν ὧν ὑπῆρχετο.

v. 644. TOT ROBORA CERNO) Sic appellat naves ex pinu factas. E pinu enim olim naves fiebant, quam materiam optimè illis convenire scribit Fl. Vegetius de re militari lib. IV. c. 34. Noster lib. I. v. 123.

--- --- *jam pinus gracili dissolvere flamma*
Thespiaden, jungiq; latus, lentoq; sequaces
Molliri videt igne trabes, remisq; paratis
Palladа velifero quærentem brachia malo.

Horat. lib. I. Od. 14.

Quam-

Quamvis Pontica Pinus
Sylvæ filia nobilis
Jactes & genus & nomen inutile.

Ovidius lib. I. Tristium. Eleg 3.

---- ---- Pinea texta sonant.

Virgil. Æn. IX.

Pinea Sylva mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summâ (quo sacra ferebant)
Nigranti piceâ, trabibusq; obscurus acernis
Has ego Dardanio juveni cum classis egeret,
Læta dedi.

Festus Avienus in orâ maritimâ de œstrymnidibus loquens:

---- ---- multa vis his gentis est
Negotiandi cura jugis omnibus,
Non usq; cymbis turbidum latè fretum
Et belluosi gurgitem Oceani secant.
Non hi carinas quippe pinu texere
Fecere morem, non abiete (ut usus est)
Curvant faselos: sed rei ad miraculum
Navigia junctis semper aptant pellibus
Corioq; vastum sæpe percurrunt salum.

Finis Lib. II.

IN III. VALER. FLACC. LIBR. ÆGI-DII MASERII ARGUMENTUM.

CIzycon: Argolicosq; duces nocturna nec phandum
In scelus impellunt bella: indignamque fatentur
Fœdere conjuncti mortem: fit luctus in urbe:
Ad tumulum celebratur honos: gemit Æsone natus,
Mœsticiam ostentans animi: sed pectora dictis
Mopse levans multis facienda piacula cæsis
Sancta jubes. Mactantur oves ad litora: cantu
Lustrifico Manes exciti abolere jubentur
Bella: minas: motus trepidos: nocturnaq; tædis
Signa Acherontæis mixta. Hinc ratis æquora rursus
Ingreditur: littusq; offert tunc Mysia nautis
Pulcher Hylas rapitur. Misso volat Hercule puppis.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER III.

TErtia jam gelidas Tithonia solverat umbras,
Exueratq; polum; Tiphyn placida alta vocabant:
It tectis Argoa manus: simul urbe profusi
Aeneadæ, caris sociûm digressibus hærent.
Dat Cererẽ, lectumq; pecus; nec palmite Bacchum

Bithy-

Bithyno Phrygio ue satum: sed quem sua nota
Colle, per angustæ Lesbos freta suggerit Helles.
Ipse agit Aesonidæ iunctos ad litora gressus
Cyzicus abscessu lacrimans: cui tradit amicis
Muneribus, primas conjunx Percosia vestes
Quas dabat, & picto Clyte variauerat auro.
Tum galeam, & patriæ telum insuperabile dextræ
Addidit: ipse ducis pateras, & Thessala contrà
Frena capit, manibusq; datis iunxere nepotes.
Tu mihi nunc causas, infandaq; prælia Clio
Pãde virũm: tibi enim superũm data virgo facultas
Nosse animos, rerumq; vias: cur talia passus
Arma: quid hospitiis junctas concurrere dextras
Jupiter: unde tubæ, nocturnaq; movit Erinnys.
Dindyma sanguineis famulũm Bacchata lacertis.
Dum volucri quatit asper equo, silvasq; fatigat
Cyzicus, ingenti prædæ deceptus amore:
Assuetum Phrygias dominam vectare per vrbes,
Oppressit jaculo redeuntem ad frena leonem.
Et nunc ille, jubas, captivaq; postibus ora
Imposuit, spolium infelix, divaq; pudendum.
Quæ postquam Hæmoniam, tantæ non immemor irę,
Aerisono de monte ratem, præfixaq; regum
Scuta videt: noua mõstra viro, nova funera volvit
Vt socias in nocte manus, utq; impia bella
Conserat: & sæuis erroribus implicet urbem.
Nox erat, & leni canebant æquora sulco;

Et iam prona leues spargebant sidera somnos:
Aura vehit: religant tonsas: velo Proconesson,
Et te iam medio flaventem Rhundace ponto,
Spumosumq; legunt fracta Scyllaceon unda.
Ipse diem longe, Solisq; cubilia Tiphys
Consulit: ipse ratem vento stellisq; ministrat.
Atq; illum non ante sopor luctamine tanto
Lenit agens diuûm imperijs: cadit inscia clavo
Dextera, dimittitq; oculos: resolutaq; puppis
Turbine flectit iter, portuq; refertur amico.
Vt notis allapsa vadis; dant æthere longo
Signa tubæ: vox & mediis emissa tenebris:
Hostis habet portus; soluti rediere Pelasgi.
Rupta quies: deus ancipitem lymphaverat urbem
Mygdoniæ Pan iussa ferens sæuissima matris,
Pan nemorum belliq; potens; quem lucis ad ortum
Antra tenent: patet ad medias per deuia noctes
Setigerum latus, & torvæ coma sibila frontis.
Vox omnes super una tubas, qua conus & enses,
Qua trepidis auriga rotis, nocturnaq; muris
Claustra cadunt: tales q; metus non Martia cassis,
Eumenidumq; comæ, non tristis ab æthere Gorgon
Sparserit: aut tantis aciem raptauerit umbris.
Ludus & ille deo; pauidum præsepibus aufert
Cum pecus, & profugi sternunt dumeta juvenci.
Ilicet ad regem clamor ruit. exsilit, altis
Somnia dira thoris, simulacraq; pallida linquens
Cyzicus. ecce super foribus Bellona recluſis,
Nuda latus, passuq; movens oricalca sonoro,

Asti-

Astitit, & triplici pulsans fastigia crista,
Inde ciere virum: sequitur per mœnia demens
Ille deam, & fatis extrema in prælia tendit.
Qualis in Alciden & Thesea, Rhetus iniqui
Nube meri, geminam Pholoën, majoraq; cernens
Astra, ruit: qualisve redit venatibus actis,
Lustra pater Triuiãq; canẽs; humeroq; Larchũ
Advehit: at miseræ declinant lumina Thebæ.
Iamq; adeò nec porta ducem, nec pone moratur
Excubias sortite manus: quæ prima, furenti
Advolat; hinc alij subeunt, ut proxima quæque
Intremuit domus, & motus accepit inanes.
At Minyas anceps fixit pavor. ægra virorũ (nũt;
Corda labant: nec quæ regio, aut discrimina, cer-
Cur galeæ clypeiq; micent: num pervigil armis
Hostis, & excuti dent obvia prælia Colchi.
Donec & hasta volans immani turbine, transtris
Insonuit: monuitq; ratem, rapere obvia cœca
Arma manu. princeps galeam constringit Iason,
Vociferans: primã hanc nati pater accipe pugnã;
Vosq; viri optatos huc affore credite Colchos.
Bistonas in medios ceu Martius exsilit astris
Currus; ubi ingentes animæ clamorq; tubæq;
Sanguineæ iuvere deum. non segnius ille
Occupat arua furẽs; sequitur vis omnis Achiuũm
Agglomerãt latera; & densis thoracibus horrent.
Stat manus; ægisono quam nec fera pectore virgo
Dispulerit, nec dextra Jovis, terrorq; pavorq;
Martis equi. sic contextis umbonibus urgent;

Cæruleo veluti cùm Iupiter agmine nubem
Constituit; certant Zephyri, fruſtraq; rigentem
Pulſat utrimq; Notus: pendent mortalia longo
Corda metu; quibus illa fretis, quibus incidat arvis.
Hinc manus infelix, clamore impellere magno
Saxa, faces q; atras, & torta pondera fundæ:
Fert ſonitus immota phalanx; iras q; retentant,
Congeries dum prima fluat: ſtellantia Mopſus
Tegmina, & ingentem Coryti notat Eurytus umbram.
Reſtitit ille gradu; ſeſeq; à lumine ferri
Suſtinuit præceps: ſubitum ceu paſtor ad amnem,
Spumantem nimbis, fluctuq; arbuſta ruentem.
At Tydeus, En intentis quem viribus, inquit,
Opperiar; manibusq; dari quem comminus optè,
Quo ſteteris moriere loco ſubit ilia cuſpis
Olenij: dedit ille ſonum; compreſſaq; mandens
Æquora, purpuream ſingultibus expulit haſtam.
Ac velut in medio rupes latet horrida ponto,
Quam ſuper, ignari numquàm rexere magiſtri
Præcipites impunè rates: ſic agmine cæco
Incurrit ſtrictis manus enſibus. occubat Iron,
Et Cotys, & Pirno melior genitore Bienor.
At magis interea diverſo turbida motu
Vrbs agitur. Geniſo conjunx amouerat arma:
Aſt illi ſubitus ventis, vivoque reluxit
Torre focus: telis gaudes miſerande repertis.
Linquit & undantes menſas, infectaq; pernox

Sacra

Sacra Medon; clamis imbelli circumvenit ostro
Torta manum; strictoq; vias præfulgurat ense.
Talis in arma ruit; nec vina dapesque remotæ:
Statq; loco thorus; in quo (omẽ) mansere ministri.
Inde vagi, nec tela modis, nec casibus isdem
Conseruere manu, & longè jacuere peremti.
Ecce grauem nodis, pinguiq; bitumine quassans
Lampada, turbata Phlegias decurrit ab arce:
Ille leves de more manus, aciemque Pelasgûm,
Per noctem remeasse ratus; pulsumq; requirens
Sæpe sibi vano Thamyrum clamore petebat.
Arduus, & latè fumanti nube coruscus.
Quantus ubi immenso prospexit ab æthere Typhõ,
Igne simul ventisq; rubens; quem Jupiter altè
Crine tenet: trepidant diro sub lumine puppes.
Tollitur hinc, totusque ruit Tirynthius arcu,
Pectore certa regens aduersa spicula flamma,
Per piceos accensa globos: & pectus arundo
Per medium contenta fugit. ruit ille comanti
Ore facem supra, majorque apparuit ignis.
Ambrosium Peleus, ingentem Ancæus Ethelum
Sternit: & elatæ propius succedere dextræ
Teleconta sinit; delicataque ora securi
Disiecit cervice tenus. simul aspera victor
Cingula, sublustri vibrantia detrahit umbra.
Has precor exuvias; ô prima cadavera, nostro
Linquite, ait, ferro; potius mihi dextera ferro
Gnavet opus: prensumq; manu detrũcat Amastrũ:
Diversasque simul socios invadere turmas

Ammo-

Ammonuit. pergunt rupta testudine fusi;
Qua tenebræ campiq; ferunt. gravis invenit Ochn
Phlias, & trepido Pollux impingitur Hebro.
Ipse super vultus, taboque labantia terga,
Dux, campi Martisque potens (ut cæca profundo
Currit hiems) Zelen, & Broten, Abarimque relinquit
Semineces, Glaucum sequitur; Glaucumq; ruentē
Occupat, & jugulo vulnus molitur aperto.
Ille manu contrà telum tenet; ultima frustra
Verba iens; fixamque videt decrescere cornum.
Hinc Halyn; hinc rigido transcurrēs demetit ense
Prothin: & insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea; qui dulci festis assistere mensis
Pectine, Bistoniæ magnum post anxius alumnum.
Nec pharetram, aut acres ultra Tirynthius arcus
Exercet: socia sed dissicit agmina clava.
Ac veluti magna juvenum cum densa securi
Silva labat; cuneisq; gemit grave robur adactis;
Jamque abies, piceæque ruunt: sic dura sub ictu
Ossa virūm, malæque sonant, sparsusq; cerebro
Albet ager. leuis ante pedes subsederat Idmon;
Occupat os barbamq; viri, clavamq; supernè
Intonat: Occumbens i nunc, ait, Herculis armis,
Donum ingens, semperq; tuis mirabile fatis.
Horruit ille cadens: nomenq; agnovit amicum,
Primus, & ignaris dirum scelus attulit umbris.
Nec tibi, Thessalicos tunc profuit, Ornyte, reges
Hospitijs, aut mente moras fouisse benigna;

Et laribus sacrasse diem: procul advenit Idmon
Oblatumque ferit; galeam cristasque rubentes
Heu tua dona gerens, quem te, qualemq; videbit
Attonitus Crenee parens? en frigidus orbes
Purpureos jam somnus obit: jam candor & anni
Deficiunt; vitaque fugit decus omne soluta.
Desere nunc nemus, & Nympharũ durus amores.
At diversa Sagen turbantem, falliere nervo
Tum primum puer ausus Hylas: spes maxima bellis
Pulcher Hylas, si fata sinant, si prospera luuo;
Prostravitq; virum celeri per pectora telo.
Accessere (nefas) tenebris fallacibus acti
Tyndaridæ in sese: Castor prius ibat in ictus
Nescius; ast illos nova lux, subitusque diremit
Frontis apex. tũ Castor Itym; qua cærulus ambit
Balteus: & gemini committunt ora dracones;
Frater Hagen, Tapsumq; securigerumq; Nealcen
Transfigit, & Canthi pallentem vulnere Cydrum.
Torserat hic totis conisus viribus hastam,
Venatori Erymo: brevis hanc sed fata ferentem
Prodidit; & piceo comitem miserata refulsit
Luna polo: cessere iubæ; raptumq; per auras
Vulnus; & extrema sonuit cita cassida cuspis.
Niseum Telamon, & Opheltem vana sonantem;
Per clypei cedentis opus, partemque trilicem,
Qua stomachi secreta; ferit: lætusque profatur:
Di, precor, hunc regem, aut æquè delegerit alta
Fors mihi gente satum; magnusq; & flebilis urbi

Con-

Conciderit. super addit Aren, fratrẽq; Melanthũ
Phoceaq; Oleniden; Lelegum qui pulsus ab oris,
Regis amicitiam, & famuli propioris honores,
Quà patiens non arte tulit? nox alta cadentum
Ingentes donat sonitus, augetq; ruinas.
Vt magis Inarime, magis ut mugitor anhelat
Vesuius, attonitas acer cùm suscitat urbes:
Sic pugnæ crudescit opus: neq; enim ignea cedunt
Astra loco; lentis haret nox conscia bigis.
Perge, age, Tartareæ mecum simul omnia noctis
Musa sequi. Trepidam Phaëton afflauit ab alto
Tesiphonen; grauiorq; locos iam luce propinqua
Vmbra premit: non signa virũm, nõ funera cernũt
Et rabie magis ora calent. vos prodite diræ,
Eumenidum noctisq; globos; vatiq; patescat
Armorum fragor, & tepidi singultibus agri
Labentum, atq; acti Minyis per litora manes.
Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet
Fata trahens; iam pulsa sibi cessisse Pelasgũm
Agmina: iam passim vacuos disiecta per agros
Credit ouans. tales aditus, ea gaudia fingit
Ira deũm: fundo veluti cùm Cœus in imo,
Vincla Iouis, fractoq; trahens adamante catenas,
Saturnum, Tityumq; vocat: spemq; ætheris amens
Concipit: ast illum fluviis, & necto remensa,
Eumenidum canis, & sparsæ iuba reppulit hydræ.
Sæuit acerba fremens, tardumq; à mœnibus agmẽ
Increpitat: Numquamne dolor virtute subibit
Nil ausas sine rege manus? at Barbara buxus

Si

Si vocet, & motis ululantia Dindyma sacris;
Tunc ensis placeatq; furor: modò tela sacerdos
Porrigat, & iusta sanguis exuberet urna.
Talibus insultans, iamdudum numine divæ
Deficit: infracti langueſcunt frigore curſus:
Corda pavent; audit fremitus, iraſque leonum;
Cornuaque, & motas videt inter nubila turres.
Tunc gravis, & certo tendens ſtridore per umbras,
Aeſonij venit haſta ducis; Latumque ſub imo
Pectore rumpit iter, quàm nunc incognita vellet
Luſtra ſibi, nullosque datos venatibus annos?
Talia magnanimi diverſo turbine fundunt
Tela viri; ſonituque pedum ſuſpectaque motu
Explorant: prenſant ſocios, vocemq; repoſcunt.
Quod ſi tanta Iovis ſeros duraſſet in ortus;
Exſtinctum genus, & ſolas per mœnia matres
Vidiſſet, ſtratamque dies in litore gentem.
Tum pater omnipotens, tempus jam rege peremto
Flectere fata ratus, miſerasq; abrumpere pugnas;
Suprèmam celeravit opem: nutuque ſereno
Intonuit: quem nocte ſatæ, quem turbidus horret
Armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
Continuò dant terga metu: verſique per agros
Diffugiunt; quæ ſola ſalus: nec terga ruentum
Mens Minyis converſa ſequi. ſtetit anxia virtus,
Ecce levi primo iam ſpargere lumine portus
Orta dies; notæque (nefas) albeſcere turres:
Di maris, attonito conclamat ab agmine Tiphys,
Vt mea fatali damnaſtis pectora ſomno!

Heu

Heu socij quantis complerunt litora monstris!
Illi autem neque adhuc gemitus, neq; conscia facti
Ora levant: tenet ex sangues rigor horridus artus.
Ceu pavet ad crines, & tristia Pentheos ora
Thyas; ubi impulsæ jam se deus agmine matris
Abstulit, & cæsi vanescunt cornua tauri.
Nec minus effusi grandæuum ad litora vulgus,
Ut socias videre manus; dare versa retrorsus
Terga metu; dextram tendens proclamat Iason:
Quo fugitis? vellem hac equidem me strage, meosq;
Procubuisse magis. deus hæc, deus asper utrisque
Implicuit. sumus heu Minyæ, sumus hospita turba.
Cur etiam flammas, miseroscque moramur honores?
Tum super exsangues confertæ tædis acervos
Præcipiti plangore ruunt. agnoscit in alta
Strage virûm sua texta parēs, sua munera cōjunx.
It gemitus toto sinuosa per æquora cælo.
Pars tenuis flatus, & adhuc stridentia prensant
Vulnera: pars fera componunt lumina dextra.
At verò in mediis exsangui rege reperto
Aggeribus; tristi sileant ceu cetera planctu:
Sic famulûm matrumq; dolor, sic omnis ad unum
Versa manus. circa lacrimis ac mentibus ægri
Stant Minyæ: deflentque nefas, & cuspidis ictum
Æsoniæ; sortemque ducis solantur acerbam.
Ille ubi concretos pingui jam sanguine crines,
Pallentesque genas, infractaque pectore caro
Tela; neque hesternos agnovit in hospite vultus:
Ingemit, atque artus fatur complexus amicos:

Te tamen ignarum tanti miserande furoris
Nox habet, & nullo testantem fœdera questu:
At mihi luctificum venit iubar. en quibus assum
Colloquijs? cui me hospitio fortuna reuexit?
Exstingui ne mea (fatis hoc defuit unum)
Speraui te posse manu? talisue reliqui
Has ego amice domos? quod si jam bella manebãt;
Et placitũ hoc superis: nonne hæc mea justiùs essent
Funera? meq; tuus potiùs nunc plangeret error?
Nec Clarij nunc antra dei, quercusque tonantis
Arguerem? tales ne acies, talesque triumphos
Sorte dabant? tantumq; nefas mens conscia vatum
Conticuit, patriæ exitium crudele senectæ,
Et tot acerba canens? heu divis visa sinistris
Regna mihi. qui nã reditus, quæ me hospita tellus
Accipiet? quæ non primis cohibebit harenis?
Invidere dei, ne Phasidis arva remoti
Et Scythicas populatus opes, hæc rursus adirem
Litora; neve tuos irem tunc ultor in hostes.
Fas tamen est conferre genas; fas iungere tecum
Pectora: & exsangues miscere amplexibus artus.
Vos, age, funereas ad litora voluite silvas,
Et socios lustrate rogos; date debita cæsis
Munera, quæ nostro misisset Cyzicus igni.
Parte alia, Clite laceras super ora mariti
Fusa comas, misera in planctus vocat agmina matrum;
Fatur & hæc: primis conjunx ereptus in annis
Cuncta trahis: nec dum suboles, nec gaudia dulcis

Vlla mihi; quîs mœsta tuos nunc optime casus
Perpeterer, tenui luctum solamine fallens.
Migdonis arma patrem, funestaque prælia nuper
Natales rapuere domos; Triuiæque potentis
Occidit arcana genitrix absumpta sagitta:
Tu mihi qui conjunx pariter fraterq; parensque
Solus, & à prima fueras spes una iuventa,
Deseris heu; totamque deus simul impulit urbem.
Ast ego non media te saltem Cyzice vidi
Tendentem mihi morte manus; aut ulla monentis
Verba tuli: quin & thalamis modò questa morari,
Heu talem tantique metus secura recepi.
Illam vix gemino mœrens cum Castore Pollux
Erigit hærentem, compressaque colla trahentem.
Interea innumeras nudatis montibus urgent
Certatim, decorantque pyras; & corpora mœsti
Summa locant: vadit sonipes cervice remissa;
Venatrix nec turba canum pecudumq; morantur:
Funereæ quæ cuiq; manus, quæ cura suorum,
Quæ fortuna fuit. medio rex aggere longè
Eminet; hunc crebris quatiens singultibus ora
Alleuat Aesonides, celsoque reponit in ostro.
Dat pictas auro atque ardentes murice vestes,
Quas rapuit telis festina vocantibus Austris
Hypsipyle; galeam dilectaque cingula regni
Inicit: ille suam vultus conversus ad urbem,
Sceptra manu veterum retinet gestamen avorũ.
Nam quia nec proles, alius nec denique sanguis;
Ipse decus regnique refert insigne paterni.

Inde

Inde ter armatos Minyis referentibus orbes,
Concussi tremuere rogi: ter inhorruit æther,
Luctificum clangente tuba: iecere supremo
Cum clamore faces. rerum labor omnis in auras
Solvitur, & celsis colluent æquora flammis.
Scilicet hæc illo, juvenem, populosque manebant
Tempore; Peliacis caderet cum montibus arbor:
Hoc volucrumque minæ, præsagaq; fulmina longo
Acta mari tulerant. sed quis non prima refellat
Monstra deûm, longosque sibi non auguret annos?
Iamque solutus honos cineri: iam passibus ægris
Dilapsæ cum prole nurus: tandemque quiescunt
Dissona pervigili planctu vada. qualiter agros
Ad patrios, auibus medio jam vere revectis
Memphis, & aprici statio silet annua Nili.
At non inde dies: neque magnis aspera curis
Nox Minyas tanta cæsorum ab imagine solvit.
Bis Zephyri jam vela vocant; fiducia mœstis
Nulla viris: ægro assiduè mens carpitur æstu:
Nec dum omnes lacrimas, atq; omnia reddita cæsis
Iusta putant: patria ex oculis, acerque laborum
Pulsus amor: segnique juvat frigescere luctu.
Ipse etiam Aesonides (quanquam tristissima rerũ
Castiganda duci, vultuque premenda sereno)
Dulcibus indulget lacrimis: aperitque dolorem.
Tum secreta trahens Phœbæum ad litora Mopsũ:
Quæ nam, ait, ista lues? aut quæ sententia divûm?
Decretusne venit fato pavor? an tibi nectunt
Corda moras? cur inmemores famæque larisque

Angimur? aut pariet quem nam hæc ignavia finē:
Dicam, ait, ac penitus cauſſas, labemque docebo,
Mopſus; & aſtra tuens: Non ſi mortalia membra
Sortitusque breves, & parvi tempora fati
Perpetimur ſocius ſuperi quondam ignis olympi:
Fas ideo miſcere neces: ferroque morantes
Exigere hinc animas, redituraque ſemina cœlo.
Quippe nec in ventos, nec in ultima ſolvimur oſſa:
Ira manet, duratque dolor: cùm deinde tremendi
Ad ſolium venere Iovis, queſtuque nefandam
Edocuere necem: patet ollis janua leti;
Atque iterum remeare licet: comes una ſororum
Additur, & pariter terras atq; æquora luſtrant.
Quiſq; ſuos ſontes, inimicaq; pectora pœnis
Implicat, & varia meritos formidine pulſant.
At quibus inuito maduerunt ſanguine dextræ,
Si fors ſæva tulit miſeros, ſed proxima culpæ;
Hos varijs mens ipſa modis agit: & ſua carpunt
Facta viros reſides: & iam nil amplius auſi
In lacrimas, humilesq; metus, ægramq; fatiſcunt
Segnitiem: quos ecce vides. ſed noſtra requiret
Cura viam; memori iam pridem cognita vate.
Eſt procul ad Stygiæ devexa ſilentia noctis,
Eumenidum domus, & ſuperis incognita tellus,
Cæruleo tenebroſa ſitu: quo flammea nunquam
Sol iuga, ſidereos nec mittit Iupiter annos:
Stant tacitæ frondes; immotaq; ſilva comanti
Horret verna iugo: ſpecus umbrarumq; meatus
Subter, & Oceani præceps fragor; aruaq; nigro

Vaſta

Vasta metu; & subitæ post longa silentia voces.
Ensifer hîc, atraq; sedens in veste Celeneus,
Insontes errore luit: culpamq; remittens,
Carmina turbatos voluit placantia manes.
Ille mihi, quæ danda forent lustramina cæsis,
Prodidit: ille volens Erebum terrasq; retexit.
Ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas;
Tu socios adhibeto sacris, armentaq; magnis
Bina deis: me jam cœtus accedere vestros
Haud fas interea: donec lustralia pernox
Vota fero. movet en gelidos Latonia currus:
Flecte gradum; placitis sileant, age, litora cœptis.
Iamq; sopor medijs tellurem presserat horis;
Et circum tacito volitabant somnia mundo:
Cùm vigil arcani speculatus tempora sacri
Ampycides, petit adversis Aesepia silvis
Flumina, & æquoreas pariter decurrit ad undas.
Hic sale purpureo, viuaq; nitentia lympha
Membra novat; seq; horrificis accommodat actis.
Tempora tum vittis, & supplice casta oliva
Implicat, & stricto designat litora ferro:
Circum humiles aras, ignotaq; nomina divûm,
Instituit: silvaque super contristat opaca.
Vtque metum, numenque loco, sacramq; quietem
Addidit; ardenti nitidum iubar evocat alto.
Atque Argoa manus variis insignis in armis
Ibat, agens lectas aurata fronte bidentes.
Delius hîc longè candenti veste sacerdos
Occurit, ramoq; vocat: jamq; ipse recenti

Stat tumulo, placidà transmittens agmina tauri:
Ducit & ad fluvios, ac vincula solvere monstrat
Prima pedum; glaucasq; comis prætexere frondes
Imperat. hinc altè Phœbi surgentis ad orbem
Ferre manus; totisq; simul procumbere campis.
Tunc piceæ mactantur oves; profectaq; partim
Pectora per medios, partim gerit obvius Idmon.
Ter tacitos egere gradus; ter tristia tangens
Arma simul, vestesq; virûm, lustramina ponto
Pone jacit: rapidis adolentur cetera flammis.
Quin etiam truncas nemorum, effigiesq; virorum
Ritè locat quercus: simulataq; subligat arma.
Huc Stygias transire minas, iramq; Seueri
Sanguinis, his orat vigiles incumbere curas:
Atq; ita lustrifico cantu vocat: Ite peremti,
Ac memores abolete animas; sint otia vobis,
Sit Stygiæ jam sedis amor: procul agmine nostro
Et procul este mari: cunctisq; absistite bellis.
Vos ego nec Graias umquam cõtendere ad urbes,
Nec triuijs ululare velim; pecoriq; satisque
Nullæ ideo pestes; nec luctifer ingruat annus:
Nec populi, nostri ve luant ea facta minores.
Dixerat. & summas frondentibus intulit aris,
Libavitq; dapes; placidi quas protinus angues,
Vmbrarum famuli, linguis rapuere coruscis.
Continuò puppem petere, & considere transtris
Imperat Ampicides; nec visum vertere terræ.
Exciderint quæ gesta manu, quæ debita fatis.
Illi alacres, pars arma locant: pars ardua celsis

Inser-

Insternunt tabulata thoris: oriturq; trementum
Remorum sonus, & lætæ concordia vocis.
Iupiter urgentem ceu summa Ceraunia nubem
Cum pepulit, movitq; jugis: fulsere repente
Et nemora & scopuli: nitidusq; reducitur æther.
Sic animi rediere viris: jamq; ipse magister
Nutat ab arce ratis, remisq; obsistere tendit.
Instaurant primi certamina, liber amictu
Eurytus, & dictis Talai non territus Idas:
Inde alij increpitant: atq; æquora pectore tollunt.
Par gemitu, pulsuq; labor: versumq; vicissim
Mittitur in puppem remo mare. lætus & ipse
Alcides: Quisnam hos vocat in certamina fluctus?
Dixit; & intortis assurgens arduus undis,
Percussit subito deceptum fragmine pectus:
Atq; in terga ruens, Talaum, fortemq; Eribotem,
Et longè tantæ securum Amphiona molis
Obruit; inque tuo posuit caput Iphite transtro.
Iam summas cœli Phœbus candentior arces
Vicerat, & longas medius revocaverat umbras.
Tardior hinc cessante viro, quæ proxima Tiphys
Litora, quosque dabat densa trabe Mysia montes
Advehitur. petit excelsas Tirynthius ornos:
Hæret Hylas lateris passusq; moratur iniquos.
Illum ubi Iuno, poli summo de vertice, puppem
Deseruisse videt; tempus rata diva nocendi;
Pallada consortem curis cursusq; regentem:
(Ne qua inde incœptis fieret mora) fallere prima
Molitur; caroq; dolis avertere fratri.

Tunc sic alloquitur: Procerum vi pulsus iniqua
Germaniq; manus repetit quo crimine Perses;
Barbaricas jam movit opes Hyrcanaq; signa:
Aeetes contrà, thalamis & virgine pacta
Conciliat reges Scythicos: primusque coacta
Advehit Albana Styrus gener agmina porta.
Bellum ingens: atque ipse citis Gradiuus habenis
Fundit equos. viden' Arctoo de carcere quanta
Tollat se nubes, atque æquore pendeat atro?
Corripe prima vias; finem cùm Phasidis alti
Transierit Perses, faciemque ammoverit urbi,
Cœpta refer; paullumq; nefas & fœdera necte,
Consiliis atq; arte tua; sponde affore reges
Dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat.
At virgo, quanquam insidias æstusque noverca
Sentiat, & blandos quærentem fingere vultus,
Obsequitur tamen, & iussas petit ocius oras.
Ingemuit Iuno, tandemque silentia rumpit:
En labor; en odijs caput insuperabile nostris.
Quam Nemeam tot fessa minis, quæ bellua Lernæ
Experiar? Phrygijs ultro concurrere monstris
Nempe virũ, & pulchro referantẽ Pergama ponto
Vidimus. en ego nunc regum soror: & mihi genitus
Vllus honos? jam tum indecores, jussæq; dolorum
Primitiæ, & tenero superati protinus angues.
Debueram nullos juveni jam quærere casus,
Victa nec ad tales forsan descendere pugnas:
Verum animis insiste tuis; actumq; per omnem
Tende pudor: mox & Furias Ditemque movebo.

Hae

Hæc ait; & pariter læui juga pinea montis
Respicit, ac pulchro venantes agmine Nymphas
Vndarum nemorumq; decus. levis omnibus arcus,
Et manicæ virides, & stricta myrtus avena;
Summo palla genu; tenui vagus innatat umbra
Crinis, ad obscuræ decurrens cingula mammæ.
Ipsa citatarum tellus pede plausa sororum
Personat; & teneris summittit gramina plantis.
E quibus Herculeo Dryope percussa fragore,
Cum fugerent jam tela feræ, processerat ultrò
Turbatum visura nemus; fontemq; petebat
Rursus; & attonitos referebat ab Hercule vultus.
Hanc delapsa polo, piceæque acclinis opacæ
Iuno, vocat, prensaq; manu sic blanda profatur:
Quem tibi conjugio tot dedignata dicavi
Nympha procos; en Hæmonia puer appulit alno,
Clarus Hylas: saltusq; tuos, fontesq; pererrat.
Vidisti roseis hæc per loca Bacchus habenis
Cum domitas acies, & Eoi pocula regni
Duceret, ac rursus thyasos, & sacra moventem:
Hunc tibi, vel posito venantem pectine Phœbum,
Crede dari. quæ spes Nymphis aufertur Achæis.
Præreptum quanto proles Bebeia questu
Audiet, & flavi quam tristis nata Lycormæ?
Sic ait; & celerem frondosa per auia cervum
Suscitat; ac juveni sublimem cornibus offert.
Ille animos, tarduq; fugæ longumq; resistens;
Sollicitat, suadetq; pari contendere cursu.
Credit Hylas; prædæq; ferox ardore propinquæ

Insequitur: simul Alcides hortatibus urget
Prospiciens: jamq; ex oculis auferтur uterque,
Cum puerum instantē, quadrupes fessaq; minantē
Tela manu, procul ad nitidi spiracula fontis
Ducit: & intactas levis ipse superfugit undas.
Hoc pueri spes fusa modo est: nec tendere certat
Amplius: utq; artus & concita pectora sudor
Diluerat; gratos auidus procumbit ad amnes.
Stagna vaga sic luce micant, ubi Cynthia cœlo
Prospicit, aut medij transit rota candida Phœbi:
Tale iubar diffudit aquis; nil umbra, comæque,
Turbauitq; sonus surgentis ad oscula Nymphæ.
Illa auidas injecta manus, heu sera cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici,
Detrahit: adjutæ prono nam pondere vires.
Jam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat, magnoq; jugi stridore revulsas,
Terga super fulvi porrexerat horrida monstri,
Litora curva petens: alio nam calle reuersum
Credit Hylan, captaq; dapes hausisse ferina.
Sed neq; apud socios, structasq; in litore mensas
Vnanimum videt æger Hylan; nec longius acrem
Intendens aciem: varios hinc excitat æstus,
Nube mali percussus amor: quibus hæserit oris;
Quis tales impune moras, casusve, laborve
Attulerit: densam interea descendere noctem
Jam maiore metu: tum verò & pallor, & amens
Cum piceo sudore rigor. ceu pectora nautis
Congelat hiberni vultus Jovis: agricolisue

Cum

Cùm coit umbra minax: comitis sic afficit error
Alciden, sæväq; monet meminisse noverca.
Continuò, volucri ceu pectora tactus asylo,
Emicuit Calabris taurus per confraga septis,
Obvia quæque ruens: tali se concitat ardens
In iuga senta fuga. pavet omnis conscia latè
Silva; pavent montes; luctu succensus acerbo
Quid struat Alcides, tantaq; quid appetat ira.
Ille, velut refugi quem contigit improba Mauri
Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur,
Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem;
Sic Furijs accensa gerens Tirynthius ora
Fertur; & intento decurrit montibus arcu.
Heu miseræ, quibus ille, feræ, quibus incidit usquã
Immeritis per lustra viris. volat ordine nullo
Cuncta petens; nunc ad ripas, dejectaq; saxis
Flumina; nũc notas nemorũ procurrit ad umbras:
Rursus Hylan, & rursus Hylan per lõga reclamat
Avia: respondent silvæ, & vaga certat imago.
At socijs immota fides, Austrisq; secundis
Certa moræ: nec parvus Hylas: quanquam omnibus æquè
Grata rudimenta Herculeo sub nomine pendent.
Illum omnes lacrimis, mœstisq; reposcere votis;
Incertiq; metu, nunc longas litore voces
Spargere: nunc seris ostendere noctibus ignes.
Ipse vel excelsi cùm densa silentia montis,
Strata vel oblatis ductor videt æquora ventis;
Stat lacrimans, magnoq; vixi cunctatur amore.

Illius

Illius inceſſus, habilemq; ad terga pharetram,
Illum inter proceres, mœſtæq; ſilentia menſæ
Quærit inops, quondã ingenti comprenſa trahenti
Vina manu, & duræ referentem monſtra noverca.
Nec minùs intereà crudelis Iapyga Iuno
Aſſiduè movet, & primis cum ſolibus offert.
Iamq; moræ impatiens, cunctantes increpat auſus
Tiphys: & oblato monet otia rumpere curſu.
Ergo animum flexus dictis inſtantis Iaſon
Concedit; ſociosq; ſimul ſic fatur ad omnes:
O utinam, Scythicis ſtruerem cùm funera terris,
Vox mihi mentitas tulerit Parnaſia ſortes;
Agmine de tanto ſocium, qui maximus armis
Afforet, hunc Iouis imperijs, fatoque teneri
Ante procelloſum ſcopulis errantibus æquor.
Nec dum fama viri, nec certior exſtitit auctor.
Verùm agite, & dubijs quibo anxia pectora curis,
Conſulite: &, motis ſeu vos via flatibus urget;
Pergite, & inceptos mecum revocate labores:
Seu plures tolerare moras, rurſuſq; propinquis
Quæſiſſe ingis; precium haud leve temporis acti.
Dixerat, & ſtudijs jam dudum freta juventus
Orat inire vias: unum tanto affore cœtu;
Nec minus in ſeſe generis, dextrasq; potentes
Eſſe ferunt. tali mentem pars maxima flatu
Erigit, & vana gliſcunt præcordia lingua.
Saltibus ut mediis tum demum læta reducit
Cerua gregem; tum geſtit aper, reboatq; ſuperbis
Comminus urſa lupis; cùm ſeſe Martia tygris

Abſtu-

Abstulit, aut curvo tacitus leo condidit antro.
At pius ingenti Telamon iam fluctuat ira,
Cum fremitu sævisq; furens in iurgia dictis:
Insequitur, magnoq; implorat numina questu.
Dememorans, prensatq; viros, demissaq; supplex
Hæret ad ora ducis; nil se super Hercule fari,
Sed socio quocũq; gemens: quanquã aspera fama,
Iam loca, jamq; feras per Barbara litora gentes;
Non alium contra Alciden, non pectora tanta
Posse dari. rursum instimulat, ducitq; fauentes
Magnanimus Calidone satus; potioribus ille
Deteriora fovens, semperq; inversa tueri
Durus, & haud ullis umquam superabilis æquis,
Rectorumve memor, Nõ Herculis, inquit, ademti,
Sed tuus in seros hæc nostra silentia questus
Traxit honor; dum iura dares, dũ tempora fandi.
Septimus hic celsis descendit montibus Auster,
Iamq; ratem Scythicis forsan statuisset in oris;
Nos patriæ immemores; maneant, ceu nulla reue-
Gaudia, sed duro sævæ sub rege Mycenæ; (ctos
Ad medium cunctamur iter. si finibus ullis
Has tolerare moras, & inania tempora possem;
Regna hodie, & dulcem sceptris Calidõa tenerem,
Lætus opum, pacisq; meæ: tutusq; manerem,
Quis genitor materq; locis. quid deside terra
Hæremus? vacuos cur lassant æquora visus?
Tun' comitem Alciden ad Phasidis amplius arua
Affore, tu socias ultra tibi rere pharetras?
Non ea fax odiis; oblitaq; numine fesso

Juno

Iuno sui: nouâ Tartareo, fors, semine monstra,
Atq; iterũ Inachijs jam nuncius urget ab Argis
Non datur hæc magni proles Iouis: at tibi Pollux
Stirpe pares Castorq; manent, at cetera diuûm
Progenies? nec parva mihi fiducia gentis.
Aſt egomet quocumq; voces, qua tegmina ferro
Plura metã; tibi dicta mano, tibi quidquid in ipſo
Sãguine erit: jamq; hinc, operũ quæ maxima, poſco
Scilicet in ſolis profugi ſtetit Herculis armis
Noſtra ſalus? nempe ora æquè mortalia cunctis
Ecce gerunt: ibunt æquo nempe ordine remi.
Ille, vel inſano jam dudum turbidus æſtu,
Vel parta jam laude tumens, conſortia famæ
Deſpicit: ac noſtris ferri comes abnuit actis.
Vos, quibus & virtus, & ſpes in limine primo,
Tendite; dum rerum patiens calor, & rude mẽbris
Robur ineſt: nec enim ſolis dare funera Colchis
Si. ſatis, & tota pelagus luſtraſſe iuventa.
Spes mihi, quæ tali potuit longiſſima caſu
Eſſe, fuit: quiſcumq; virum perquirere ſilvis
Egit amor: loca vociferans non ulla reliqui.
Nunc quoq;, dum vario nutat ſententia motu,
Cernere devoxis redeuntem montibus opto.
Sat lacrimis comitiq; datum: quem ſortibus ævi
Crede, vel in mediæ raptum tibi ſanguine pugnæ.
Talibus Oenides urget. ſimul incita dictis
Heroum manus. ante omnes Argoa iubebat
Vincla rapi Calais. Furias miratur ovantum
Aeacides: multusq; viri cunctantia corda

Fert

Fert dolor; an sese comitem tam tristibus actis
Abneget, & celsi mœrens petat ardua montis.
Non tamen & gemitus, & inanes desinit iras
Fundere: Quis terris, prô Jupiter, inquit, Achæis
Iste dies? sævi capient quæ gaudia Colchi?
Non hi tum flatus, non ista superbia dictis,
Litore cum patrio, jam vela petentibus Austris
Cunctus ad Alciden versus favor ipse juvaret,
Ipse ducis curas; meritosq; subiret honores.
Jamne animis, jam gente pares, atq; inclita vulgi
Dextera? nulla fides, nulli super Herculefletus:
Nunc Parthaonides, nũc dux mihi Thracia pro-
Aspera nunc pavidos contra ruit agna leones. (les,
Hanc ego magnanimi spolium Didimaonis hastã,
Quæ neq; jã frondes virides, nec proferet umbras,
Vt semel est excussa iugis; ac matre peremta
Fida ministeria, & duras obit horrida pugnas;
Testor: & hoc omni ductor tibi numine firmo:
Sæpe metu, sæpe in tenui discrimine rerum,
Herculeas jam serus opes, spretiq; vocabis
Arma viri: nec nos tumida hæc tum dicta juva-
Talibus Aeacides socios sermonibus urgens (bunt.
Illacrimat: multaq; comas deformat harena.
Fata trahunt: raptusq; virûm certamine ductor
Ibat; & obtenta mulcebat lumina palla.
Hic verò ingenti repetuntur pectora luctu:
Vt socij sedere locis, nullæq; leonis
Exuviæ, tantiq; vacant vestigia transtri:
Flet pius Aeacides: mœrent Pæantia corda:

Inge-

Ingemit & dulci frater cum Castore Pollux.
Omnis adhuc vocat Alciden, fugiente carina,
Omnis Hylan; medio pereuntia nomina ponto.
Dat procul interea toto pater æquore signum
Phorcys; & inmanes intorto murice phocas
Contrahit antra petens: simul & Massylus, & unà
Lyctius, & Calabris redit armentarius arvis.
Ilicet extremi nox litore Solis, Iberas
Condidit alta domos, & sidera sustulit astris.
Flamina conticuere; jacet sine flatibus æquor.
Amphitryoniades, nec quæ nova lustra requirat,
Nec quo tentet iter, comitis nec fatà peremti
Quæ referat, videt, aut socios qua mente revisat.
Vrit amor, solisq; negat decedere silvis.
Non aliter gemitu quondam lea prolis ademtæ
Terga dedit: sedet inde vijs: inclusaq; longo
Pervigilant castella metu: dolor attrahit orbes
Interea, & misero manat iuba sordida luctu.

LAMP.

LAMP. ALARDI.
IN
VALERII FLACCI
ARGONAUTI-
CON
LIBR. III. NOTÆ.

VERS. 7. PER ANGUSTÆ LESBOS FRETA SUGGERIT HELLES) per freta Helles Helleſpontum accipit, quem propè in Troade eſt Lesbos, vini optimi ferax. Pompon. Mel. lib. II. cap. 7. *Extra Helleſpontum inquit earum quæ Aſiaticis regionibus adjacent, clariſſimæ ſunt Tenedos Sigæis adverſa littoribus, & quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expoſitæ, quas quidam dici putant μακάρων. Porrò in Troade eſt Lesbos & in ea quinque olim oppida &c.* Vini & pecudum Minyis à Cyzico oblatarum etiam Apollonius meminit lib. I. v. 968.

Δῶκεν δ' αὐτὸς ἄναξ λαοῖν μέθυ δολιχμήνοισιν
Μῆλά θ' ὁμῶ.

Cæterum Lesbium vinum pro optimo accipitur. Horatius teſtis. Lib. I. Car. Od. 17.

Hîc innocentis pocula Lesbii
Duces ſub umbrâ:

Ubi innocentis idem eſt quod diluti.

v. 11. ET PICTO CLYTE VARIAVERAT AURO) Munera & veſtes hoſpitibus dari ſæviſſe ſupra monui. Clyte autem quam autor nominat, nupera Cyzici fuit nupta, cujus genealogiam & conjugium Apollonius deſcribit lib. I. v. 973.

Οὐδὲ νύ πω παίδεσσιν ἀγαλλόμενος μεμόρητο
Ἀλλ' ἔτι οἱ νέῳ δώματ' ἀκήρατος ἦεν ἄκοιτις

Ὠδίνων Μέροπος ἐξκωσίκ ἐν γεγάῶν
Κλείτη ἐϋπλόκαμος· τὴν μὲν νέον ἐξέπι πατρὸς
Θεσπεσίοις ἔδνοισιν ἀγήγαθε ἀντιπέρηθεν.

ubi juxtim vides quam nostet Clyten vocat per Υ, ab Apollonio scribi Κλείτην per ΕΙ. Ubiq; ergo in nostro rectius Cliten leges, quam Clyten. Neq; enim ei unquam per υ oeddi videbis. Cæterum de hac vide Parthenion Erotic. XXIIX.

v.15. TU MIHI NUNC CAUSAS INFANDAQUE PRÆLIA CLIO) orditur Poeta bellum quod inter Cyzicum regem & Minyas, paulò post fuit ortum. Fato enim navis ad portum regis relapsa, causa fuit bellici motus, inscitis utrobiq; & Jasone & Cyzico quid quibuscum gereretur. Causam fati hujus Nostet v 21. memorat. Apollonius simpliciter, quomodo vento ferente navis retrogressa sit narrat. Cyzicum autem memorat oraculo monitum, ut adventuris aliquando novis hospitibus, humaniter obviaret, nec pugnam moveret: cujus ille immemor principiò advenientibus Minyis familiarem & benignum se dedit: sed fato quodam relapsis (hostes ratus) bellum ingens movit: Verba Apollonii lib I v. 967. sunt hæc:

——— ——— δὴ γὰρ οἱ ἔλπετο φάτις, ὅτ' ἂν ἵκηται
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖος τέλος, αὐτίκα πῆμα
Μείλιχον ἀντιόων, μηδὲ πολέμοιο μέλεσθαι.

Cæterum prolphasis hæc & apostrophe ex Virgilio ex lib. I. Æneid.

Musa mihi causas memora, quo numine læso
Quidve dolens regina Deum, tot volvere casus
Insignem pietate virum tot adire labores
Impulerit.

v.18. QUID HOSPITIIS CONCURRERE DEXTRAS JUPITER) Jovem inclamat, qui hospitiis erat præfectus, Und. *Hospitalis* dicebatur. Serv. ad I. Æn.

v.738

v. 735. *Lycaon cum hospites susceptos necaret à suscepto Jove, postquam ei Epulas humanas apposuisset, versus in lupum ostendit hospitii jura non esse violanda.* Græci ξένιον Δία appellant. Et penè paria Suidas in voce ξένιος ξεὺς, quod nempe Jupiter hospitum curam gerat, & ξένιοι θεοὶ hospitales Dii. Jul. Pollux. I. Onom. c. 1. num. 23. Plut. de Exilio ξενίᾳ Διὸς παλαιὰ καὶ μεγάλη. Et in Erot. Ξένων καὶ ἱκετῶν ἀδικίας ὁ ξένιος ὑπακούει Κελαινὴς ζεύς. Eustath. in Hom. lib. IX. Odyss. v. 270.

Ζεύς δ' ἐπιπλήσσων ἱκετεύοντε ξενίωντε
Ξείνιος ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

Notissimus quoq; ille locus Virg. I. Æn.

Jupiter hospitibus, nam te dare jura loquuntur
Hunc lætum Tyriisq; diem Trojaq; profectis
Esse velis --- --- ---

v. 22. CYZICUS INGENTI PRÆDÆ DECEPTUS AMORE) Quondam ex agris & venatu reges victitabant. Virgil. lib. VII.

Cervus erat formâ præstans & cornibus ingens
Tyrridæ pueri, quem matris ab ubere raptum
Nutribant Tyrrhusq; pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.

Imo non dedecori sed peculiare illis erat pecora pascere. Varro de re Rust. lib. II. c. 1. *De antiquis illustrissimus quisq; pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua; & veteres poëtæ qui alios vocant πολυάργους & πολυμήλους alios πολυδάκτους.* Qui etiam ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt. Didymus ad Odyss. XIII. τὸ παλαιὸν καὶ οἱ τῶν βασιλέων στιβεῖς παναίπολοι ὑπελάμβανον καὶ ἐπίμανον.

v. 25. CAPTIVAQUE POSTIBUS ORA IMPOSUIT) Postes olim veteres ornare solebant spoliis ferarum item armis.

---- ---- *& postibus arma refigo.*

Manil. lib. IV.

Ille novas semper pugnas nova bella ferarum
Apparat, & pecorum spolio vivitq; rapinis
Hoc habet, hoc studium, postes ornare superbis
Pellibus & captas domibus præfigere prædas.

Sic apud Græcos ἀνασπύλευα onerantur σπύλοις. De postibus templorum Romanorum idem adserit Silius lib. I.

In foribus sacris, primoq; in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaq; rapta
Pugnantem ducibus, sævaq; in Marte secures
Perfossi clypei, & servantia tela cruorem
Claustraq; portarum pendent.

Sed clarius lib. VI. de postibus privatis:

Vnde ire in Martem, quo capta referre solebas
Et victor mecum suspendere postibus arma.

Horatius de templo Veneris lib III, Carm. Od. 26.

Vixi puellis nuper idoneus
Et militavi non sine gloriâ
Nunc arma defunctumq; bello
Barbiton hic paries habebit.

Hinc Aristophanis interpres ad Equites: ἐθὼ ἦν inquit, τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναθήσω. Propertius lib. II. Eleg. 25.

Et vetus in templo bellica parma vacat.

Nemesianus Eclog 1.

Nunc album caput, & Veneres tepuere sub annis
Jam mea ruricolæ dependet fistula Fauno.

Virg.

Virgil. lib. I. Æn.

---- ---- *genti nomen dedit armaq; fixit*
Troïa.

Et lib. III.

Aere cavo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo, & rem carmine signo;
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.

Ovid. Metam. lib. XV.

Cognovi clypeum lævæ gestamina nostræ
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Horat. lib. I. Ep. I.

---- ---- ---- *Vejanius armis*
Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

v. 34. Religant Tonsas Veloque Proneson) Carrio mirè se torquet & violenter Proconession restituit contrà metri decorum. Certè Maserius veriorem lectionem reiq; veritati & metri legibus propius accedentem substituit dum Proenession legit. Quanquam nec Proconessi nec Procnessi Apollonius meminerit, nisi Scholiastes lib. 2 ubi non situm loci sed originem vocis expendit. Maserii verba Carrio repetit: *Exiguum, dicens, oppidum est Proenesus juxta Cephaleniam, nunc vero nomen Insulæ est & legitur Procnesus prima brevi.* Quæ ille procul dubio ex Strabone habet lib. 10. *Cephallenia, inquit, est Tetrapolis id est quatuor civitates continet, inter quæ Same vel Samo quod oppidum hodiè deletum prorsus est. Ad medium autem Ithacæ freium ipsius vestigia commonstrantur. Ab ea autem incolæ Samæi nuncupantur. Alia sunt adhuc his temporibus exilia quædam oppidula Proneses & Cranii.* Sit ergo hodiè insula vel Proconessi vel Procnessi nomenclaturâ, certè Proneson Strabonis autoritas & metri ratio reponit.

v. 35. FLAVENTEM RHUNDACE PONTO) Sabellicus malè legit *Rindace*. Certe Rhyndacus legendum autoritate Strabonis cujus verba sunt hæc lib. XII *Olympus talis est: habitant tamen circum eum à Septentrione Bithyni & Mygdones & Dolienes: reliquum Mysi habent & Epicteti. Dolionas maximè eos dicunt, qui circa Cyzicum habitant ab Esapo usq; in Rhyndacum & Dascylitidem lacum.* Mela lib. I. c. 19. *A tergo imminet mons Olympus, ut incolæ vocant Mysius: is flumen Rhyndacum in ea quæ sequuntur emittit.* Apollonius lib. I. v. 1164.

Ἀλλ' ὅτε δὴ μυσῶν λελιημένοι ἠπείροιο
Ῥυνδακίδας ἀνέχοιτο μέγα τ' ἤλυθον αἰγιαλοῖο
Τυτθὸν ὑπ' ἀκρωρίης παρεμίπτεσον εἰσορόωντες.

v. 41. RESOLUTAQUE PUPPIS TURBINE FLECTIT ITER) Ita Apollonius lib. I. v. 1016.

——— ——— ἀλλὰ θύελλαι,
Αὖτις ἀνηπάγδην ὀπίσω φέρον, ὄφρ' ἐπίλαστο
Αὖρης ἰθύνεσκε δολίσσης.

v. 47. MYGDONIÆ PAN) Vide Gregor. Gyralo. histor. Deor. synt. IV. p. 142.

v. 58. ATQUE EXSILIT ALTIS SOMNIA DIRA TORIS) Heroum veterum tori altiores erant, quod hinc patet. Et apud Romanos *lectos cubiculares* altiores fuisse discubitoriis licet discere ex Varronis lib. VII.

v. 60. ECCE SUPER FORIBUS BELLONA RECLUSIS) simile quid apud Virgilium habes lib. VII.

Tum regina Deûm cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.

v. 71. EXCUBIAS SORTITA MANUS) Excubitores intelligit, qui apud Romanos & in urbe & in castris adhibebantur, Virg. IX Æn.

— vigi-

---- --- *vigilum Excubiis obsidere portas*

Illos *sortitam Manum* appellat, quia sorte ducebantur. Virg. IV. Æn.

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorte.

Et lib. IX.

Omnis per vallum legio sortita periclum
Excubat ---- --- ---

Apul. lib. IV. Miles. *Latrones sorte ducti noctu excubabant speculandi gratiâ.* Sidon. Apollin. lib. IIX. Ep. 6. *Si quid inter excubiales curas, utpote in castris saltem sortito vacabis.* Atq; ut privatorum foribus Janitores, servi ostiarii aut canes appositi, ita principum vestibula vigiles excubitoresq; insidebant. Claud. II. de laud. Stil.

---- *quæ vestibulo foribusq; potentum*
Excubat.

Propertius ad privatam matronarum custodiam traduxit:

Non mille Excubiæ, nec te signata juvabunt
Limina, persuasæ fallere rima sat est.

v. 80. Princeps Galeam Constringit Iason) Inter primaria Ducis munera est, incipiente bello ferrum stringere, & veram fortitudinem prævio exemplo militibus inculcare. Virgilius de Turno lib. IX.

Princeps ardentem conjecit lampada Turnus
Et flammam affixit lateri, quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.

Ita inter primos Cyzicus introducitur ab Apollonio lib. I. v. 1030.

Οὐδ' ὅγε δίστητον ὕπαϛ μέσσην αὖτις ἔμελλεν
Οἰκάδε νυμφιδίης ἁλλάμεν κρὶ λέκτρον ἱκέσθαι.

Noster de eodem infrà v. 220.

Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet.

Et paulo post:

Sævit acerba fremens, tardumq; à mœnibus agmen

Increpitat: nunquamne dolor virtute subibit

Nil ausas sine rege manus?

Atq; hic mos etiamnum hodiè in bello, ut duces & Capitanei primi in acie sint, Martemq; voce & prævio exemplo accendant. Confer Onosandri Strategicon cap. XLII.

v. 88. ÆGISONO QUAM NEC FERA PECTORE VIRGO) Palladem intelligit. Illa enim à Pindaro Olympiis, *Virgo nigram ægida tenens* appellatur. Eaq; Præses belli credita apud veteres, fingiturq; scuto caput Medusæ (à Perseo resectum) colubris refertum gestare. Hinc Virgil.

Ægidaq; horriferam, turbatæ Pallados arma

Certatim squamis serpentum auroq; polibant.

Martialis.

Accipe belligeræ nudum thoraca Minervæ

Ipsa Medusæ quo tumet ira Deæ.

Noster lib. IV.

Prima coruscanti signum dedit ægide Pallas.

Et lib. VI.

---- ---- ---- *Ipsaq; Pallas*

Aegide terrificâ ---- ---- ----

v. 89. TERRORQUE PAVORQUE MARTIS EQUI) Comitatum Martis describit, duos illi Equos *Terrorem & Pavorem* tribuens. Talis enim est belli Natura quæ plerumq; has habet pedissequas. Quod vero ex Hom. desumtum videtur Iliad. XIV. Ibi enim Δεῖμον, Φόβον & Ἔριδα Martis comites facit. Paulo aliter Virg. IIX. Æn.

— tri-

--- --- *triſteſq; ex æthere diræ*
Et ſciſſâ vadens gaudet diſcordia pallâ
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

Idem XII. Æn.

---- ---- *circumq; atræ formidinis ora*
Iræq; inſidiæq; Dei comitatus aguntur.

At ambitioſus Papin. III. Theb.

---- ---- *comunt Furor, Iraq; criſtas*
Fœna miniſtrat Equis Pavor aliger, ac vigil omni
Fama ſono, varios rerum ſuccincta tumultu
Antevolat currum ---- ---- ----

v. 105. Subit Ilia Cuspis Olenii) Carrio Ochenii ſubſtituit, veterem tamen codicem Olenii habere adſerit, & an rectè conveniat, dubitat. Apollonium quoq; neutrum nominare adſerit. Sed hallucinatus eſt. Legitur enim lib. I. Apoll. v. 202.

Σωὶ δὲ παλαιγενέος λέρνα πιεῖς ὠλενίοιο
Λέρνα ἐπίκλησιν, γενεήγε, μὴν ἠφώησιο.

Nam licet hoc nomen ibi inter Argonautas numeratur, nihil refert. Deſumit enim illa unde potuit.

v. 117. Infectaque Pernox Sacra Medon) Excubitorum unus erat Medon, ideoq; pernox à Noſtro rectè dicitur. Sed quæ Sacra liquit? *Bonæ Deæ* opinor: Nam Excubiæ in Sacris Bonæ Deæ erant, quod Græcorum inſtitutum fuit, ejuſq; rei Autor Anacharſis apud Herodotum Melpomene. Ab hac mente Valer. Max. lib. I. c. 2. *In Jovis Opt. Max. templo eximiâ facie puerum Hiſtrionem ad excubias tenendas poſuit.*

v. 107. Purpuream Singultibus) Purpuream auram eleganter dicit animam, vel ſanguinem hominis vitalem. Anima enim in ſanguine homi-

nis consistit, ut habent verba Dei ad Mosen. Sic Virg. IX. Æn. *Purpuream vomit ille animam.* Ubi eleganti *Vomendi* verbo motus, nitorem Valerio reddi autumo, si pro *expulit* legatur *exspuit.* Purpuram sanguinis Prudentius dixit lib. περὶ στεφ. Hymn. III.

Purpura sanguinis eliciti.

Et hymn. V. lib eod.

His purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.

Cæterùm *singultibus exspuere* bene dictum, ut illud Statii Thebaid. V. v. 261.

Semineces pueri trepidas in limine vitæ
Singultant animas.

Idem lib. III. v. 90.

---- *extremisq; animæ singultibus errans*
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis.

Ita *Spiritum exspuere* apud Senecam Thyest. v. 294. & alter Senec. III. de Irac. ult. *Jam ipsum spiritum exspuimus interea dum trahimus.*

v. 118. CHLAMYS IMBELLI CIRCUMVENIT OSTRO) Chlamydem belligerantes & peregrinantes sumere solebant, *De Belligerantibus* habet Livius lib. XXV. *inter hæc dicta paludamento circa lævum brachium intorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit.* Virgil de Consulibus bellum indicturis Æn. VII.

Ipse Quirinali trabeâ cinctuq; Gabino
Insignis referat stridentia limina Consul.

Gabinus autem cinctus erat è chlamyde. Serv. in locum Æn. VII. *Gabinus cinctus est toga sic in humerum rejecta, ut una ejus lacinia à tergo revocata hominem cingat.* Etiam de Exercitu habet Festus: *Procincta classis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus.* Claud. IV Cons.

Patri-

Patritios sumant habitus & more Gabino
Discolor incedat Legio:

Pollux lib. IV. ἐφαπτὰς, συγχεμμάτων τι φοινικῆν ἢ πορφυρᾶν ὁ περὶ τὸν ὦμον χλαμὺς ἔχων οἱ πολεμοῦντες, ἢ θηρῶντες. De Peregrinantibus autē vide Plautum Merc: *Chlamydem sumam denuo: & de curru paulo post: Postea iam in currū conscendi, jam lora in manus sumsi meas.* Nonius illud Pacuvii citat ex Hermionâ: *Currum liquit: Chlamyde contortâ astu clupeat brachium. Solebant etiam* sumere Sacerdotes. *Testis Isidorus Orig. lib. XIX. c. 24. Cinctus Gabinus est cum ita imponitur toga ut lacinia, quæ postrinsecus resicitur attrahatur ad pectus, ita ut ex utroq; latere picturæ pendeant.* Valer. Max. *Gallis Capitolium obsidentibus ne statum Fabia Gentis sacrificium interrumperet Gabino ritu cinctus manibus humerisq; sacra gerens per medias hostium stationes in Quirinalem collem pervenit.* Idem & ab Imperatoribus postea factum. Corippus lib. IV.

Censuramq; piam servans gravitate resedit
Cæsareos augens habitus ritusq; Gabinos.

v. 134. Certa Regens Adversâ Spicula Flammâ) Videtur alludere ad pervetustum militiæ antiquæ morem, quo ante inventas tubas incensis facibus acies instructas præibant & comitabantur. Stat. Theb. IV.

Prima manu rutilam de vertice Larissæo
Ostendit Bellona facem.

Claud. de raptu lib. I.

Tisiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra movet pallentia Manes.

Erant autem isti πυροφόροι in tutelâ Martis. Sed Hercules nullam hujus rationem habet, quamvis illos occidere nefas erat. Hinc Proverb. illud natum

tum autumo. Οὐδὲ ὁ πνεῦφόρος ἐσίγη. Contenta v. 136. nihil aliud significat quam cursu concita. Sic Claudianus lib. II. in Eutropium de hastâ:


--- --- --- illa per auras
Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Transilit & Frigiæ in mediis adfigitur oris.

v. 140. TELECONTA SINIT DELICATAQ; ORA SECURI) Hic versus quomodo sibi constet non video. Nec ab aliis illum restitutum reperio. Carrio veteris Cod. autoritate pro *Disjectaq;* (quod alii vulgati habebant) *delicataq;* substituit. Quod quâ lege quave fronte admitti potest? Neq; enim Poëtam syllabarum leges ignorasse verisimile est. Repono ergo *Delectâq; ora securi:* ut sensus sit: Teleconta stratum esse securi ad hanc rem delectâ. Sic Delecti viri dicuntur außerlesene Männer. Hoc tamdiu tueor, donec ab aliis melius substitutum videro.

v. 143. HAS PRECOR EXUVIAS Ô PRIMA CADAVERA NOSTRO LINQUITE AIT FERRO) Inconveniens est *ferro* bis in eodem versu poni. Ideoque Ioann. Baptista Pius pro *ferro*, *ferto* substituit. *Est enim, inquit, fertum lauti sacrificii genus: & ob id in precedenti versu legit pro: O prima; & opima.* Citat huc Locum Lucilii: *Ædepol ferto omnia sum circumlatus.* De hoc ferto Pompejus: *Fertum genus libi quod crebriùs ad sacra ferebatur, nec sine altero genere libi, qui quæ offerebant struefertarii appellantur. Alibi etsi mendosis exemplaribus struefertarios dicebant, qui quædam sacrificia ad arbores fulgoritas faciebant à ferto quodam sacrificii genere, quod adhiberetur in lustrationibus.* Indicat Cato in re Rust: *Mars pater te quaso precorq; uti sies volens propitiusq; mihi domo familiæq; meæ, quo jus rei ergæ agrum terram fundumq; meum solitaurilia circumagi jussi, uti tamen orbes visos inquisosq; viduertatem vastitatemq; calamitatem intemperiemq; prohibessis, defendas averruncesq;, uti tu fru-*

ges frumenta, vineta, virgultaq; grandire, beneq; evenire sinas, pastores pascuaq; salva servassis, divumq; bonam salutem, valetudinemq; mihi domus familiaq; nostræ haruncce rerum ergo, fundi, terræ agriq; mei lustrandi lustricq; faciendi. Ergo sicuti dixi macte hisce solitaurilibus lactentibus immolandis esto. Item esto. Item cultro facito strue-em & fertum uti adsiet. Hæc Cato. Ex cujus verbis expiationem quandam circumlatitiam fieri solitam ferro circumlato Baptista intelligit, in qua fertum id genus adhibebatur, Tu vide Lector utrum ex his sequi velis. Ego ut ferro tolerari non posse autumo, ita potius cum nonnullis legerim Feretro.

v. 147. Pergunt Rupta Testudine Fusi) Intelligit aciem militarem quæ olim ita instruebatur ut conjunctis scutis tectum quasi efformaretur testudinis in morem. Qua de re fusè Flav. Vegetius de re militari. Vel aciem Lunarem, item antiquis usitatissimam, quæ in modum excavatæ testudinis collocabatur hoc pacto:



De quâ Claudius Ælianus Tacticâ sive de instruendis aciebus cap. 43. ἀντιπάσχεται δὲ πρὸς ταῦτα ἡ μηνοειδὴς τε κέρασι ἔχουσα προπρόσωπα καὶ ἐν αὐτῇ τὰς ἡμιόνους τὸ μέσον κοιλαίνουσι ὥστε τὸ κυκλῶσαι τὰ ἱππικὰ δυνάμει παραπλησίαν h.e. *in pugnâ huic opponitur Menoeides seu Lunaris Phalanx, cornua præcedentia habens, in-*

que

que iis duces suos ac in medio cavam se ostendens, compositis in hoc ut equestrem manum circumveniat. Polybius lib. III. Historiarum ubi pugnam Romanorum & Carthaginiensium ad Cannas describit, de Annibale: Ἐπὶ δὲ πάντ' ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἐξέτεινε μὲν τοὺς λοχᾶς τοὺς μέσους τῶν Ἰβήρων καὶ Κελτῶν τάγματος τοῦτο δὲ καὶ τὰ ἄκρα τούτοις ἐπὶ τὸ κέρας λόχους παραστάσας ζυγοῦντα μηνοειδὲς ποιῶν τὸ κύρτωμα, καὶ λεπτυόντων τῶν τέκτων αὐτῶν ἀχθῆναι. id est; *Postquam vero omnes in unam rectamq; frontem extendit, tum deinde acceptis Iberorum & Celtarum qui medii erant agminibus progressus est, ac reliquis quæ cum iis jugum faciebant pro ratione succedentibus Lunarem gibbositatem efficiebat, horumq; ipsorum formam attenuabat.* Descriptiones hæ & adumbratio ipsa aciei satis ostendunt quam Lunæ formam autores intelligant. Dicitur enim tum Luna Astronomis μηνοειδὴς cum post triduum à coitu solis in cornua duo curvatur. Σιγμοειδῆ appellat eandem formam Onosander cap. XXI. quod Græcorum literam Sigma quæ ita olim pingebatur C. (non Σ) repræsentet.

v. 159. DORCEA QUI DULCI FESTIS ASSISTERE MENSIS) In conviviis priscorum alias inter delicias Musica etiam obtinebat. Ideoq; Themistocles cum recusasset lyram habitus est indoctior. Pleni undiq; hac de re scriptores. Noster lib. I.

Vinaq; & æquoreos inter cum conjuge Divos
Aeacides, pulsatq; chelyn post pocula Chiron.

Philippus quoq; Macedo inter cœnandum reprehendit Cantorem, at ille: *Ne tam mali tibi eveniat ô rex ut ista melius me scias.* Plutarch. in libr. de discrimin. adulat. & amici: Ammian. Marcell. lib. XXX. *Cumq; apponerentur exquisita Cupedia & ædes ampla nervorum articulato perflatili; sonitu resultarent.* Sil. Ital. lib. VI. Pun.

Cui

Cui nocturnus honos, funalia clara, sacerq;
Post epulas tibicen adest.

v. 161. NEC PHARETRAM AUT ACRES ULTRA TIRYNTHIUS ARCUS) Sagittis veteres pugnabant, ut hodienum Saraceni & alii. Estq; acerrima earum pugna. Unde autor rei militaris, quæ Leoni Imperatori adscribitur, c. 18. Κατάπλιξε τὴν τῶν ἐναντίων τῶν ὅπλοις καὶ τῷ τὸν ἤδη σε διεφθάρθαι τύπον, καὶ μάλιστα τοξεύμασι καὶ σαγίτταις πλείοσι. Μέγα γὰρ ὅπλον καὶ ὀχυρώτατον ἡ τοξεία. Exercitum tuum armis teges ad formam à me descriptam. Inprimis arcubus sagittisq; plurimis. Magna enim arma & efficacia sunt sagittæ.

v. 169. OCCUMBENS I NUNC AIT HERCULIS ARMIS) Ironia est juxta illud Ascanii lib. IX. Æn.

---- ---- *verbis virtutem illude superbis.*

Talis est illusio Pyrrhi Priamum occidentis Æn. II.

---- ---- *referes ergo hæc & nuntius ibis*
Pelidæ genitori, illi mea tristia facta
Degeneremq; Neoptolemum narrare memeto.
Nunc morere: hæc dicens altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati
Implicuitq; comam lævâ dextraq; coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.

v. 209. VESVIUS-ATTONITAS ACER CUM SUSCITAT URBES, Sabellicus legit *Vesubius* è codice aliquo. Procul dubio *Vesvius* dicere voluit autor. Est autem *Vesvius vel Vesuvius* mons prope Neapolim in Campaniâ verbis Melæ lib. II. c. 4. Is aliquando conflagravit ut Plinius in Epist. testatur. Eusebius; *Vesvius imperante Tito tantum ex se incendii emisit ut vicinas regiones & cum hominibus urbes exureret*, Papinius:

Non

Non adeo Vesvinus apex aut flammea diri
Montis hyems, trepidas exhausit civibus urbes.

Alii legunt *Vesulus attonitas*, qui secundum Melam d. l. *est mons Liguriæ, juxta alpes in cujus imis radicibus Padus nascitur parvis se primum fontibus colligens & aliquando exilis ac macer, mox aliis amnibus adeo augescens, ut se per septem ad postremum ostia effundat: Unum de illis magnum, Padum appellant.* Hæc Mela. Alii Padum ex jugis Pœninis ortum habere putant de quo Strabo lib. IV. Geogr. Videat æquus Lector quid dicendum. Ego enim vocum Emendationes aliis relinquo.

v. 311. LENTIS HÆRET NOX CONSCIA BIGIS) Lunæ dabantur bigæ. Ita Gratius Poeta v. XXXIIX.

---- ---- ---- *Lunæ*
Sidera cæruleis orbem pulsantia bigis.

Soli vero quadrigæ, duo equi, duæ equæ. Utraq; paria separatim, quare Funales vocat Hyginus cap. CLXXXIII. Sed tamen tres fœminas nominat idem: Alii omnes quatuor fœmellas. Cur autem equi Soli attributi: eleganter Beda exponit in libros Regum Quæst. XXIIX. *Audientes Graci ab Israeliticis, quos divinas habere literas fama prodebat, quod Helias curru & equis igneis ad cœlestia translatus, vel hoc ipsum in pariete depictum videntes, crediderunt vicinia decepti nominis Solis hic transitum per cœlos esse designatum: & miraculum divinum commutaverunt in argumentum erroris, humana stulticia commentum.* Ait Beda vicinia decepti nominis: Quia Ἥλιος accentu in priorem syllabam rejecto & ε. in ο, mutato fit Ἥλιος. Inde porro factum ut Sol cum equis sit pictus, Sedulius convenit, de Heliæ adscensu canens.

Quam

Quam vel fulminei prælucens semita cœli
Convenit Heliæ, merito qui nomine fulgens
Hac ope dignus erat: nam si sermonis Achivi
Vna per accentum mutetur litera, Sol est.

Ex numero equorum quaternario, originem porro traxere 4. aurigarum factiones, anni tempora coloribus suis repræsentantes, *Prasina, Russea, Candida, Veneta.* Agathias lib. V. Ἀλλὰ μὴ ταῦροι καὶ ἀναρριπτὰς ὀξὺς κινήσεις ἀλόγως, καὶ δημώδεις ὁρμὰς, καὶ ἵππων ἀμίλλας τοῖς χρώμασι μεμεληκυίας. Plenius de hoc Corippus lib. I.

Solis honore novi grati spectacula Circi
Antiqui sanxere Patres, qui quatuor esse
Solis equos quadam rerum ratione putabant.
Tempora continui signantes quatuor anni.
In quorum specie signis, numerisq; modisq;
Aurigas totidem, totidem posuere colores. &c.

vide Cassiodori Varias, & Isidori lib. XIIX, cap. XXXIIX. qui *Prasina* & *Veneta* tantum meminit.

v. 224. Fundo Veluti Cum Cœus In Imo) ita rectè legunt Sabellicus & Janus Parrhasius. Est enim Cœus & ipse Titan Latonæ pater ut Ovidius canit:

Te duce vel Jovis arma canam, cœloque minantem
Cœum & Phlegræis Oromedonta jugis.

Claud. de raptu Proserp. lib. III.

Exsultat Cœi spoliis.

pro quo alii malè legunt *Caci.* Nam Cacus inter Gigantes hautquaquam nominatur. Rectius nonnulli legunt *Zancli.* Est enim Zanclus urbi Siciliæ suppositus, cui abs se nomen dedit ut tradit Stephanus.

Rectè autem mox *Saturnum* addit. Nam & illum vinculis oneratum finxit vetustas. Unde in omnibus fanis Rom. vincla Saturno injecta erant, quæ festo ipsius solvebantur. *Lucian. in Saturn. Arn. l. IV.*

v. 232. ET MOTIS ULULANTIA DINDYMA SACRIS) Dindymon mons est Phrygiæ in quo hæc sacra peragebantur: Scholiastes Apollonii ad v. 985. lib. I.

Η'ὲ δ' εἰσπνέῦσιν μέγα Δινδύμον.

Δίνδυμον ait ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ρέας· ἀφ' τὸ δίδυμας σὺν αὐτῷ ἀνῆκεν ὡς φησι Φιλοστέφανος· ἔτυ ἐσσυμένως ὀρούθει· σύμπτωσις δὲ ἡ φυγὴ ἱερὰ τῇ θεῷ· ἢ ἀφ' τὸ δύο ἔχειν ἔτη καλεῖται. De his ita Strabo lib. X. *Liberi ministri sunt Satyri, Bacchæ, Lenæ; & Thia & Mimallones & Naiades & Nymphæ & quos Tityros vocant. Hæc & ipsa Jovis sacra in Creta per solemnem Ceremoniarum celebrantur talibusq; ministris. Baccho autem adsunt Satyri. Hos Curetas nominabant: adolescentes quosdam armisonam quandam cum saltibus agilitatem edentes: proferentes quandam de Jovis origine fabulam. In qua Saturnum introducunt, mox filios ut in lucem editi fuerint devorantem. Rheam vero dolores pariendi dissimilare conatam, natum infantem longe ablegantem, & ei salutem pro viribus comparantem. Quandoquidem ad rem adjutores, Curetas adsumere. Illi cum tympani taliq; strepitu, armisonantiq; choreâ tumultuantes Deam curiosè circumsistant, ut Saturnus attonitus & oblivione involutus avulsum non agnoscat infantem. Tales igitur Græci ad orgiorum celebrationes sunt. Simpliciter vero Phryges Troësq; propè Idam habitantes Rheam præcipuè venerantur honore, cujus orgia frequentantes, hanc quidem Deorum matrem vocant, & Vestam & Deam Phrygiam magnam: à locis Ideam & Dindymenam & Phylleam & Pessinuntiam & Cybelen.* Hæc Strabo, in cu-

ju

justeitandis verbis me non piget immorari. Optimè enim hunc locum Flacci illustrant.

v. 240. Æsonii Venit Hasta Ducis.] Idem habet Apollonius lib. I. v. 1032.

Ἀλλά μιν Αἰσονίδης πεφαμμένον ἰθὺς ἑοῖο
Πλῆξεν ἐπαΐξας σὺν θ' μέσον, ἀμφὶ δὲ δουρὸς
Ὀξέος ἐρρωσθὴ' ὀδὸν ἰὸν ψαμάθοισιν ἐλυσθεὶς
Μοῖραν ἀνεπλησεν. τὸν δ' ἤμισυ ὅπτ' ἀλύξας
Θνητοῖσιν.

v. 264. Ceu Pavet Ad Crines Et Tristia Penthros Ora) Narrat Valerius fabulam, quam Ovidius habet lib. III. fab. X. Cæterum quod Pentheus matri visus imagine Tauri, à Valerio narratur: Id Ovidius d. l. ita commemorat:

Prima suum misso violavit Penthea thyrso
Mater, & ô geminæ clamavit adeste sorores:
Ille aper in nostris errat qui maximus agris
Ille mihi feriendus aper.

Ubi pro Tauro aprum fuisse dicit: Persius vitulum ponit.

Et raptum vitulo caput ablatura superba
Bassaris

Catullus Juvencum substituit:

Pars è diverso tractabant colla Juvenco.

v. 273. Cur Etiam Flammas Miserosq; Moramur Honores) Vide ut statim illucescente die de sepulturâ cæsorum solliciti sint! Quod benè Valerius noster ut plæraq; alia scripsit. Neq; enim res caret observatione. Efferebantur enim tempore matutino, nocte jam decrescente. Callimachus.

Ἠῶιοι Μελάνιππον ἐθάπτομεν, ἠελίῳ δὲ
Δυομένῳ βασιλῆα κάτθανεν.

Heraclides de Alleg. Hom. Ἡν δὲ πλησίον ἐθὼ τὸ σῶμα

πάμα τῶν καμόντων, ἐπειδὰν ἀναπαύσηται τὸ βίᾳ, μήτε νύκτωρ ἐκκομίζειν· μήθ' ὅπερ ὑπὸ γῆς τὸ μεσημβρινὸν ἐστεῖναι τῷ ἀλπῷ· ἀλλὰ πρὸς βαθεῖ ὀρθρῳ ἀπύρους καὶ ἀκπίσιν ἀνιόντῳ. Cicero pro Cluentio: Ante noctem mortuus, & postridiè ante lucem combustus est. Legimus quoq; apud Virgilium Æn. XI. Pallantem Evandri filium manè efferri.

Oceanum interea surgens aurora reliquit
Aeneas quanquam & sociis dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbataque funere mens
est. &c.

Et paulo post de humatione reliquorum cæsorum.

Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atq; labores.
Jam pater Aeneas jam claro in littore Tarchon
Constituere pyras, huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum.

Nec tolum manè, sed & statim postridiè mortuos efferri observavi. Callimachus:

Δαίμονα τίς δ' οἶδε τὸν ὠκέλεον ἠνίκα καί σε
χάρμι τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐς ἡμετέρους
τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν.

Cicero dicit loc. *Eo ipso die puer cùm horâ undecimâ in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie ante lucem combustus est.* Hinc intelligenda Pherecydæ verba jam jam mortem exspectantis in Epistolâ ad Thaletem. Καὶ ὡσεῖπ' αὐτοῖσιν ἥκειν εἰς τὼ ὑστεραίαν ἐπὶ τὰς Φερεκύδεω ταφάς. Plura de ritu funerum cum cura notavit Clar. noster Johannes Kirchmannus in de funeribus Roman. Adi etiam incomparabilem Meursium nostrum. Spicil. Theocritico, ubi & de aquâ mortuis libandâ agit.

v. 273.

v. 273. Miserosque Moramur Honores) Humatio membrorum ultimus honor hominis. Virgil. Æn. XI.

Interea socios inhumataq; corpora terræ
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est.

Et post in funere Pallantis.

---- ---- toto lectos ex agmine mittit
Mille viros qui supremum comitentur honorem:
Intersintq; patris lacrimis, solacia luctus
Exigua ingentis misero sed debita patri.

Spiritus sanctus etiam in codice S. summum defunctorum honorem laudat sepulturam. Unde Deus inter alias minas sui in delinquentem populum furoris, etiam sepulturæ privationem ponit Jerem. XVI. & alibi passim. Quæ ob id Virgilio etiam *Malum* appellatur. VI Æn.

Eripe me his invicte Malis, & tu mihi terram
Injice.

Rectè quoq; Ariminus poëta vetus:

Humano generi posuit Natura creatrix
Hanc legem ut tumuli membra sepulta tegant.

Aurel. Cassiod. lib. I. Ep. 19. *Inhumatam quoq; reverentiam ejus funeris abjecerunt.* Prima igitur mortuorum infelicitas, carere sepulchro, cui proxima, ab avibus discerptum esse. Confer eundem Cassiod. locum. Hinc Augustus apud Svetonium c. 13. *Cuidam sepulchrum petenti, respondit, jam illam in volucrum esse potestate.* Lucan. lib. IV. v. 801.

---- ---- Libycas en nobile corpus
Pascit aves ---- ---- ----

v.279. PARS SERÂ COMPONUNT LUMINA DEXTRÂ) Respicit ad veterum Græcorum morem, qui & Romanis usitatus, quo mortuorum oculos fugillabant, de quo fuse habes apud Plutarchum. Propertius:

At mihi nõ oculos quisquam inclinavit euntis,
Condita sunt vestrâ lumina nostra manu.

Virgil. Æn. IX.

---- ---- nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos.

Romanis interdiu id facere, lege Mœniâ interdictum erat. Varro: *Lex Mœnia est impietate, ne filii patribus luci claro fugillent oculos.* Ideoq; vulgo infelices habebantur, quorum oculos propter absentiam, parentes aut propinqui claudere non potuissent. Unde Virg. Æn. I.

---- ---- ---- ô terq; quaterq; beati
Queis ante ora patrũ Trojæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

v.290. TE TAMEN IGNARUM) Oratio Jasonis est adfectu plena, cujus Apollonius ne verbulo meminit. Qua in parte Noster illô longe superior est, quod jam bis noto.

v.312. DATE DEBITA CÆSIS MUNERA) Veteribus in more positum ut dona in rogum conjicerent testandi adfectûs gratia, quæ si ab amicis funus prosequentibus in rogum conjicerentur, peculiari nomine Munera appellabantur, ut ex hoc loco videre est & aliquam multis aliis. Statius lib. III. Sylvarum:

---- ---- nos non arsura feremus
Munera: venturosq; tuus durabit in annos
Me monstrante dolor.

Svetonius in Cæsare cap. LXXXIII. *Præferentibus mu-*
nera

nera quia suffecturus dies non videbatur, praeceptum est ut omisso ordine, quibus quisq; vellet itineribus urbis portaret in campum. Tibull. lib. II. Eleg. IV.

Seu veniet tibi mors, neq; erit qui lugeat ullus
Nec qui det mœstas munus in exsequias.

Eodem modo Δῶρα Græcis. Nicarchus:

Ἀλλὰ κόρυσ τῷ παιδὶ λέχωϊα δῶρα φέρουσα
Θερμὰ κ' ψυχρὰ δάκρυα χεῖτε πάφυ.

Ἐκτάφια vocat Xiphilinus in Severo. Ἐς ἣν πύρκν τὰ ἐκτάφια ἐνεβλήθη, καὶ ἡ κλίνη ἐπέθη. In hunc rogum conjectis iis quæ parentandi causâ allata erant lectus impositus est. Hujus autem generis potissimum erant vestimenta. Virgilius in funere Misenî:

Purpureasq; super vestes, velamina nota
Injciunt.

Silius Italicus lib. X. de funere Pauli.

---- ---- ---- *jamq; Hannibal unus*
Sat decoris laudator erat, fulgentia pingui
Murice suspirans inicit velamina, & auro
Intextam chlamydem ac supremo adfatur honore.

Lucanus in Personâ Corneliæ de rogo Pompejî:

Collegit vestes miserique insignia Magni
Armaq; & impressas auro quas fecerat olim
Exuvias pictasq; togas velamina summo
Ter conspecta Jovi funestoq; intulit igni.

Plutarchus quoq; Catone Minore, in funere Cæpionis, quod ipsi frater Cato fecit odoramentorum vestiumq; pretiosarum unâ crematarum meminit. Ἔτι παθητικὸν ὁ Κατίνων, ἐμπρήσαντος ἔδοξεν ἡ φιλοστοργία συνεγκεῖν τὰν συμφορὰν ἐ μόνον κλαυθμοῖς καὶ θρήνοις καὶ πολυτελείαις ἐκφερομένην, ἀλλὰ καὶ δαπάνῃ τοσῇδε καὶ πολυτελείᾳ ἱματίων καὶ ἀρωμάτων

λυτελῶν συγκατακαιόντων. Sic Tacitus lib. III. Annal. de funere Germanici. *Atq; ubi colonias transgrederentur atrata plebes trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaq; funerum solemnia cremabant.* Præter vestes arma etiam ac varia ornamenta quibus vel defunctus in vitâ usus fuerat, vel ii qui funus prosequebantur exculti erant in rogum conjecta sunt: Senecâ teste Hercule Oetæo v. 1662.

Hic nodus nullâ quem capiet manu
Mecum per ignes flagret: hoc telum Herculem
Tantum sequetur.

Hinc Elpenor Ulyssem ut se cum armis comburat lib. odyss. λ.

Ἀλλά με καυκήσας σὺν τεύχεσιν ὅσσα μοι ἐστὶν.

Virgil. lib. XI. Æn.

Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni, galeas ensesq; decoros
Frenaq; ferventes q; rotas: pars munera nota
Ipsorum clypeos & non felicia tela.

Et hæc sunt Valerio *debita cæsis Munera.*

v. 322. TRIVIÆQUE POTENTIS OCCIDIT ARCANÂ GENITRIX) A Diis mortem hominibus immitti credebant veteres, præsertim velocem & mortis eos autores putabant: Noster de morte Cyzici supra v. 22.

Cyzicus ingenti præda deceptus amore
Assuetum Phrygias Dominam vectare per urbes
Oppressit jaculo redeuntem ad frena Leonem:
Et nunc ille jubas captivaq; postibus ora
Imposuit spolium infelix, divæq; pudendum.

Et deinde v. 341.

— quàm

---- ---- *quàm nunc incognita vellet*
Lustra sibi, nullosq; datos venatibus annos.

Homerus occidi facit ab Apolline & Dianâ qui morbo moriuntur, præsertim vehementi & acuto, ut ab Heraclide Pontico scriptum est: hinc illud ejus:

ἐλθὼν ἀργυρότοξ' ἀπόλλων, ἀρτέμιδι ξὺν
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐπιχόμβρῳ κατέπεφνεν.

v. 330. Illam Vix Gemino Mœrens Cum Castore) Gemelli erant Castor & Pollux quod in vulgus etiam notum. De his Catullus:

Gemelle Castor & gemelle Castoris.

Vide Liv. Gyraldum syntag. Male itaq; alii geminam legunt. Legitur autem Castor ubiq; ut pugil optimus: unde in hac pugnâ acer bellator introducitur. Homerus Iliad. γ.

Δοιὼ δ' κ' ἀμύκητι ἰδέσθην κοσμήτορε λαῶν
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα.

Item Odyss. XI.

ἦ ῥ' ὑπὸ Τυνδαρέῳ κρατερόφρονι ἐγείνατο παῖδε
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκη.

Propertius lib. III. Eleg. XIII.

Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis
Hic victor pugnis, ille futurus equis.

Senec. Medeâ:

Cedat Castore cum suo
Pollux cæstibus aptior.

Arnobius lib. I. *Tyndaridæ Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus, & crudo inexsuperabilis cæstu.* Ovid. Met. IIX.

Tyndaridæ gemini præstantibus cæstibus alter
Alter equo.

Confer Hor. lib. I. Carm. Od. XII. str. VII.

v. 331. Compressaque Colla Trahentem)

TEM) Hîc Valerius mortem Clites violentam respicit, de qua Apollonius fusiùs, quòd Clite vitam sibi finiverit laqueo, post mortem mariti. Verba lib. I. v. 1062. sic habent:

Οὐδε μὴν ὅδ' ἄλοχος Κλείτη φθιμένοιο λέλοιπτο
Οὗ πόσις· μετόπισθε· κακῷ δ' ἐπὶ κύντερον ἄλλο
Ηὗσεν, ἀψαμένη βρόχον ἀυχένι.

v. 333. CERTATIM DECORANTQUE PYRAS) Veteres cadavera combussisse multis demonstravit vir Literatissimus Johannes Kirchmannus in de fun. Rom. Exemplum unum cito ex Lycophr.

——— ——— ἣν ὡδῖς πατὴρ
σπερκὰς κατεύθων λοφνίσιν δομήσατο
Λίπτυνιν ἁ πρίμνοσεν ἐδαίαν θεὸν,
ἑξην ἐλεῖν ὃν ποτ' ἄξιφῳ δόλῳ
γένυς, τὸν ἄδλῳ δεξιμήρυ πάλαι
λύσαν σε πλῆμον δύτερον πυρκμόλῳ;

Rationem hujus rei tradit Homeri Scholiastes Iliad. ω· τὸ παλαιὸν τὰ σώματα τῶν ἀγωνιζομένων ὑπέτεγον ὑλαίοις, ἵνα τὸ ἀπίεσται γίνηται· ἐδ' ὅτως ἐβάπτετο ὑπὸ γῆν. &c. Quintilianus Decl. X. *Vanâ ergo Sapientes persuasione frustrati, qui constare homines & perfici corporis alimentis animâq; dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis adstricta pugnarent, partim aut doloribus adfici, aut novissimis annis, aut senectute dissolvi. Animam vero flammei vigoris impetum peremnitatemq; non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium autorem parentemq; spiritum ducimus, nec interire, nec solvi, nec ullo mortalitatis adfici fato: sed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi se igne lustraverit, petere sedes inter astra.*

v. 334. VADIT SONIPES CERVICE REMISSÂ) Equum intelligit, funus Cizyci comitantem; &

& tristi habitu luctum testantem. Virgil. in funere Pallantis Æn. XI.

Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus:
Post bellator equus, positis insignibus Aethon
It lacrumans, guttisq; humectat grādibus ora.

Idem mos hodienum ab Equitibus auratis in funeribus observatur.

v. 340. Dat Pictas Auro Atque Ardentes Murice Vestes) Vestes in rogum conjici solitas ab amicis funus comitantibus, supra ad v. 312. notavi. Et cum curâ deducit Kirchmannus noster. Observavi autem inter hæc munera etiam aquam efferri solitam inferis libandam. Orpheus, Argon.

——— — ξένῳ ἐν ψαμάθοισι
Κεῖται ἀποφθίμενος, τῷ οἱ κτέρεα κτερείξαι
Παμμήτειρα Ῥέη κέλεται γέρας, ἠδὲ ἓ λοιβὰς
Δῶναι ὑπεχθονίοισι ——— ———

Et posteâ.

——— ——— ὡΐτας ἔγωγε
Ψυχὴν ἐλασσάμιλω πτέρδων μειλίγματα χύτλων
Υ̓δατι δ' ἠδὲ χάλκεα μελισσορυτῶν ἀπὸ νασμῶν
Λοιβὰς συμφερέχειαν ———

Apulejus de Mundo. *Diis sacrificatur, Geniis ministratur, obitis libatione profunditur.* Hanc autem aquam si vir excessisset aut fœmina portabant mulieres quæ ἐγχυτρίστριαι dicebantur. Etymologici autor, ἐγχυτρίστριαι αἱ τὰς χοὰς τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιφέρουσαι. Sin juvenis quispiam aut virgo, fungebatur eo munere puer genere proximus. Idem Etymolog. ἐθος δὲ ἦν κεῖ ἀγάμων ἀποθανόντων λουτροφορεῖν· παῦρα δὲ ποιεῖν ἦν παῖς ἄρρην ὁ ἐγγυτάτω γένους. Vide Harpocrationem in voce λουτρὰ & λουτροφορεῖν. Hesychium item & Suidam. Ad infantium tamen sepulchra ea aqua non elata. Plutarch. in Orat. Consol. ad uxorem.

πῖς

τοῖς δὲ παλαιοῖς καὶ παλαιοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις ἐμφανέστερον μᾶλλον ἡ περὶ τῶν ἀληθεια· τοῖς γὰρ αὐτῶν γηπόνοις δόξαν ἔσεσθαι ἐπὶ χοὰς ἐπιφέρουσιν, ἐπὶ ἄλλα δρῶσι περὶ ἀυτὰ, οἷα, εἰκὸς ὑπὲρ ζωόντων ποιεῖν τὰς ἄλλας.

v. 341. QUAS RAPUIT TELIS FESTINA) Tela sunt instrumenta textorum ut notat Josephus Scaliger ad Tib. lib. II. El. 1.

Atq; aliqua adsiduè textrix operata Minervâ
Cantat, & applosa tela sonant latere.

Atq; hæc in plurali: at in singulari alia Telæ significatio nempe lanificium ipsum. M. Manil. lib. IV.

Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas.

Cælius Simposius ænigm. XVII. Aranea.

Pallas me docuit extendi nosse laborem
Nec teli radios poscunt, nec licia telæ
Nulla mihi manus est, pedibus tamen omnia fiunt.

Ovid. IV. Met. fab. I.

Telasq; & calathos, infectaq; pensa reponunt.

v. 347. INDE TER ARMATOS MINYIS) Sic legit Baptista Egnatius in Racemationibus suis; ubi alii habebant *Per* pro *ter*. Vetus enim mos erat *Ter* tegum circuire. Virgil. Æn. XI.

---- ---- *Huc corpora quisq; suorum*
More tulere patrum, subjectisq; ignibus atris
Conditur in tenebras altâ caligine cœlum
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustravere in equis, ululatusq; ore dedere.

Apollon. lib. I. v. 1058.

---- ---- ---- ἀυτὰρ ἔπειτα
Τεῖς περὶ χαλκείοις δίχα τεύχεσι δινηθέντες.

Τύμβῳ

Τύμβῳ ἐνεκτερέιξαν ἐπειρήσιον τὸν ἀέθλων
ἡ θέμις, ἀμπεδίον λειμωνίον

v. 383. Quippe Nec In Ventos Nec In Ultima Solvimur Ossa) Hæc piè adeo à Poëta dicuntur, ut nihil magis potuerit. Videat ergo tetrica illa Catonum cohors, quæ cum ad inspectionem Scholarum evecta est, pietatem in Juvenum animis tolli putat si non statim Poëtas omnes indiscriminatim è scholis exturbet. Certè invenias passim in poëtis Ethnicis.

Quæ scripta cultus edoceant bonos
Quæ justa monstrent, quæ pudicas
Expoliant pietate mentes.

Quid Christianè magis Seneca Trag. docere potuit, quàm manere suas pœnas noxiis, sua præmia Justis? Quid elegantius & Christianius illo apud eundem in Thyeste?

Nulla vis major pietate vera est.

Quid illo apud Virgil.

Discite justiciam moniti & non temnere Divos.

Horatium Div. August. inprimis Juvenibus legendum præscripsit eo quod non modo Justiciam, invictam animi magnitudinem, religionem in Deum &c. sed & contra perfidiam, Injusticiam, prodigalitatem, libidinem atq; alia omnia vitia acerbè exagitet. Ita hîc habes evidentem locum Ethnici de Immortalitate animi. Aliud sanè Lucretius sentit lib. III. de Nat. rerum.

Ergo dissolvi sic convenit omnem animai
Naturam ceu fumus in altas aëris auras.

Item alibi:

Mortalem tamen hanc animam fateare necesse est.

Nec

Nec refert utrum pereat dispersa per auras,
An contracta suis è partibus obbruteſcat.

Sed plerique aliud ſtatuerunt. Ita Plato plurima de Immort. Animæ elegantiſſimè ſcripſit, quæ Cleombrotus quidam Ambraciota legens, in mortem exaltis ſe præcipitavit. De quo Callimachi illud habetur lib. III. Florileg. Græc.

Εἰπὰς ἥλιε χαῖρε Κλεόμβροτος ὠμβρακιώτης
ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην.
ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γεγραμμένον ἀναλέξαμενος.

Nos quomodo olim verterimus Laurifolia noſtra vide.

v. 386. PATET ILLIS JANUA LETI.) Vide annon ex illo Virgilii ſit lib. VI. Æn.

---- --- ---- *facilis deſcenſus Averni*
Noctes atq; dies patet atri janua Ditis.

v. 389. QUISQUE SUOS SONTES, INIMICAQ; PECTORA PŒNIS IMPLICAT) iterum ex illo eſt lib. VI.

Quisq; ſuos patimur Manes, exinde per amplũ
Mittimur Elyſium & pauci læta arva tenemus.

v. 393. HOS VARIIS MENS IPSA MODIS) Deſcribit malam conſcientiam. Joann. Pierius Valer. in Hieroglyphicis adſimilat illam Rhombo vel vertigini, cujus in ludis puerilibus uſus eſt. Implicatur is à cuſpide prælongo loro, atq; ita ludo puerili quanta vi fieri poteſt excuſſus, baſi ſupernè, cuſpide infernè verſâ, ſolo alliditur: dum vero ab intorto ſe loro explicat, in rapidiſſimam concitatur vertiginem, atq; ita volubiliter rotatus, ſpatiis ampliter curvatis hac illac fertur: pueri ſuperinſtantes flagello illam exagitant, acriq; intortâ plagâ impetum vehementiorem adjiciunt. Ob hanc concitatiſſimam vertiginem Poëtæ

mer-

mentis volubilitatem, quæ nullo loco possit consistere rationeve separari, quod plurimum in furore accidit, expressere. Atq; ita Tibullus amatorio furore exagitatus dicit:

Namq; agor ut per plana citus de verbere turbo
Quem celer adsuetus versat ab arte puer.

Hæc ille lib. XLIIX. Idem lib. XXXIV. cap. 14. *Craticulam inquit, Pœnitentia signum posuêre, non tamen hinc tacitam mentis exulcerationem intelligentes, sed amaritudinem conscientiæ minimè simulatam, manifestissimis veræ conspicuam argumentis, quippe ubi luctu, lacrymis, & lamentatione conficimur ob ea quæ nequiter improbe & contra conscientiam iniquè atq; volentes scientes patraverimus: unde mox ejulatus & planctus, mox fletus ex intimo cordis fonte prorumpens carnem macteret, jejunia debilitet, abstinentia comminuat, atq; arefaciat.* Hæc ille. De Conscientiâ vulgo hæc feruntur:

Conscia mens ut cuiq; sua est ita concipit intrà
Pectora pro facto spemq; metumq; suo.

Item:

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

Melissus (cujus ego libens memini ob venam Poeticam, quâ apud Celtas, Iberos, Italos & alios notus fuit) elegantissimè:

---- ---- ---- *Mens conscia recti*
Nec tremit ante homines nec tremit ante Deũ.

De malâ Conscientiâ similem habes locum apud Senecam in Oedypo, & Sophoclem in Comœdiâ ejusdem nominis.

v. 411. Ergo Ubi Puniceas Oriens Adscenderit Undas) Veteres fidera humore credebant accendi. Orpheus Argon.

Ἀλλ' ὅτε γ' Ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο πατήρ.

Porphyr. lib. de Nymph. antro: Διαβαίνουσι δὲ τινες τὴν

τὰ ἐν ἀέρι καὶ ἀφανῆ ἀτμοῖς τρέφεσθαι ἐκ ναμάτων καὶ πηγῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀναθυμιάσεων. Τοῖς δ' ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ἡλίου μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως εἰκός, σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων, ἃ δ' ἄστρα ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως. Hinc capiendi isti loci. Virg. Æn. IIX.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ
Extulit os sacrum.

Martianus Capella lib. VI.

Sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis
Lucifero adnuerat lumina tota suo.

Ennadius in Panegyrico: *Cum primum aurora bigis in croceis ortum jubaris indicavit, cum de Oceani lymphis Solis flamma surrexit &c.* Apulejus Miles. IX. *Solem ipsum quidem delapsu oceanum subterraneas orbis oras illuminabat.* Seneca Hippolyto:

Qualis est primas referens tenebras.
Nuncius noctis, modo lotus undis
Hesperus.

Horat. lib. I. Od. V.

—— —— —— albo sic humero nitens
Vt pura nocturno renidet
Luna mari.

v. 420. PETIT ADVERSIS ÆSAPIA SYLVIS) quæ de hac voce *Æsapia* Carrio prolixè notavit. Lector in ejus scholiis cognoscet. Apollonius *Æsopi* meminit.

v. 425. TEMPORA TUM VITTIS ET SUPPLICE CASTUS OLIVÂ) Vittatæ antiquitus erant tam hostiæ quàm sacerdotes. Hinc ap. Virg. Æn. II. Sinon:

Jamq; infanda dies aderat, mihi sacra parari
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.

Et

Et paulo inferius:

--- --- *vittaq; Deûm quas hostia gessi.*

Ovid. Met. lib. XV.

Victima labe carens, & præstantissima formâ
Nam placuisse nocet, vittis insignis & auro
Sistitur ante aras.

Eo modo supplices cùm fiebant etiam virgas ex olivâ præferebant: Inde ἱκετηλίων olivæ ramum à supplicando Græci nominabant. Virgil.

Jamq; oratores aderant ex urbe Latinâ
Velati ramis oleæ veniamq; rogantes.

Supplex autem oliva à Valerio dicitur planè ut Statio Papin. Thebaid. lib ult.

Mite nemus circa, cultuq; insigne verendo
Vittatæ laurus & supplicis arbor Olivæ.

Est enim Oliva pacis signum apud omnes Poëtas. *Supplicem (inquit Lactant. Graminat.) vocat per quam pax supplicando petitur.*

v. 434. Placida Transmittens Agmina Lauro) Lauri in Magicis usus erat. Virgil. Ecl. IIX.

Sparge molam & fragiles incende bitumine lauros.

Cassandra Lycophr. ab initio:

ἐπὶ Δελφίδι δάφνην αἴθω.

Quod autem Pharmaceutria ait:

——— χ' ὡς ἀυδᾷ λακέει μίλα καππυέλοισι
Κἀξαπίνης ἄφθη, καδὲ πόδων εἴδομες αὐτῆς. &c.

ei gemellum est id Horat.

---- ---- *amore sic meo flagres uti*
Bitumen atris ignibus.

v. 435. Ac Vincula Solvere Monstrat Prima Pedum) In sacris Expiatoriis calceamenta

solutis vinculis & ansis pedibus detrahebantur. Virgil. IV. Æn. de Didone sacris Magicis operante:

Vnum exuta pedem vinclis.

Sidon. Apoll. Carm. 2. v. 402.

---- ---- *retinacula bina cothurnis*
Quæ stringunt crepidas ---- ---

v. 437. PHŒBI SURGENTIS AD ORTUS FERRE MANUS) Divinis olim rebus operantes faciem ad *orientem* vertebant. Lucem dat Virg. lib. XII.

Illi ad surgentem conversi lumina solem
Dant fruges manibus salsas.

Sic etiam statuas fronte ad orientem versa collocabant ut ex Cassio Dione discimus. Judæis idem consvetum erat orantibus.

v. 442. LUSTRAMINA PONTO) Sordes in lustrationibus retro projiciebantur. Virg. Phar.

Fer cineres Amaryllidi foras, rivoq; fluenti
Transq; caput jace, ne respexeris -----

Quæs verbis totum ritum complexus est. Nemesianus Ecloga IV.

---- *ter fronde sacrâ, ter thure vapore*
Lustravit, cineresq; aversa effudit arenâ.

Claudianus VI. Consulatu Honorii:

Trans caput aversis manibus jaculatur in altū
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Theocritus Heraclisco:

Ἦμι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥίψατο δ' ὤμάλα πᾶσαν ὑπὲξ ποτομοῖο φέρουσα
Ῥωγάδας ἐς πίτυας ὑπὲξ ἄελον· ἄψ δ' ἐνέβης
Ἀ'ρρητ@ καθαρῷ δὲ πυράσατε δῶμα θεείῳ.

Sordes autem purgamentorum in aquas abjiciebantur, ut excitatis locis appareat. Homerus:

---- ---- εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλε.

Cice-

Cicero pro Roscio Amer: *Non sic nudos in flumen voluerat dejicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera quæ violata sunt expiari putantur.* Euripides:

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Immo etiam in trivia proiici solita: Æschyli Scholiastes. Chœphoris. παρ' Ἀθηναίοις ἐθος ὅπου καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ, βίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον, ἀμεταστρεπτεὶ ἀπέχουσιν. Harpocration. Δίδυμος αὐτοκλείδη λέξιν παραγραψας ἐκ τῶν ἐξηγητικῶν φησὶ, ἐξυθυμία τὰ καθαίμακτα λέγεται καὶ ἀπολύματα· ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους. ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν. Petronius: *Quod purgamentum in nocte calcasti in trivio?* Sic nudi procurrentes Ethnici lapillos retrojaciebant in honorem Mercurii ad nonnulla ejus Idoli fana, quo maximè numen placari arbitrabantur, & ita jaciebant plurimi; donec lapides in acervum excrescerent. Hinc sapiens Salomon Proverb. cap. XXVI. *Sicut qui lapidem mittit in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Turcarum adhuc mos est in honorem Veneris tale quid agere. Facta autem talis lustratio, ut videlicet lapillis velut abjectis commissa facinora expiarentur. Ponebatur autem in triviis (ut hoc obiter addam) Mercurii statua, ut viæ ignaris, quâ eundum esset, monstraret. Huc facit Anytæ *Poetria Epigramma*:

Ἑρμῆς τᾷδ' ἕστηκα παρ' ὀρχατὸν ἡνεμόεντα
Ἐν τριόδοις, πολίτας ἐγχυδὲν αἰνέων
Ἀνδράσι κεκμηῶσιν ἔχον ἄμπαυσιν ὁδοῖο
Ψυχρὸν δ' ἄκρασιν κρήνα ὑποδέχει.

Quod officium Græci Mercurio, id Romani *Vibiliæ* assignabant, Arnobius lib. IV. *Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat.*

v. 477. DECEPTUM FRAGMINE PECTUS) Hercules nimiâ violentiâ mare percellens remum fregit, quod & Apollonius testatur lib. I. v. 1167.

Δὴ τότ' ἀνοχλίζων πεπιηχότα οἴδματα ὁλκὴς
Μεσσόθεν ἄξεν ἐρετμὸν· ἀϊδρείῃ τεύχων· ἀλλ' ὁ μὲν ἄντην
Ἀμφω χερσὶν ἔχων πέσε δόχμιος, ἀλλ' ὁ δὲ πόντῳ
Κλῦζε παλιρροθίοισι φέρων· ἀνὰ δ' ἔζετο σιγῇ
Παπταίνων· χεῖρες γὰρ ἀήθεσαν ἠρεμέεσσι.

Factum id, ut quidam autumant, quod artis remigandi ignarus fuerit, nimioq; manuum robore remos sæpe confregerit, ab Argonautis inde relictus. Cui ego assentiri non possum. Hanc ob causam Herculem relictum ajunt in Ἀφέτοις, quia navem in alteram partem nimium inclinantem fecerat. Verba sunt Scholiastæ ad d. l. Διὰ τοῦτο τὸν αἴτιον φασὶ καταλελεῖφθαι τὸν ἡνίοχον Κίφ, οἱ δὲ ὅτι Ἀφέται, ἐπειδὴ ἐπεγκλινῆ τὴν ναῦν ἐποίει. Ἔφορος δέ φησι πρῶτον παρεδόθη αὐτὸν δι' Ὀμφάλην καταλελεῖφθαι. Unde Herodotus loco nomen ἄφετον factum scribit. Est enim ἀφίημι relinquo. Inde Ἀφέται Lacedæmoniis vocabatur quem libertate donassent. Athen. tamen sic habet lib. 6. πολλάκις φησὶν ἡλωθ ἥρωσιν λακεδαιμόνιοι δοῦλοι ἡμῖν ὃς μὲν ἀφέτας ὠνόμασεν, ὃς δὲ ἀδεσπότους, ὃς δὲ ἐρύκτηρας. Meminit Eustat. Il. o. 431. Et ab ἵημι deduci monet, ut supra quoq; dixi.

v. 480. IPHITE TRANSTRO) Iphici Apoll. meminit v. 207. Item Iphicli v. 201.

Θεστιάδης Ἰφικλος ἐφωμάρτησε πιέσπι.

Verba Scholiastæ: Ἀλθαία ἡμῖν Ἰφικλος ἀδελφοὶ ὢν Δηϊδαμείας τῆς Πελίμης. Iphictus autem Nauboli filius dicitur. Scholiastes: τὸν δὲ Ἴφιτον γνησιολογοῦσι Ναυβόλῳ ἡμῖν Πελιμείκης τῆς ἐπωμάχου.

v. 486. HÆRET HYLAS LATERI) *Cui non dictus Hylas puer?* Sic exclamat princeps Poetarum. Inter omnes enim fabulas, quibus, fœcunda fingendi

Græcia

Græcia mater fuit, nullum æque ac raptum Hylæ celebravit. Ac ut eos taceam, quorum monumenta delevit ætas, extat etiamnum Theocriti egregium Poemation, quo eandem fabellam ea venustate depinxit, ut ad summam ipsi laudem nihil desit. Propertius eminere inter omnes visus magno illi Ruitgersio, Regis Sveciæ Consiliario & Legato. Propertius totam Eclogam de eo conscripsit. Inter alia hæc:

Prolapsum leviter facili traxere liquore
Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.

Prolapsum idem hoc loco est quod *inclinatum*. Expressit autem ad verbum isthæc Apollonii lib. I. v. 1234.

Αὐτὰρ ὁγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισε
Λίχρις ἐπὶ χειμῶδεις περὶ δ' ἄασσεν ἴβρεχεν ὕδωρ
χάλκεον ἐς ἠχήεντα φορεύμενον ——— ———

Quod autem in quibusdam Exemplaribus pro *Traxere* legitur *Texere*, videtur id quidem ex Nonno defendi posse, sed tamen non potest. Non enim cum jam submersus esset corpore, edere sonum potuit, sed dum detractus cadit: immo necdum nomen ab Hercule inclamatum erat. Nam quod comminiscitur Jan. Passeratius: *Sonitum fecit* id est clamavit, frustra est. Audacter ergo sequere Ruitgersium qui sic emendat supra cit. loc.

Tum sonitum rapto corpore fecit: Hyla.
Cui procul Alcides iterat. Responsa sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Allusit autem ad occultiorem fabulam, quam non animadverterunt interpretes. Eam sic narrat Antoninus è Nicandri libro Ἑτερωιμένων IV. *Hercules cum tam horrendo clamore puerum tantoperè dilectum quareret, ut ipsa quoq; nemora, ipsi montes contremiscerent: metuentes Nymphæ, ne heros Hylam penes se latentem reperiret, eum in Echo transformarunt, quæ Hyla clamanti Herculi, nihil*

aliud quam Hyla reponebat. Verba Græca si lubet sic habe: Νύμφαι δὲ δείσασαι τὸν Ἡρακλέα, μὴ αὐτὸν ἀγάγοι κρυπτόμβρον παρ' αὐτάς, μετέβαλον τὸν Ὕλαν, καὶ ἐποίησαν Ἠχώ· καὶ ἀεὶ τὸν βοῶν πολλάκις ἀντεφώνησεν Ἡρακλεῖ.

v. 515. ULLUS HONOS JAM TUM INDECORES) legunt alii indecoræ sed qua lege metri? Indecores apud Virg. legitur lib. VII.

Non erimus regno indecores.

Et lib. XII.

Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris
Nec genus indecores.

v. 524. LEVIS OMNIBUS ARCUS ET MANICÆ VIRIDES) Solebant se isthoc modo succingere mulieres aliquo ituræ, ut iter expeditius haberent. Venus apud Virg. Æn. I.

--- humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis
Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes.

Parthenius ἐρωτ. κ. Αὐτίκα δ' εἰς γόνυ ζωσαμένη, περίφορα τῶν θεραπαινίδων εἰς ὕλλιν κατιδύνει. Apollonius.

Αὐτὰρ ἀναχλύδην λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πίζας.

Et alibi:

Παρθενικὴν δίχα κόλπον ἐπ' ἰξύας εἰλίξασαι.

Apud Callimachum quoq; Diana optat:

——— ——— εἰς γόνυ μίχλας χιτῶνα

Ζώννυσθ' λευκωτόν.

Petronius: *Placuit puellæ consilium, itaq; collegit altius tunicam flexitq; in eum Daphnona qui ambulationi herebat.* Hesychius ζώνασπις συλλαβὰς πίπλων, ἀντὶ τοῦ ζώνας ζώννυμαι, καὶ τὰς πίπλας συλλαμβάνω. Hujus loci restitutionem debemus Clarissimo Meursio. Æschyl. ἱκετίσι.

ἔχω τρόπους ζώνασπις συλλαβὰς πίπλων.

v. 500.

v.560. Illa Avidas Iniecta Manus) Non conveniunt Valer. & Apollonius: Ille cum Hylas aquã biberet à Dryope raptum canit cum aquam Herculi adferret. Aliter Apollonius his verbis lib. I. v. 1207.

Τόφρα δ' Ὕλας χαλκῇ σὺ κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου
Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον, ὡς ἧκε οἱ ὕδωρ
Φαίη ἀφυσσάμενος παιδόρπιον &c. &c.

v.565. Tirynthius Arcibus Ornos Deplulerat) Hercules post fractum ramum, in sylvam quæsitum ivit alium. Ideoq, arborem sua manu dejecit. Apollon. lib. I. 1188.

Βῆρ' ἴμεν εἰς ὕλην ὅς Διὸς ἔσκεν ἐρετμὸν
Οἱ αὐτῷ φαίη καπυσσέμεν εὐ τύναξ
Εὗρεν ἔπειτα ἐλάτην ἀλαλήμενος, ἥτε πολλοῖς
Ἀχθομένην ὄζοις. &c.

v.571. Unanimum Videt Æger Hylan) Et armiger & amasius Herculis erat Hylas. Scholiastes Apollon. lib. I. plures amasios tradit: Ἐγένοντο δὲ πολλοὶ ἐρώμενοι τοῦ Ἡρακλέους, Ὕλας, Φιλοκτήτης καὶ Διόμος, καὶ Πελαγὼν, καὶ Φελίξ. ἀπὸ δὲ πόλις Λιβύης. De Diomo præit Svidas. Διομεία· δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς ἀπὸ Διόμου τοῦ Ἡρακλέους, Vide Clariss. Meurs. In de Pop. Atticæ Διομεία.

v.587 Ille Velut Refugi Quem Contigit Improba Mauri) In utroq; loco eleganter vocem *Ille* ornatûs duntaxat gratiâ fuisse adjectã, pauci animadverterunt: pauciores etiã ni fallor idipsum à posterioribus poetis studiose fuisse expressũ. Virg. l. X.

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper &c.

Et libr. sequenti:

Ac velut ille, prius quã tela inimica sequãtur
Continuo in montes.

Statius lib. III.

— — — *ac velut ille*

Fluctibus Ioniis Calabræ datus arbiter alno,
Nec rudis undarũ, portus sed linquere amicos
Furor Olenij frustra gradus impulit astri.

Et initio lib. V. Valerius noster.

Ac velut ille gregis cessit cui regia, taurus
Fertur ovans: hunc omnis honos, hunc omnis in unum
Transit amor.

Claud. II. de raptu:

Ille velut stabuli decus, armentiq; juvencum.

Et de bello Getico:

---- ---- ---- *sic ille relinquens*
Jejunos antro catulos, immanior exit
Hibernâ sub nocte Leo.

Atq; hæc ut per Comparationem dicta sunt: ita extra Comparationem idem vocabulum eodem modo reperitur usurpatum. Virg. lib IIX.

Tertius ille hominũ Divũmq; interpres Asylas.

Et Propertius.

Ille etiam abreptâ desertus conjuge Achilles
Cessare in tectis pertulit arma sua.

v. 596. RURSUS HYLAN ET RURSUS HYLAN PER LONGA RECLAMAT) Emendat Rutgersius:

Rursus Hyla & rursus Hyla.

Secutus illud Vergil. Ecl. 6.

His adjungit Hylan nautæ, quo fonte relictum
Clamassent: ut littus Hyla Hyla omne sonaret.

Ego tamen autoritatem Cod. MS. amplector. Audacter autem in Virgilio restituo:

---- *ut littus Hyla, Hyla, Hyla omne sonaret:*

Eustat. Odyss. I. ad illos versus:

ἀδ' ἄρα μοι ποτέρω νῆϊς πίον ἀμφιέλισσαι
πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἄῦσαι.

Θεόθ. ἦν inquit, τὰς τῶν ἐπὶ ξύλης ἀπὸ κυμβῶν ψυχὰς, ἀνακαλεῖν τρὶς τὰς ἐπὶ θελεπομβῦς κἠ ἔπως ἀπίναι. Ὁ ψυχαγωγός τις ἦν ὡς τῶν ἀνακαλέντων καπάγλ' ὀκνίνες ἦ μετάγλ' εἰς τὸ πατρίδα. Ex hoc loco, Hyla ter scribendum autumo, Virgilii allegato loco. Nam præterquam quod versus optimè se habeat, antiquum etiam ψυχαγωγίας morem respicere videtur Virg. Deinde Theocritus Idyll. 13. Hylam ter ab Hercule vocatum docet: τρὶς μὲν ὕλαν ἄῦσεν, ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμὸς τρὶς δ' ἀρ' ὁ παῖς ἐπάκουσεν. Quod vero Valer. bis tantum Hylam inclamatum dicit, simpliciter rem narrasse videtur, nullo prædictæ rationis habito respectu. De raptus genere autores variant ut paulo ante monui. Alii enim cum aquatum iviſſet à Nymphâ detractum ajunt. Eustat. in Dionysii περιηγητὸ: Νύμφη δ', inquit, ὑδροδόμον τὸν Ὕλαν καθήρπασεν, ὃν κἠ ἀνακαλέμβεσθαι ὁ πλάσας Ἡρακλῆς οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ μακρὸν κἠ κενὰ βοήσας ἀπῆλθεν ὡς κἠ θράκες τὸ ἱστορεῖ ὡς κἠ παροιμία φησὶν ἐπὶ τῶν (ita lego) ἀνακαλεμένων τὰς μὴ ἀκούοντας Ὕλαν καλεῖν. Alii aliter. Castigandus tamen Valerius noster qui cum in Mopsi vaticinio lib. 1. Hylam cum Cesticillo & urna tanquam aquatum euntem introduxisset ad Imit. Apoll. lib. 1. Libro tamen hoc è Cervi qui à Junone immissus erat, insecutione lassum fonti insiluisse, atq; ita à Nymphâ raptum fuisse dicit. Nec de raptore inter eos constat. Alii ab unâ Nympharum raptum dicunt ut Dionysius d. l. (licet interpres Priscianus Nymphas vertat) Aliter Apollonius & Valerius, quorum hic eam vocat Dryopen Apollonius hyphydatian. Alii contra ab omnibus: ut Propertius & Theocritus, qui & earum nomina hæc fuisse dicit:

Εὐρίκα κἠ Μαλίς, Εὐρὺ δ' ὀρώρατι Νύχεια.

Probus ad illud in Georgicis:

Cur non dictus Hylas puer?

Cum fabellam recitasset postea adjungit: *Ejus fluminis Nympha Eunica Meliæ partus est.* Μεσυδεύει καὶ βᾶλε δίνη. Emenda obiter: Ab ejus fluminis Nymphis Eunica & Melide raptus est. μέσῃ δ' ἐνικάδδαλε δίνῃ. Est autem Hemistichion Apollonii:

——— ——— ——— δεξιτερῇ δὲ
Ἀγκῶν' ἔπασε χειρὶ δ' ἐνικάδδαλε δίνῃ

Herculem etiam sacra inibi locorum instituisse in memoriam Hylæ autores testantur. Sic Strabo annuum sacrificium dicit, in quo Sacerdos ter clamaret Hyla & Echo ter Hyla responderet: Anton. Liberalis, etiam suis temporibus ab incolis Hylæ juxta fontem sacrificatum fuisse, ejusq; nomen à sacerdote *ter* invocatum scribit: Verba hæc sunt. Ὕλα δὲ θύεσιν ἄχρι νῦν παρὰ τῶν κρήνων οἱ ἐπιχώριοι, καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος τρὶς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ, καὶ εἰς τρὶς ἀμειβόμενος ὡς αὐτὸν Ηχώ. Solinus c. XLIV. *Prusiaden urbem* (de Prusiensibus idem habet Strabo lib. XII.) *prætermeat Hylas flumen & alluit Hylas lacus, in quo resedisse creduntur delicias Herculis Hylam puerum, Nymphis raptinam: in cujus memoriam adhuc solemni cursitatione lacum populus circuit & Hylam voce clamat.* Pindari Schol. Pythion. Oda IV. ἔθος ἦν τῶν τελουμένων ἐπ' ἀλλοδαπῆς, εἰ καὶ μὴ τὰ αὐτὰ ἐν παρ' αὐτοῖς· τὰς γῦν ψυχὰς ἀφ' ἁπάντων μυηθέντων ἀνακαλεῖσθαι, καὶ ὡσαύτως σημαλύσασις εἰς τὸν πατρίδα ἀφ' ἑσπέρας &c. Didymus ad Odyss. IX. ἀρχαῖον ἔθος ἦν ἐπὶ ξένης ἀποκυλίσθαι τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρὶς τὸν τὰς ἀφελεσθέντας. Vergil. Æn. VI.

Tunc egomet tumulum Rhætæo in litore inanem
Constitui, & magnâ manes ter voce vocavi.

Interpres Historiæ Apollon. Tyrii: *Non prius sumebat cibum, quàm nutricis monimentum introivisset & fervens*

ampullam

ampullam vini ingrediebatur, & ibi manes suorum parentum invocabant. Facta ergo talis inclamatio ex more prisco, vel ad imitationem Herculis. Quem morem etiam Romani à Græcis acceperunt. Propert. lib. I. Ecl. XVII.

Illa meum extremo clamasset pulvere nomen,
Ut mihi non ullo pondere terra foret.

Confer Stat. Thebaid. XII. Ovid. Trist. lib. III. Ecl. III. Auson. Parentalibus.

v. 655. Gaudia Sed Duro Sævæ Sub Re-ge) Intelligit Euristheum, de quo superius adi librum Primum.

v. 664. Non Ea Fax Odiis) Fax fervorem inconditum, quemvis affectum animo subjicientem significat. Sic *Fax Juventutis* apud Flor. lib. I. *Primâ statim Juventa face patruum Amulium ab arce deturbat, avum reponit.* Ita fax pro ira ipsâ non raro ponitur. Josephus Devonius de bello Trojano lib. V.

---- ---- ---- *fremit acrius illa*
Marte suo, facibusq; Jovis, sic pronus in iram
Sexus, sic priscus suadet dolor ---- ----

v. 692. Vincla Rapi Calais) Apollonius scribit eos cum jam navigarent, in Mysiam redituros fuisse, ut Herculem quærerent, nisi Zetes & Calais inhibuissent, & propterea eos ab Hercule in Teno Insula stratos, ibiq; in eorum sepulchro duas erectas columnas. Alia ab aliis necis causa adfertur. Verba Apollon. lib. I. 1298.

κὴν νύκτα δ' ὀπίσω Μυσῶν ἐπὶ γαῖαν ἵκοντο
λῦσιμα βεκτόμενοι, ἀνεκτὸ δ' ἄλγεκτον ἰωλὴ
εἰ μὴ Θρηικίοιο δύω ἥες βορέαο (*zetes & Calais*)
Αἰακίδην χαλεπῖσιν ἐρητύσκον ἔπεσσιν
χέτλιοι.

v. 707.

v.707. HANC EGO MAGNANIMI SPOLIUM DIDYMAONIS HASTAM) Jurat per haſtam quod militibus uſitatum Verg. lib XII.

---- *nunc ô nunquam fruſtrata vocatus*
Haſta meos.

Quod imitationem Græcam præ ſe fert. Nam apud Æſchylum Parthenopæus, quod amentis eſt & impiæ ſuperbiæ per haſtam jurat, & eam colit pro Deo. Verba ejus ſunt:

Ὀμνυσι δ' αἰχμὰν, ἣν ἔχει, μᾶλλον θεὸν
σέβειν τε παισὶν ὠμόστων δ' ὑπέρτερον.

Haſta Cæneï etiam proverbio celebrata eſt, quam ille à civibus & viatoribus coli, & cujus nomine jusjurandum concipi cogebat. Sed & per haſtam antiquis jurare uſitatum fuit. Nam Juſtinus lib. XLIII. idem teſtatur, eamq; ſceptrum fuiſſe oſtendit. Feſtivè autem Noſter παρωδεῖ illud Homeri:

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσι λέλοιπεν.

Virgil. lib. XII.

Vt ſceptrum hoc (dextrâ ſceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbram,
Quum ſemel in ſylvas imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitq; comas & brachia ferro.

Ὀμύειν autem apud Græcos propriè dicebatur de magno juramento quod μέγας ὅρκος vocabatur, ſolebantque qui μέγαν ὅρκον jurabant πρῶτον θεὸς ὀμνύειν εἶτα ἐπόγειον καὶ τὰς ἰδίας συμφορὰς ut ait Apollonii Scholiaſt. lib. II. Item qui hoc jusjurandum uſurpabant, jurabant per Stygem Pind. Olymp Od. VI.

ὃ φιλόξενος ἰὼν

ἢ τ' ὦν δύστερός τις ἄγαν
καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας
τοῦτο γε εἰς σαφέως μαρτυρήσων ——— ———

Alioquin ſimpliciter jurabant per res obvias, μὰ γῆν, μὰ πηγάς, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα &c. Quia ut Scholiaſtes dicto loco addit: Ῥητέον ὅτι ἐμπαθέστερος γίνεται ὁ ὅρκος ὅταν τὰς καθ' ἑαυτὸν ἰδίας ὀμνύει συμφορᾶς. Tangit eundem ritum Homer. Odyſſ. υ.

Οὐ μὰ ζῆν' ἀγέλας καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμοῖο.

Aliquando etiam tantum dicebant MA TON metuentes Dei nomen, atq; eo juramento jurabant cum quendam laudarent. Ariſtophanis Scholiaſtes βατράχοις. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις σιωπᾶν ὅτε μὴ σεμνύειν τὸν θεὸν ὕλαβείας χάριν· εἰώθασιν δὲ τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπιφωνοῦντες ὥστε εἰπεῖν μὲν MA TON. ὄνομα δὲ μηκέτι σεμνύειν.

v. 709. UT SEMEL EST AVULSA JUGIS ET MATRE PEREMPTA) Uſurpant Latini vocem *Mater* de Arbore propter ramos qui ex eâ ſuccreſcunt:

——— ——— ——— *Parnaſſia lauras*
Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit umbra.

Item:

Hîc plantas tenero abſcindens de corpore Matrum.

Virgil. XII. Æn.

Cum ſemel in ſylvis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret.

Seneca Troadibus:

Quæ tenera cæſo virga de trunco ſtetit,
Par ipſa matri tempore exiguo ſubit.

Plinius lib. XII. c. 5. *Superioris ejuſdem rami in exelſum emicant, ſylvoſa multitudine matris corpore vaſto.* Uſurpatur eodem modo τὸ μήτηρ apud Græcos. Sophocles

phocles in Colchid. apud Scholiastas Apollonii, hîc quod is locus adeo depravatus ut vix citare ausim. Latet enim ea vox sub turpissimo mendo. Ita enim vulgo:

Τὶ βλαστὼν, ἀκλέλαστον οὐπιχώριον,
Καὶ ῥ' τὸ φελίξας ἀλόφῳ σφηνώμαπ
χαλκηλάπτις ὅπλοισι μὴ ωϱοσίξεδυ

Ibi pro eo quod 3. versu legitur μὴ ωϱοσίξεδυ, μηχὶς ἰξέδυ legendum est.

v. 720. NULLÆQUE LEONIS EXUVIÆ TANTIQUE VACANT VESTIGIA TRANSTRI) Exuvias Leonis Cleonæi intelligit quibus amiciebatur jam tum Hercules. Unde Noster lib. I.

Sed neq; bella videt Grajas neq; monstra per urbes
Vlla, Cleonæo jam tempora clausus hiatu
Alcides ---- -- - ---- ----

De quo labore Mart. Capella lib. I. *Dehinc quidam roboris inauditi, exstirpandúq; semper adversitatibus præparatus, sed ejus miros lacertos rictusq; Cleonæos limus Junonius cernebat.* Lucanus lib VI.

---- *Alciden Lybicas excivit in oras*
Ille Cleonæi projecit terga Leonis
Antæus Libyci ---- ----

Nota obiter per *Cleonæum hiatum* citato libri I. loco rictum Leonis designari.

v. 637. NON ALITER GEMITU QUONDAM LEA) Servius erroris arguit omnes illos qui comparationem in fine legunt. Inde Noster culpandus foret. Sed ecce Maro I. Georg. sic in fine sententiæ canit:

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens

Fer-

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Pace ergo tanti viri dictum sit: Comparatio in fine decentissimè ponitur. Ego in Laurifoliis aliquoties Vergilium imitor. Et additipulantem habeo Quintilian. virum harum rerum minimè ignarum. *In omni parabole inquit ille, aut præcedit similitudo & res sequitur: aut præcedit res & similitudo sequitur.*

v. 737. LEA PROLIS ADEMPIÆ) Magna super hac voce, (*Lea*) Baptistæ Pio concertatio cum Hercule Stroza. Inquit enim cum rogaret Pium quâli ratione defenderet Valerium, qui Leænæ curam subolis daret? Respondit non *Lea* sed *Leo* ibi legendum. Rectè quidem. Verisimile enim est ambos & marem & fœminam subolem curare: quoniam ut ait Euripides *Patrum filii sunt anima*: quem versiculum protulit Thyanæus Apollonius (inquit ille) cum videret Echidnam h. e. viperam filios suos linguâ lambentem. Pius de Leone Nostrum lib. VI. habet testem v. 346.

At vero ingentem Telamon procul extulit orbem
Exanimem te Canthe tegens, ceu septus in arcto
Dat catulos post terga Leo.

FINIS LIB. III.

IN IV. VALER. FLACC. LIBR. ÆGIDII MASERII ARGUMENTUM.

ÆTheris Herculeos rector miseratus amores
Increpat Uxorem. Curis : somnoq; sepultum
Alciden solatur Hylas : justisq; Deorum
Jupiter evictus precibus Titania solvi
Vincla jubet. Phrygii differt perjuria Regis
Alcides. Sævo Bithynia rege tumescens
Remigio petitur. Nati percussus amore
Majores Neptune gemis succedere vires
Crudo Tyndarides dat leto Bebryca æstu.
Harpyias juvenes pellunt. Oracula pandit
Fatidicus Phyneus. surgunt Symplegades. Argo
Evolat. Inde Lyci victrix ad littora tendit:

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER IV.

ATQUE ea non oculis divûm pater amplius æquis
Sustinuit: natiq; pios miseratus amores,
Junonem ardenti trepidam gravis increpat ira:
Ut nova nunc tacito te pectore gaudia tollunt;
Hæret inops, solisq; furit Tirynthius oris.

At comite inmemores Minyæ, facilesque relicto
Alta tenent: sic Juno ducem fovet anxia curis
Aesonium; sic arma, viros, sociosq; ministrat.
Jam, quibus incertam bellis, Scythicæq; paventē
Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam.
Tum precibus, tum me lacrimis, & supplice dextrā
Attentare veto: rerum mihi firma potestas.
I, Furias, Veneremq; move: dabit impia pœnas
Virgo, nec Aeetæ gemitus patiemur inultos.
Dixit, & arcano redolentem nectare rorem,
Quem penes altā quies, liquidiq; potentia somni;
Detulit: inque vagi libavit tempora nati.
Ille graves oculos, & Hylan resonantia semper
Ora ferens; ut nulla deum superare potestas;
Procumbit: tandem fessis pax reddita silvis:
Fluminaq;, & vacuis audita montibus aurā.
Ecce puer summa se tollere visus ab unda,
Frondibus in croceis, & iniquæ munere Nymphæ;
Stansq; super carum talis caput edere voces:
Quid pater in vanos absumis tempora questus?
Hoc nemus; hæc fatis mihi jam domus: improba quo me
Nympha rapit, sævæ monitu Junonis: inanes
Nunc Jovis accessus; & jam mihi lumina cœli
Conciliat: jungitq; suos & fontis honores.
O dolor, ô dulces quas gessimus antè pharetræ.
Jam socij lætis rapuerunt vincula ventis;
Hortator postquam Furijs, & voce nefanda

Impulit Oenides. verùm cum gente domoquè
Ista luet: sæváq; aderunt tua numina matri.
Surge, age, & in duris haud umquam defice; cœlo
Mox aderis; teq; astra ferent: tu semper amoris
Sis memor, & cari comitis ne abscedat imago.
Talibus orantem dictis, visúq; fruentem,
Ille ultro petit; & vacuis amplexibus instat:
Languentisq; movet frustra conamina dextræ.
Corpus hebet somno, refugaq; eluditur umbra.
Tum lacrimis, tũ voce sequi: tũ rumpere quæstus;
Cum sopor, & vano spes mœsta resolvitur actu.
Fluctus, ab undisoni ceu fortè crepidine saxi,
Cum rapit Alcyonis miseræ fetumq; laremque;
It super ægra parens: queritur q; tumentibus undis,
Certa sequi quocumq; ferant; audetq; pavetq;
Icta satisc it aquis donec domus, hausta q; fluctu est:
Illa dolens vocem dedit, & se sustulit alis.
Haud aliter somni mœstus labor: exsilit amens,
Effusisq; genas lacrimis rigat: Ibimus, inquit;
Solus & hos montes, desertaq; lustra tenebis
Care puer: nec res ultra mirabere nostras.
Hæc fatus, relegitq; vias; & vallibus exit,
Incertus quid Iuno ferat, quas apparet iras.
Nec minus & socios cernit procul æquore ferri
Præcipites: tacitumq; pudet potuisse relinqui.
Jamq; iter ad Teucros, atq; hospita mœnia Troje
Flexerat; Iliaci repetens promissa Tyranni:
Cum mœsto Latona simul, Dianaq; vultu
Ante Iovem stetit: & supplex sic fatur Apollo:

In quem aliũ Alciden, in quæ jam tempora differs
Caucaseum rex magne senem? nullumne malorum
Finem adeò, pœnæq; dabis? te cuncta precantur
Gẽs hominum; atq; ipsi jam te pater optime mõtes,
Fessaq; cum silvis orant juga. sat tibi furtum
Ignis, & æthereæ defensa silentia mensæ.
Exit ubi è scopulis, media inter pabula diri
Vulturis, ipse etiam gemitu, mœstaq; fatigat
Voce Jovem, sævis reluctans ambusta pruinis
Lumina: congeminant amnes, rupesq; fragorem
Caucaseæ: stupet ipse dei clamoribus ales.
Tunc etiam superas Acheronte auditur ad arces
Iapetus gravis: orantem procul arcet Erinnys,
Respiciens celsi legem Iovis: ille dearum
Fletibus, & magno Phœbi commotus honore,
Velocem roseis demittit nubibus Irim:
I, Phrygas Alcides, & Trojæ differat arma;
Nunc, ait, eripiat diræ Titana volucri.
Diva volat; defertq; viro celeranda parentis
Imperia; atq; alacrem lætis hortatibus implet.
Iam Minyæ medijs claræ per sidera noctis
Fluctibus intulerant placido cava lintea cursu;
Multaq; deserto memores super Hercule volvunt.
Thracius at summa socijs è puppe sacerdos,
Fata deûm, & miseræ solans incommoda vitæ,
Securum numeris agit, & medicabile carmen:
Quod simul assumpta pulsum fide luctus, & iræ,
Et labor, & dulces cedunt è pectore nati.
Interea magni jam jam subeuntibus astris

Oceani genitale caput; Titania frenis
Antra sonant: Sol auricomis ingentibus horis,
Multifidum iubar, & bisseno sidere textam
Loricam induitur: ligat hanc, qui nubila contra
Balteus undantem variat mortalibus arcum.
Inde super terras, & Eoi cornua montis
Emicuit; traxitq; diem candentibus undis:
Et Minyas viso liquerunt flamina Phœbo.
Proxima Bebricij panduntur litora regni;
Pingue solum, & duris regio non invida tauris:
Rex Amycus: regis fatis & numine freti
Non muris cinxere domos; non fœdera legum
Vlla colunt; placidas aut jura tenentia mentes.
Quales Aetnæis rapidi Cyclopes in antris
Nocte sub hiberna servant freta; si cubi sævis
Advectet ratis acta notis, tibi pabula dira
Et miseras Polypheme dapes: sic undiq; in omnes
Prospiciunt, cursantq; vias; qui corpora regi
Capta trahant. ea Neptuno trux ipse parenti
Sacrificij pro rupe iugi, media æquora supra,
Torquet agens: sin forma viris præstantior astit;
Tum legere arma jubet, sumtisq; occurrere cœtu
Cæstibus. hæc miseri sors est æquissima leti.
Huc ubi devectam Neptunus gurgite puppem
Sensit; & extremum nati prospexit in oras,
Et quondam lætos domini certamine campos:
Ingemit, ac tales evolvit pectore questus:
Infelix, imas quondam mihi rapta sub undas,
Nec potius magno, Melie, tum mixta tonanti:

Vlq;

Vsq; adeone meam quacumq; ob origine prolem
Tristia fata manent? sic te olim pergere sensi
Jupiter, injustæ quando mihi virginis armis
Concidit infelix, & nunc chaos implet Orion.
Nec tibi nunc virtus, audet fiducia nostri,
Nate animos: opibusq; ultra ne crede paternis.
Jam jam aliæ vires, majoraq; sanguine nostro
Vincunt fata Jovis; potior cui cura suorum est.
Atq; ideo, neq; ego hanc motis avertere ventis
Tentavi, tenui ve ratem: nec jam mora morti
Hinc erit ulla tuæ; reges dolitura secundos.
Abstulit inde oculos; natumq; & tristia linquens
Prælia, sanguineo terras pater alluit æstu.
Principio fluvios, gentemque, & litora ductor
Explorare jubet: paullumq; egressus Echion,
Invenit obscura gemitus in valle trahentem.
Clàm juvenem; & cæsi mœrentem nomen amici.
Ille, virum ut contrà venientem, umbrataq; vidit
Tempora, Parrhasio patris de more galero;
Paciferaq; manu nequicquam insignia virgæ;
Heu fuge, ait, certo quicumq; es, perdite passu,
Dum datur. obstupuit visu Nonacria proles,
Quid ferat ammirans. postquàm remeare manentem
Ocius, & dictis perstantem cernit in hisdem;
Abripit, & socius quæ sint ea promere cogit.
Ille manum tendens, Non hæc, ait, hospita vobis
Terra viri; non hîc ullos reverentia ritus
Pectora: mors habitat, sævaq; hoc litore pugnæ

Iam veniet diros Amycus qui tollere cæstus
Imperet: & vasto qui vertice nubila pulset.
Talis in advectos Neptuni credita proles,
Aeternùm furit: atq; æquæ virtutis egentes,
Ceu superûm segnes adiniqua altaria tauros
Constituit: tandem ut misero lavet arma cerebro.
Consulite, atq; fugæ medium ne temnite tempus:
Namq; isti frustra quisquam concurrere monstro
Audeat. & quænam talem vidisse voluptas?
Ductor ad hæc: Bebryxne venis, diversaq; regè
Corda gerens? melior vulgi nam sæpe voluntas.
Hostis an externis fato delatus ab oris?
Et tua cur Amycus cæstu nondum obruit ora?
Nomen, ait, prædulce mihi: nomenq; secutus
Otreos unanimi: decus ille, & læta suorum
Gloria, nec vestros comes aspernandus in actus;
Hesionam, & Phrygiæ peteret cum gaudia nuptæ;
Hic Amycum contra iussus stetit: atq; ego palmas
Implicui: sed prima procul vix dùm ora levantis
Fulminea frontem dextra, disjectaq; fudit
Lumina; me nunquam leto dignatus & armis:
Sed lacrimis potiùs, luctuq; absumor inerti.
Spes tamen, his fando si nuntius exstitit oris,
Et Mariandynùm patrias penetravit ad urbes,
Vnde genus, fraterq; viro: sed & ille quierit,
Oro; nec à vanis cladem Lycus augeat armis.
Hæc ubi nonnulla juvenes formidine moti
Accipiunt: dolor & duras insurgere mentes,
Terga sequi, properosq; iubet coniungere gressus.

Lito-

Litore in extremo, spelunca apparuit ingens,
Arboribus super, & dorso contecta minanti;
Non quæ dona deûm, nõ quæ trahat ætheris ignẽ;
Infelix domus, & sonitu tremebunda profundi;
Et varij pro rupe metus: hinc trunca rotatis
Brachia rapta viris; strictoq; immortua cæstu,
Ossaq; tetra situ; capitum mœstissimus ordo;
Respicias, quibus adverso sub vulnere nulla
Iam facies, nec nomen erat: media ipsius arma
Sacra metu, magnique aris impõsta parentis.
Hospitis hic primum monitus rediere Timantis;
Et pavor, & monstri subijt absentis imago:
Atque oculos cuncti inter se tenuere silentes.
Donec sidereo Pollux interritus ore,
Te tamen hac, quicumq; es, ait, formidine saxo
Iã tua silva ferat; modo sint tibi sanguis, & artus.
Omnibus idem animus forti decernere pugna;
Exoptantq; virum, contraq; occurrere poscunt.
Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
Taurus aquis qui primus init, spernitq; tumentẽ;
Pandit iter: mox omne pecus formidine pulsa
Ponè subit: jamq; & mediis procedit ab undis.
At procul è silvis sese gregibusque ferebat
Sævus in antra gigas: quem non sua turba tuendo
It taciti secura metus. mortalia nusquam
Signa manent: instar scopuli, qui montibus altis
Summus abit, longeq; iugo stat solus ab omni.
Devolat inde furens; nec quo via, curve profecti;
Nec genus antè rogat; sed tali protenat ira:

Incipite, ô juvenes; etenim fiducia credo
Hac tulit; auditas & sponte lacessitis oras.
Sin errore viæ; nec dum mens gnara locorum;
Hic mihi lex, cæstus, adversaq; tollere contrà
Brachia: sic ingens Asiæ plaga; quicq; per Arctos
Dexter, & in lævum pontus jacet; hæc mea visæ
Hospitia: hoc cuncti remeant certamine reges.
Neptuni domus, atque egomet Neptunia proles.
Iam pridem cæstus resides, & frigida raris
Dentibus aret humus. qui mecum fœdera junget?
Primæ manu cui dona fero? mox omnibus idem
Ibit honos. fuga sub terras, fuga nulla per auras.
Nec lacrimæ, nec fortè preces, superi ve vocati
Pectora nostra movent: alijs rex Iupiter oris.
Faxo Bebricium nequeat transcendere puppis
Vlla fretum, & ponto volitet Symplegas inani.
Talia dicta dabat: cùm protinus asper Iason,
Et simul Aeacidæ, simul & Calidonis alumni,
Nelidesq;, Idasq; prior; quæ maxima surgunt
Nomina. sed nudo steterat jam pectore Pollux;
Cùm pavor, & gelidus defixit Castora sanguis.
Nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis,
Nec sonat Oebalius caneæ favor, aut juga nota
Taygeti; lauitur patrios ubi victor ad amnes:
Nec pretium sonipes; aut sacræ taurus harenæ
Præmia; sed Manes, recluſaque janua leti.
Illum Amycus, nec fronte truce, nec mole tremendi,
Vix dum etiam primæ spargentem signa iuuentæ,
Ore renidenti lustrans obit; & fremit ausum:

San-

Sanguineosq; rotat Furijs ardentibus orbes.
Non aliter jam regna poli, jam capta Typhoëus
Astra ferens; Bacchũ ante acies, primamq; deorũ
Palladã, & oppositos doluit sibi virginis angues.
Sic adeò insequitur, rabidoq; ita murmure terret:
Quisquis es infelix celera puer; haud tibi pulchra
Manserit hoc ultra frontis decus: orave matri
Nota ferens. tune è sociis electus iniquis,
Tune Amyci moriere manu? nec plura moratus,
Ingentes humeros, spatiosaq; pectoris ossa
Protulit, horendosque thoris informibus artus.
Deficiunt visu Minyæ: miratur & ipse
Tyndarides; redit Alcidæ jam sera cupido:
Et vacuos mœsto lustrarunt lumine montes,
At satus æquoreo fatur tunc talia rege:
Aspice & hæc crudis durata volumina tauris:
Nec pete sortis opem; sed quos potes indue cæstus.
Dixit, & urgentis post sera piacula fati
Nescius, extremum hoc; armis innectere palmas
Dat famulis: dat & inde Lacõ. odia aspera surgũt
Ignotis priùs; atque incensa mente feruntur
In medium, sanguis Iovis, & Neptunia proles.
Hinc illinc dubijs intenta silentia votis.
Et pater orantis cæsorum Tartaris umbras,
Nube cava tandem ad meritæ spectacula pugnæ
Emittit: summi nigrescunt culmina montis.
Continuò Bebryx; Maleæ velut arce fragosa
Turbo rapax; vix ora virũm, vix tollere passus
Brachia, torrenti præceps agit undique nimbo,

Cursibus involvens: totaq; inmanis harena
Insequitur. vigil ille metu, cum pectore & armis,
Huc alternus, & huc, semper cervice reducta.
Semper & in digitis, & summi puluere campi,
Projectusq; redit. Spumanti qualis in alto
Pliade capta ratis, trepidi quam sola magistri
Cura tenet, rapidum ventis certantibus æquor
Intemeratu secat. Pollux sic prouidus ictus
Servat, & Oebalia dubium caput erigit arte.
Vt deinde urgentes effudit nubibus iras,
Ardoremq; viri; paullatim insurgere ferro
Incitat, & summos manibus deducere castus.
Ille dies, ægros Amyci sudoribus artus
Primus, & arenti cunctantem vidit hiatu:
Nec sua defessum noscunt loca, nec sua regem
Agmina: respirant ambo, paullumq; reponunt
Brachia, ceu Lapithas, aut Paonas, æquore in ipso
Dum refovet, fixaq; silet Gradivus in hasta.
Vix steterant, & jam ecce ruunt; inflictaq; latè
Terga sonant: nova vis iterũ, nova corpora surgũt
Hunc pudor, hunc noto jam spes audentior hoste,
Instimulat: fumant crebro præcordia pulsu:
Auia respondent gemitu iuga. pervigil ut cum
Artificum notat ipse manus, & fulmina Cyclops
Prosubigit; pulsis strepitant incudibus urbes.
Emicat hic, dextramq; parat, dextramq; minatur
Tyndarides: redit huc oculis & pondere Bebryx
Sic ratus. ille autem celeri rapit ora sinistra.
Conclamant socij, & subitas dant gaudia voces.

Illum

Illum insperata turbatum fraude, furentemque,
Oebalides prima refugit dum detonet ira.
Territus ipse etiam, atq; ingentis conscius ausi,
Sævit inops Amycus, nullo discrimine sese
Præcipitans; avidusq; viri (respectat ovantes
Quippe procul Minyas) cæstu velatus utroq;,
Irruit: hos inter Pollux subit, & trucis ultro
Advolat ora viri: nec spes effeta; sed ambæ
In pectus cecidere manus. hoc sævior ille,
Ecce iterum vacuas agit inconsulta per auras
Brachia. sentit enim Pollux rationis egentem:
Dat genibus iunctis latus, effusumq; secutus,
Haud revocare gradu patitur: turbatq;, premitq;
Ancipitem; crebros & liber congerit ictus
Desuper aversō; sonat omni vulnere vertex
Inclinis; cediq; malis. iam tempora manant,
Sanguineaq; latent aures: vitalia donec
Vincula, qua primo cervix committitur artu,
Solvit dextra gravis, labentem propulit Heros,
Ac super insistens; Pollux ego missus Amyclis,
Et Iove natus, ait; nomen mirantibus umbris
Hoc referes; sic & memori noscēre sepulchro.
Bebricas extemplo spargit fuga: nullius ademti
Regis amor: montem celeres, silvamq; capessunt.
Hæc sors, hæc Amycū tandem manus arguit ausis,
Effera servantem ponti loca; vimq; juventæ
Continuam, & magni sperantem tempora patris.
Tenditur ille ingens hominum pavor: arvaq; latè
Occupat. annosi veluti si decidat olim

Pars

Pars Erycis, vel totus Athos. qua mole jacentis
Ipse etiam expleri victor nequit; oraq; longo
Comminus obtutu mirans tenet. at manus omnis
Heroum densis certatim amplexibus urgent:
Armaq; ferre juvat, fessusq; attollere palmas.
Salve vera Iovis, vera ô Iovis undiq; proles,
Ingeminant: ô magna nimis memoranda palæstris
Taygeta, & primi felix labor ille magistri.
Dumq; ea dicta ferunt; tenues tamen ire cruores
Siderea de fronte vident. nec sanguine Pollux
Territus, aversо siccabat vulnera cæstu.
Illius excelsum ramis caput, armaq; Castor
Implicat, & viridi connectit tempora lauro:
Respiciensq; ratem, patrijs, ait, has precor oris
Diva refer frondes, cumq; hac freta curre corona.
Dixerat. hinc valida cadunt armenta bipenni;
Perfusiq; sacro placati gurgitis amne
Graminea sternuntur humo: tunc liba dapesq;
Frondibus accumulans: exsortia terga Laconi
Præcipiunt pecudum: toto mox tempore mensæ
Lætus ovat; nunc laude virûm, nunc vatis honore
Carmine, victori geminans cratera parenti.
Iamq; dies, auraq; vocant: rursusq; capessunt
Aequora, qua rigidos eructat Bosphorus amnes.
Illos, Nile, tuos nondum dea gentibus Io
Transierat fluctus; unde hæc data nomina ponto.
Tum pius Oeagri claro de sanguine vates,
Ammonita genitrice, refert casusq; locorum,
Inachidosq; vias, pelagusq; emensa juvencæ

Exi-

Exilia; intentisq; canit: Vidêre priores
Sæpe Jovem, terras, Argivaq; regna Pelasgûm
Virginis Iasiæ blandos descendere ad ignes.
Sentit Iuno dolos: curaq; accensa iugali
Aethere desiluit: dominam Lyrceia tellus,
Antraq; deprensæ tremuerunt conscia culpæ.
Cum trepida Inachiæ pelex subit ora juvencæ,
Sponte dei: plausu fovet hanc, & pectora mulcet
Juno, renidenti cohibens suspiria vultu. (gis
Mox ita adortæ Jovem: Da, quã modò dotibus Ar-
Campus alit, primæ referentem cornua Phœbes,
Indomitamq; bovem: da caræ munera nuptæ.
Ipsa ego, dilectæ pecudi jam pascua digna,
Præcipuosq; legam fontes. qua fraude negaret,
Aut quos inuentos timuisset Iupiter æstus?
Muneris illa potens, custodem protinus Argum
Adiungit: custos Argus placet; insciа somni
Lumina non aliter toto cui vertice; quàm si
Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro.
Argus, & in scopulos, & monstris horrida lustra,
Ignotas jubet ire vias: heu multa morantem,
Conantemq; preces, inclusaq; pectore verba.
Vltima tum patriæ cedens dedit oscula ripæ.
Fleuit Amymone, flerunt Messenides undæ,
Flevit & effusis reuocans Hyperia lacertis.
Illa, ubi vel fessi tremerent erroribus artus,
Vel rueret summo jam frigidus æthere vesper,
Heu quotiens saxo posuit latus? aut ubi longa
Aegra siti; quos ore lacus, quæ pabula carpsit?

Ver-

Verbere candentes quotiens exhorruit armos?
Quin & ab excelso meditantem vertice saltus,
Audentemq; mori; valles citus egit in imas
Argus: & arbitrio durus servavit herili.
Cum subitò Arcadio sonuit caua fistula ritu;
Imperiumq; patris celerans Cyllenius ales
Advenit; & leni modulatur carmen auena.
Quoq; ait: hinc diversus abis? heu respice cantus.
Haud procul insectans Argum, languentia somno
Lumina cuncta notat, dulcesq; sequentia somnos:
Et celerem medijs in cantibus exigit harpen.
Iamq; refecta Iovi, paulatim in imagine prisca
Ibat, agris Io victrix Iunonis; & ecce
Cum facibus spirisq;, & tartareo ululatu,
Tesiphonen videt: ac primo vestigia visu
Fugit; & in miseræ rursus bovis ora recurrit:
Nec qua velle memor, quo sese vertice sistat.
Inachias errore etiam defertur ad undas;
Qualis, & à prima quantum mutata juvenca?
Nec pater, aut trepidæ tentãt accedere Nymphæ.
Ergo iterum silvas, iterum petit inuia retro,
Ceu Styga, dilectum fugiens caput. inde per urbes
Raptatur Graias, atque ardua flumina ripis:
Oblato donec paullum cunctata profundo
Incidit: absistunt fluctus; & gnara futuri
Dant pauidæ alta viam: celsis procul ipsa refulget
Cornibus, ac summa palearia sustinet unda.
Ast Erebi virgo ditem volat æthere Memphim
Præcipere, & Pharia venientem pellere terra.

Cor-

Contrà Nilus adest; & toto gurgite torrens
Tesiphonen agit: atque imis illidit harenis,
Ditis opem, ac sæui clamantem numina regni.
Apparent sparsæq; faces, disiectaque longè
Verbera, & abruptis excussi crinibus hydri.
Nec Iouis interea cessat manus. intonat alto
Insurgens cœlo genitor, curamque fatetur:
Atque ipsa imperium Iuno pauet. hæc procul Io
Spectat ab arce Phari, jam diuis addita, jamque
Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.
Bosphoron hinc veteres errantis nomine diuæ
Vulgauere. juvet nostros nunc ipsa labores,
Immissisque ratem sua per freta prouehat Euris.
Dixerat. & placidi tendebant carbasa venti.
Postera non cassæ Minyis aurora retexit
Noctis iter: noua cuncta vident; Thynnæaq; iuxta
Litora, fatidici pœnis horrentia Phinei.
Dura deum, summoque lues urgebat in æuo.
Quippe neq; extorrem tantùm, nec lucis egentem,
Insuper Harpyiæ Typhoides, ira Tonantis,
Depopulant; ipsoq; dapes prædantur ab ore.
Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas
Perpetitur. spes una seni; quòd pellere sæuam
Quondam fata luem dederant Aquilone creatis.
Ergò ubi jam Minyas, certãque accedere Phineus
Sentit opem; primas baculo defertur ad undas:
Vestigatq; ratem, atque oculos attollit inanes.
Tunc tenuem spirans animã; Salve ò mihi longũ
Exspectata manus, nostrisq; ait, agnita votis.

Novis

Novimus & divis geniti quibus; & via jussos
Quæ ferat: ac vestri rebar sic tempora cursus,
Proxima quæq; legēs: quantum Vulcania Lemnos
Traxerit; infelix tulerit quæ Cyzicus arma.
Sensi & Bebricio supremam in litore pugnam,
Iam propior; jamq; hoc animā solamine mulcens,
Nō ego nūc magno quod cretus Agenore Phyneu,
Aut memorem mea quod vates insedit Apollo
Pectora; præsentis potius misereſcite fati.
Nec mihi diuersis erratum casibus orbem,
Amissas aut flere domos, aut dulcia tempus
Lumina: consuetis rerum est ex ordine fatis
Ingemere. Harpyiæ semper mea pabula servant;
Fallere quas numquam misero locus: ilicet omnes
Deveniunt; niger intorto ceu turbine nimbus.
Iamq; alis procul, & sonitu mihi notus Celeno;
Diripiunt, verruntq; dapes, fœdataq; turbant
Pocula. Seuit odor; surgitq; miserrima pugna,
Parq; mihi, mōstrisq; famis. Spreuere quod omnes
Polluerunt que manu, quodque unguibus excidit
atris;
Has mihi fert in luce moras: nec rumpere fata
Morte licet: trahitur victu crudelis egestas.
Sed vos obſervate precor prædicta deorum;
Si non falsa mihi; vos finem imponite pœnis.
Nempe assunt qui mōstra fugent Aquilonia proles,
Non externa mihi: nam rex ego divitis Hebri,
Iunctaq; vestra meo quondam Cleopatra cubili.
Nomen ad Actæa Calais, Zetesq; sororis

Præ-

Prosiliunt. Zetesq; prior; quem cernimus, inquit,
Tune ille Othryſiæ Phineus rex inclitus oræ?
Tu Phœbi comes, & noſtro dilecte parenti?
O ubi nunc regni, generisq; ubi gloria? quàm te
Exêdit labor, & miſeris feſtina ſenectus.
Quin age, mitte preces; namque eſt tibi noſtra voluntas;
Si non ira deûm, vel ſi placabilis urget.
Suſtulit hîc geminas Phineus ad ſidera palmas:
Teque, ait, injuſti, quæ me premis, ira Tonantis
Ante, precor noſtræ tandem jam parce ſenectæ:
Sit modus, & fore credo equidem: nam veſtra voluntas
Quod juvenes ſine pace deûm. nec credite culpam
Sæuitiæ, ſcelerumve mihi nunc crimina pendis;
Fata loquax, mentemq; Iovis, quæq; abdita ſolus
Conſilia, & terris ſubito ventura parabat;
Prodideram, miſerans hominum genus: hinc mihi tanta
Peſtis, & effuſæ media inter dicta tenebræ.
Iam tandem ceſſere iræ: nec caſus ab alto,
Ipſe volens noſtris ſed vos deus appulit oris.
Sic ait, & fatis ita iam cedentibus, omnes
Impulit: & duræ commovit imagine pœnæ.
Inſtituêre thoros, mediisq; tapetibus ipſum
Accipiunt: circumq; iacent, ſimul æquora ſervant
Aſtra ſimul: veſciq; iubent, ac mittere curas.
Cum ſubitus miſero tremor, & pallentia primæ
Ora ſenis fugêre manus; nec prodita peſtis

Antè, sed in medijs dapibus vidêre volucres.
Fragrat acerbus odor; patrijque exspirat averni
Halitus: unum omnes incessere plantibus, unum
Infestare manus: inhiat Cocytia nubes
Luxurians, ipsoq; ferens fastigia visu.
Tum sola colluvie, atq; illusis stramina mensis
Fœda rigant: stridunt alæ; prædaque retenta
Sævit utrimq; fames: nec solum horrenda Celæno
Phinea, sed miseras etiam prohibere sorores.
Emicat hîc subitò, seseq; Aquilonia proles
Cum clamore levat. genitor simul impulit alas.
Hoste novo turbata lues; lapsæque rapinæ
Faucibus: & primùm pavidæ Phineia tecta
Pervolitant; mox alta petunt: stant litore fixi
Hæmonidæ, atq; oculis palàtia mõstra sequuntur.
Sic ubi prorupti tenuit cùm fortè Vesevi
Hesperiæ letalis apex; vix dum ignea montem
Torsit hiems; jamq; Acoas cinis induit urbes.
Turbine sic rapido populos, atq; æquora longè
Trans abeunt; nullaq; datur considere terra.
Iamq; & ad Ionij metas, atque intima tendunt
Saxa; vocat magni Strophadas nunc incola põti.
Hic fessæ, letiq; metu propioris anhelæ,
Dum trepidant; humiliq; graves timidoq; volucres
Implorant clamore patrem Typhona nefando:
Extulit assurgens noctem pater; imaq; summis
Miscuit, & medijs vox exaudita tenebris:
Jam satis huc pepulisse deas. cur tenditis ultra
In famulas sævire Iovis, quas, fulmina quanquam

Aegi-

Aegidaq; ille gerat, magnas sibi legit in iras?
Nunc quoq; Agenoreis idem decedere tectis
Imperat: agnoscunt monitus, jussæq; recedunt.
Mox tamen & vobis similis fuga comprimet Argos
Letifera: Harpyiæ numquã nova pabula quærent
Donec erunt divûm meritæ mortalibus iræ.
Hæsit uterq; polo, dubijsq; elanguit alis:
Mox abit, & sociæ victor petit agmina puppis.
Interea Minyæ pulsa lue, prima Tonanti
Sacra novant: tum vina thoris, epulasq; reponunt.
Ipse inter medios, ceu dulcis imagine somni
Lætus, ad oblitæ Cereris suspirat honores:
Agnoscit Bacchi latices, agnoscit & undam:
Et nova non pavidæ miratur gaudia mensæ.
Hunc ubi reclinem stratis, & pace fruentem
Aspicit, ac longæ ducentem oblivia pœnæ;
Talibus appellat, supplexq; ita fatur Iason:
Vota senex perfecta tibi: nunc me quoque curis
Eripe, & ad nostros animum convertere labores.
Omnis adhuc sors læta quidem: nec numine vano
(Si qua fides curæ superûm) tantum æquor adorti
Tendimus: ipsa mihi puppem Iovis optima proles
Instituit; sociosq; dedit Saturnia reges.
Fidere mens sed cæca nequit. quantumque propinquat
Phasis, & ille operum summus labor; hoc magis angunt
Proxima: nec vates satjã mihi Mopsus & Idmon.

Ille, ducem nec ferre preces, nec dicere passus
Amplius, hic demum vittas, laurumq; capessit,
Numina nota ciens. stupet Aesonis inclita proles
Phinea, ceu numquam pœnis, nullaq; gravatum
Peste Iovis. tam largus honos, tam mira senectæ
Majestas infusa: vigor novus auxerat artus,
Tum canit: O terras fama venture per omnes;
Quem sociis ducibusq; deis, atq; arte benigna
Pallados ipse ultro Pelias ad sidera tollit
Demens, dum profugi non sperat vellera Phryxi:
Fata locosq; tibi (possum quas reddere grates,
Expediam: rerumq; vias, finemque docebo.
Ipse etiam, qui me prohibet sua pandere terris
Sæcula, te propter fandi mihi Iupiter auctor.
Hinc iter ad ponti caput, errantesque per altum
Cyaneas: furor his medio concurrere ponto:
Nec dum ullas vidêre rates: sua comminus actæ
Saxa premunt, cautesq; suas: cùm vincula mûdi
Ima labant; tremere eccè solũ, tremere ipsa repête
Tecta vides, illæ redeunt, illæ æquore certant.
Di tibi progresso propius, Di forsitan ipsi
Auxilium, mentem q; dabunt. ast ipse iuvare
Ausa quibus monitis possim tua? quippe per altum
Tenditis, unde procul venti, procul unde volucres,
Et pater ipse maris pauidas detorquet habenas.
Si qua breuis scopulis fuerit mora, si semel orsis
Vlla quies; fuga tunc medio properanda recursu.
Vix repetunt primæ celeres confinia terræ,
Iamq; alio clamore ruunt; omnisq; tenetur

Pon-

Pontus, & infestis anceps cum montibus errat.
Verùm animo redit illa meo sors cognita divûm.
(Fabor enim, nec spe dubios solabor inani)
Cùm mihi Tartareas sævo clangore volucres
Protulit ira Jovis; vox hæc simul excijt aures:
Ne vanas impende preces, finemque malorum
Expete Agenoride; pontum penetraverit ulla
Cum ratis, & rapidi steterint in gurgite montes;
Tunc sperare modum pœnæ, veniamq; licebit.
Sic Deus. aut vobis ergo fera saxa patescunt;
Aut mea jam sævæ redeunt ad pabula diræ.
Verùm inter medias dabitur sic currere cautes,
Certè digna manus, vacuumq; exibis in æquor;
Proxima regna Lyci: remeat qui victor ab oris
Bebricijs: toto non ullus litore ponti
Mitior. hic lecto comitum de robore, si quem
Perculerit vicina lues; ne desice, casus
Prædicti memor: atq; animos accinge futuris.
Illic pestiferas, subter iuga concava, torquet
Ater aquas Acheron; vastoq; exundat hiatu
Fumeus; & sæva sequitur caligine campus:
Linque gravem fluvium, & miseris sua fata colonis.
Sic quoque non uno dabitur transcurrere luctu.
Quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin,
Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancon?
Proxima Thermodoon hic jã secat arva memẽto.
Inclita Amazonidum, magnoq; exorta Gradiuo

Gens ibi: femineas nec tu nunc crede caterua,
Sed qualis & quanta viris insultat Enyo,
Diuaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.
Ne tibi nunc horrenda rapax ad litora puppem
Ventus agat; ludo volitans cum turma superbo
Puluereis exultat equis; ululataque tellus
Intremit, & pugnas mota pater incitat hasta.
Non ita sit metuenda tibi, seuissima quanquam
Gens Chalybum; duris patiens cui cultus in armis,
Et tonat afflicta semper domus ignea massa.
Inde omnem innumeri reges per litoris oram;
Hospitij quis nulla fides: sed limite recto
Puppis, & aequali transcurrat carbasus aura:
Sic demum rapidi venies ad Phasidis amnem.
Castra ibi jam Scythiæ; fraternaq; surgit Erynnis
Ipse truces illic Colchos, hostemque iuuabis
Auxiliis, nec plura equidem discrimina cerno.
Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.
Sed te non animis, nec solis viribus æquum
Credere; sæpe acri potior prudentia dextra.
Quam tulerit deus, arripe opem. jamque ultima nobis
Promere fata nefas: sileo, & precor. atq; ita facto
Fine, dedit tacitis iterum responsa tenebris.
Tum subita resides socios formidine Iason
Præcipitat, rumpitq; moras, tempusque timendi.
Ipse viros gradiens ad primi litoris undam
Prosequitur Phineus: Quænam tibi præmia, dixit,
Quas, decus ô Boreæ, possem persoluere grates?

Me

Me Pangæa super rursus iuga, meque paterna
Stare Tyro, dulcesque iterum mihi surgere Soles
Nunc reor: exactæ nam verè abiere volucres:
Nec metuam, tutæque dapes. date tangere vultus,
Desinite amplexus, propiusq; accedite dextræ.
Dixerat. abscedunt terris, & litora condunt.
Omnibus extemplo sæua sub imagine rupes
Cyaneæ: propiorque labor: quãdo affore, quaque
Parte putent: stant ora metu, nec fessa recedunt
Lumina, diuersas circum seruantibus undas.
Cum procul auditur sonitus, insanaque saxa;
Saxa neque illa viris, sed præcipitata profunda
Siderei pars visa poli, dumque ocius instant
Ferre fugam; maria ante ratẽ, maria ipsa repẽtè
Diffugere, aduersosque vident descendere montes.
Omnibus & gelida rapti formidine remi.
Ipse per arma volans, & per iuga summa carinæ
Hortatur, supplexque manus intendit Iason,
Nomine quemq; premẽs: Vbi nũc promissa superba
Ingentesque minæ, mecum quibus ista secuti?
Idem Amyci certè viso timor omnibus antro;
Perculerat: steterimus tamen, & deus affuit ausis.
Quin iterũ idem aderit, credo deus, hæc ubi fatus;
Corripit abiecti remumque, locumque Phaleri;
Et trahit. insequitur flammata pudore iuuentus.
Vnda laborantes præceps rotat; ac fuga ponti
Obuia: miscentur rupes: jamque æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illisa remittunt.
Bis fragor infestas cautes, aduersaque saxis

Saxa dedit: flamma expresso bis fulsit in imbri.
Sic ubi multifidus ruptis è nubibus horror
Effugit, & tenebras, nimbosq; intermicat ignis,
Terrificique ruunt tonitrus, eliſaque noctem
Lux dirimit; pauor ora virûm, pauor occupat aures.

Haua ſecus impleuit pontũ fragor: effluit imber
Spumeus, & magno puppem procul æquore veſtit.
Aduertêre dei, defixaque numina ponto,
Quid ſcopulis præcluſa ratis, quid dura juventus
Expediat. pendet magnis favor ortus ab auſis.
Prima coruſcanti ſignum dedit Aegide virgo
Fulmineam jaculata facem. vix dum ardua cauet
Ceſſerat: illa volans tenui per concita ſaxa
Luce fugit: rediere viris animique manuſque.
Vt vidêre viam: ſequor ô quicumque deorum,
Æſonides, vel fallar, ait: præceps que fragores
Per medios ruit, & fumo ſe condidit atro.
Cœperat incedens abductis montibus unda
Ferre ratem, pelagoque dies occurrere aperto;
Sed neque permiſſis jam fundere rector habenis
Vela, nec eniti remis pote; cùm ſuper aſſunt
Cyaneæ; premit umbra ratem, ſcopuliq; feruntur
Comminus. hîc Iuno, præcepsq; ex æthere Pallas,
Inſiliunt pariter: ſcopulos hinc nata coercet,
Hinc conjunx Iouis, ut valido qui robore tauros,
Sub iuga; & inuito detorquet in ilia cornu.
Inde velut mixtis Vulcanius ardor harenis
Verſat aquas: ſic ima fremunt, fluctuque coacto

Angi-

Angitur, & clausum scopulo super effluit æquor.
Contrà omnes validis tenui discrimine remis
Pergere iter; mediosq; ratē transferre per ictus:
Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis:
Parsq; (nefas) deprensa iugis. iam cetera cœlo
Debita, conclamant Minyæ: latera utraq; quippe
Dissiluisse putant. fugit ipse noviſſimus ictus
Tiphys, & è medijs sequitur freta rapta ruinis:
Nec prius obsessum scopulis respexit ad æquor;
Aut socijs tentata quies: nigrantia quàm jam
Litora, longinquique exirent flumina Rhebi.
Tunc fessas posuere manus; tunc arida anheli
Pectora: discussa quales formidine averni
Alcides, Theseusque comes, pallentia iungunt
Oscula, vix primis amplexi luminis oris.
Nec verò ipse metus, curasq; resolvere ductor:
Sed maria aspectans; Heu quis datus iste deorum
Sorte labor nobis? serum ut veniamus ad amnem
Phasidis, & mites, inquit, dent vellera Colchi;
Vnde per hos iterum montes fuga? talia fundit,
Imperio fixos Iovis, æternumq; revinctos,
Nescius, & fati. certa nam lege manebant.
Si qua per hos undis umquam ratis isset apertis.
Tum freta quæ longis fuerant impervia sæclis,
Ad subitam stupuere ratem: pontique jacentis
Omne solum, regesque patent, gentesque repostæ.
Non alibi effusis cesserunt longius undis
Litora; nec tantas, quamvis Tyrrhenus & Ægon
Volvat aquas: geminis & desint Syrtibus undæ.

Nam super huc vastos tellus quoq; congerit amnes:
Non septem gemini memorem quas exitus Histri,
Quas Tanais, flavusque Lyces, Hypanisque, Melasque
Addat opes: quantosque sinus Mæotia laxent
Æquora, flumineo sic agmine frangit amari
Vim salis, hinc Boreæ cedens glacialibus auris
Pontus, & exorta facilis concrescere bruma.
Vique vel immotos ursæ rigor invenit amnes,
Vel freta versa vadis: hiemem sic unda per omnem
Aut campo jacet, aut tumido rigat ardua fluctu;
Atque hac Europam curvis an fractibus auget,
Hac Asiam; Schythicum specie sinuatus in arcum.
Illic umbrosæ semper stant æquore nubes,
Et non certa dies: primo nec Sole profundum
Solvitur, aut vernis cum lux æquata tenebris.
Sed redit extremo tandem in sua litora tauro.
Iam Mariandynis advertit puppis harenis:
Atque celer terras, regemque exquirit Echion.
Dicta ferens: lectos fama est si nominis umquàm
Hæmoniæ subijsse viros; det litora fessis.
Approperat Lycus auditis lætatus Achivis:
Ac simul Æsoniden, omnemque in regia turbam
Tecta trahit, modo Bebrycijs præfixa tropæis:
Mitis & in medijs effatur talia Grais;
Haud temere est; fato divûm reor ad mea vectos
Litora vos: odium quibus atq; eadem ira furentis
Bebryciæ; sævaq; pares de gente triumphi.
Certa fides animis, idem quibus incidit hostis.

Nos

Nos quoq; nos Amycum tanto procul orbe remoti
Senſimus, & ſævis frater mihi fuſius harenis.
Vltor ego, atque illic cunctis accenſus in armis
Tunc aderam: cùm vos mediis contenta ferebant
Vela fretis. illum in ſanie, taboque recenti
Vidimus, æquoreo ſimilem per litora monſtro.
Nec verò prærepta mihi ſuprema tyranni
Fata queror: bellove magis lætarer & armis
Procubuiſſe meis? quàm lege quod occidit ultus
Ipſe ſua: meritoq; madent quod ſanguine caſtus.
Excipit Æſonides: Tuus ergo in montibus ignis
Ille? tuas acies medio de gurgite vidi?
Fatur. & oſtentans prolem Jovis, Hic tibi Pollux
En, ait: inviſo ſolvit cui pectore pœnas.
Ille virum circa, mirantia lumina voluit.
Feſta dehinc mediis ineunt convivia tectis,
Communesq; vocant ſuperos; querum erutus antra
Bebrycia, & votis pariter prædaq; fruuntur.

LAMP. ALARDI IN VALERII FLACCI ARGONAUTICON LIBR. IV.

VERS. 3. JUNONEM ARDENTI) Gravis est & vehemens ira fœminarum. Passim hoc de Junone alii. Virg. lib. I. Æn.

Cum Juno æternum servans sub pectore vulnus
Hæc secum: mene incepto desistere victam?

Et paulo post:

Ast ego quæ Divum incedo Regina, Jovisque
Et soror & conjux unâ cum gente tot annos
Bella gero; & quisquam numẽ Iunonis adoret?
Præterea aut supplex aris imponat honorem?
Talia flammato secum Dea corde volutans.

Hinc illud de Junone in Epigramm. Palladæ lib. I. Floril.

Οὐδ' ὁ Ζεὺς ἀμίεμνον ἔχει χρυσόθρονον Ἥρην
Πολλάκι γὰρ αὐτῶν ῥίψεν ἀπ' ἀθανάτων.
Ἠδεῖ, κὠ νεφέλησι μετήορον, εἶδεν Ὅμηρος·
Καὶ λιβὶ συγγράψας τῇ χαμαιτῇ κόλιον.

Hinc Apollonius lib. I. v. 616. de mulieribus Lemniacis.

Ὦ μέλεαι ζώοισι ἐπισμυγερῶς ἀκόρητοι
Οὐκ εἴσ' οἷον σὺν τῇσιν ἐὺς ἔρραισεν ἀκοίτας
Ἀμφ' ἄλοχῳ, πᾶν δ' ἄρσεν ὁμῶς γένος.

Notandum tamen Junonem antea Herculi maxime infestam, postea generum adsciviſſe, Ovidius lib. III. Eleg. V. Neve

Neve hominum referam flexas ad mitius iras,
Iunonis gener est qui prius hostis erat.

v. 6. At Comite, Inmemores Minyæ Facilesque, Relicto) Hæcita sunt distinguenda: At comite, inmemores M, f, r. Nulla enim Syntaxis (Comite inmemores) admittit vel apud Latinos vel Græcos. Carrio frustra hîc se torquet scribendumne In memores vel Immemores. Parum enim momenti importat.

v. 35. In Duris Haut Unquam Defice: Cœlo Mox Aderis) Herculis duodecim labores intelligit, ab illo exantlandos, quibus peractis in Deorum numerum adsciscendum prænunciat. Ovid. Metam. lib. XV.

O cuius cœlum bis sex fecere labores
Fer precor inquit opem.

Lego cum Doctissimo Juvene Christ. Bulæo pro fecére, vicére. Hor. lib. III. Od. III.

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus arces attigit igneas.
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

De duris Herculis laboribus adi *Prudent.* hymno 14. *Hygin.* fab. XXX. *Apollodor.* lib. II. *Q. Calabr.* lib. VI. v. 212. *Senec. Herc. Fur.* v. 45. & 241. & 329. *Medeâ* v. 701. *Agamemn.* 835. *Herc. Oet.* 19. 1194. *Natal. Comit.* lib. VII. c. 1. *Boeth.* IV. Met. c. VII. *& alios.*

v. 41. Corpus Hebet Somno) Usitatissimum S. literis, item profanis autoribus mortis atrociam benigniore verbo appellare Somni. Deut. XXI. v. 16. *Et Deus ait ad Mosen ecce dormies cum patribus tuis.* Et Salvator noster Matth. IX. v. 24. οὐκ ἀπέθανε ἀλλὰ καθεύδει. Confer II. Reg. 7. 12. III. Regum. 2. 10. 11.

10. 11. 21. 43. 14. 20. Sap. III. 12. 3. 4. Joh. XI. 12. Act. VII. 6. 12. 36. I. Cor. XI. 29. I. Theſſ. IV. 14. Orpheus Argonaut.:

Εὕδεις Ἀγλαΐδη γλυκερῷ βεβολημένη ὕπνῳ.

Et inox:

Ὕπνῳ ἐπὶ γλυκερῷ θανάτῳ μάρψασι πελώτῃ.

Nonnus in paraphraſi:

Ὕπνον ἀναγκαῖον καὶ ἀμειφέα λάζαρε εὕδει.

Callimachus Epigrammate XIV.

Τὸν Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον

Κοιμᾶτο.

Noſter v. 6.

Quem penes alta quies, liquidique potentia ſomni.

Inde etiam mortis fratrem ſomnum appellarunt, quia mortui dormientibus ſimiles. Athenagoras παρ' ὃ καὶ πάνυ εἶναι τινες ἀδελφοὶ θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν, ἢ ὡς ἐκ τῶν αὐτῶν πατέρων φύντας, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τοῖς τε θανοῦσι καὶ ὑπνῶσιν ἐγγινομένων. Faciebant autem veteres tres mortis gradus, *Fatum*, *Caſum*, *Genituram*. Epicurei *fato*, Stoici *caſu*, Pythagorici *Genitura* hominem mori dicebant. Ariſtoteles duo mortis genera ponit, *Naturalem & Violentam* κατὰ φύσιν καὶ βίαν τινάς. Violentam Plin. lib I. Ep. XII. non ex naturâ vocat. Apulejus Miles I. tumultuarium genus mortis. Qui vero tali mortis genere ſubito ceciderant cum iis haſtæ efferri ſolebant. Harpocration. ἐπενέγκειν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐκφορᾶς, καὶ παραγορεύειν ἐπὶ τοῦ μνήματος. Hinc Virgilii locus capiendus Æn XI. in funere Pallantis:

---- ---- *guttisq; humectant grandibus ora*
Haſtam alij, galeamq; ferunt.

Haſtas etiam vertebant. Unde idem:

---- ---- *& verſis Arcades armis.*

Qui

Qui vero sibi ipsis manum intulerant sepeliebantur, siquidem igne cremari prohibebantur. Vide Philostratum in Ἡρωικοῖς. Sed illemos hastarum etiamnum hodiè apud milites in usu, qui eo ordine sibi invicem parentant cum vel sclopeti vel ferri ictu trajiciuntur.

v. 42. Tum Lacrumis Tum Voce Sequi) Flevisse Herculem mirum est, cui forte dolor ablati juvenis major fuit omnibus ceteris laboribus. Viro aliàs adsignare fletum & quidem Forti, inusitatum. De mulieribus autem sæpissime legas. Papin. Sylv. V.

---- ---- *gravibusq; oculis uxorius instat.*
Imber: habentne pios etiamnum hæc lumina fletus?
Mira fides, citius genetrix Sipylëia fertur
Exhausisse genas &c.

Cæterum quomodo Heroëm Valerius ita introducere potuit, de quo antea versu præcedente dixit?

Languentisq; movet frustra conanima dextræ
Corpus hebet somno ---- ---- ----

An tam subito torpor ille mortiferi somni, membra relinquere potuit?

v. 57. Tacitumque Pudet Potuisse Relinqui) Expertus est illud Satyrici:

Occupat extremũ scabies mihi turpe relinqui.

v. 59. Iliaci Repetens Promissa Tyranni) Reges olim Tyranni vocabantur. Hor. lib. II. Carm. Od. XIII.

Virumq; sacro digna silentio
Mirantur umbræ dicere: sed magis
Pugnas & exactos Tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.

Item

Item lib. III. Od. 17.

Autore ab illo ducis originem
Qui Formianum mœnia dicitur.
Princeps & innantem Maritæ
Littoribus tenuisse Lyrin
Latè Tyrannus.

Confer Nostrum aliquam multis locis; cumprimis lib. V. v. 258. Posteà Tyranni vocati sunt illi, qui crudelitatem in subditos exercebant. Quod videre est ex ipsius Augusti responsione, Nam quidam transeunti cum diceret *Tyranne!* ipse conversus respondit, Atqui si essem, tu non diceres.

v. 66. SAT TIBI FURTUM IGNIS) Ignem Prometheus Jovi furatus & ad mortales deferens, item prodens hominibus Deorum consilia, & in carnium distributione ossa Jovi, sibi pinguedinem præponens; in antro quod in Caucasi radicibus est, vinclis alligatus, ibiq; à vulture vel ut alii volunt ab Aquilâ cruciatus est. Hor. lib. I. Carm. Od 3.

Audax Japeti genus
Ignem fraude malâ gentibus intulit
Post ignem ætheriâ domo
Subductum macies & nova febrium
Terris incubuit cohors.

Philostratus lib. II. de vitâ Apollonii: *Feruntur de Caucaso monte à Barbaris fabulæ, quas etiam Græci de eo fabulantur, Prometheum scil. ob amorem, quo nimium homines est complexus, in eo monte ligatum fuisse. Herculem vero id perferre non potuisse, & sagittis Aquilam, quam Prometheus visceribus alebat, confecisse: dicunt insuper ligatum fuisse antro Caucasi, ubi duris petris vinula adfixa conspiciuntur.* Alii ajunt in summo cacumine ligatum, & cum Caucasus sit biceps singulis monticu-

lis

his singulas manus alligatas prædicant. Simile de Titii jecore referunt fabulæ: Horat. III. Carm. Od. 4.

In continentis nec Tytij jecur
Relinquit ales, Nequitiæ additus Custos.

Causam addunt quod Latonæ stuprum inferre conatus sit.

v. 77. Velocem Roseis Demittit Nubibus Irim) Egregia descriptio Iridis est, qualem & apud Virg. habes. Æn. V.

Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis
Mille trahens varios adverso Sole colores.

Melior vel certè non deterior apud Stat. Papin. illa est.

Ecce cadit liquidas Junonia virgo per auras,
Et picturato pluvium ligat aera gyro.

Hinc Iris ἄγγελος θεῶν vocatur. Plato in Cratylo Eustath. in Homer. Il. 3. Τὴν ἶριν ὁ μὲν μῦθος δαίμονα λέγει πέπλους βάλλειν εἶναι, εἴρουσαν τὰ τῶν θεῶν: Lucian. περὶ θυσιῶν. ἶρις καὶ ὁ ἑρμῆς ὄντες ὑπηρέται, καὶ ἀγγελιαφόροι τοῦ Διός. Ammianus lib. XX. Ideo apud Poëtas legimus sæpe Irim de cœlo mitti, cum præsentium rerum fit status mutatio. Vide ad illum locum Clariss. Lindenbrogium, amicum nostrum.

v. 93. Et Bisseno Sidere Textam Loricam Induitur) Egregia auroræ descriptio, cujus parem vix alibi reperias, Quæq; vel sola finistrum Aristarchi Valeriani judicium labefactet. Confer totum Virgilium, quem ille solum agnoscit, qui ὑπαυγάζει ὀπτῷ impleat. Vide etiam illam Stat. Papin.

Ei jam Mygdoniis elata cubilibus alto
Expulerat cœlo gelidas Aurora tenebras.

Rorantes excussa comas, multumq; sequenti
Sole rubens; illi roseus per nubila seras
Advertit flammas, alienumq; æthera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, atq; ipsi radios vetet esse sorori.

Bissenо autem egregiè dicit, quia duodecim signis via solis (quem Zodiacum appellant) distribuitur. Confer illam insuper Lucani lib. IV. descriptionem occasus.

---- ---- *Nam Sol Ledæa tenebat*
Sidera, vicino cum lux altissima cancro est.
Nox tum Thessalicas urgebat parva sagittas.

Ubi indicat tempus auroræ vicinum, sole existente prope finem Geminorum, unde paulo ante ortum Solis necesse est Sagittarium, qui Geminis opponitur, occidere impropriè, Chronicè. Sed fortasse Lucanus eo loco nullum genus occasus intellexit. Est autem secundum Astron. hic occasus Chronicus Poëticus. Cæterum quod nos de duodecim signis interpretamur superius: alii de duodecim Solis radiis accipiunt. De quibus Capella lib II. Hymno Solis:

---- ---- ---- *radijsque sacratum*
Bissenis perhibent caput aurea lumina ferre,
Quod totidem menses, totidem quod conficit annos.

Lego quoq; cum Clar. Barthio v. sup. 92. ita:

---- *Sol auricomus cingentibus auris:*

pro- *auricomis ingentibus horis*. *Auricomus* enim Solis non Horarum *inusitatus* est.

v. 99. PROXIMA BEBRYCII) *Getas Graci Thraces opinati sunt* (ait Strabo lib. VII.) *qui quidem utrumq; Istri latus incolebant ut & Mysi. Thraces sanè utrique. Et*

Et quos nunc Mysos nuncupant, A quibus Mysi quoq; educti sunt illi qui inter Lydos Phrygas & Troas habitant. Et ipsi etiam Phryges Thracium genus sunt Bryges dicti sicut & Mygdones & Bebryces, & Medobithyni & Thyni. Reor etiam ipsos Mariandynos. Hinc Noster paulo post v. 264.

Hesionam & Phrygiæ peteret cũ gaudia nupta

Et v. 171.

Et Mariandynûm patrias pênetravit ad urbes.

v. 102. Non Fœdera Legum Ulla Colunt) Barbariem ipse Rex de se suaq; gente fatetur seq. v. 218.

Nec lacrimæ nec forte preces superive vocati
Pectora nostra movent: aliis rex Jupiter oris.

Idem Apollonius habet: v. 5. lib. II.

Ὅστ' ἐπὶ κῆρ ξείνοισιν ἀείκέα θεσμὸν ἔθηκε.

Et v. 23.

——— ——— θεσμοῖς δ' ἀπειξόμεθ', ὡς ἀγορεύεις.

v. 106. Tibi Fabula Dira Et Miseras Polypheme Dapes) Sic ipse Polyphemus apud Euripidem, Cyclope: *Pecudes meas ventri meo mactato qui Deorum est maximus:* ubi etiam Ulysses cum sociis se devoraturum ostendit, quod & nonnullis factum.

v. 111. Sin Forma Viris Præstantior Assit) Apoll. lib. II. v. 15.

Τῷ κέ μοι τὸν ἄριστον ὑποκρεῖόν οἷον ἐμίλα
Πυγμαχίῃ ἡσασθε κατ' ὠκύδι δηϊοσθλωῖ.

Confer nostrum v 233. Carrio quos ex Apollonio allegat versus, ad rem nihil faciunt.

v. 115. Et Extremum Nati Prospexit In Oras) Polyphemus Cyclops, Neptuni filius fuit. Apoll. lib. II. v. 1.

Ἐνθάδ' ἔστιν παθεῖν βαῶν, μάλιστ' ἀμύκοιο,
Βεβρύκων βακτλῷ ἀγήνορος· ὃν ποτε νύμφη
Τίκτε ποσειδάωνι ῥιπεθλίῳ εὐιηθεῖσα
Βίφνις Μελίη.

Hinc apud Euripidem Polyphemus Cyclope, cum ab Ulysse deceptus & unico privatus oculo effet ad littora currit Neptunum parentem inclamans. De quo elegantissimum extat Epigr. Joannis Secundi, partim ex Homero, partim Luciano desumtum, quod sic incipit:

Orbatus charo Polyphemus lumine quondam
Dum cuncta in tenebras sensit abire nigras.

Vide si placet reliqua, non pœnitebit te operæ

v. 123 ET NUNC CHAOS IMPLET ORION) Orion venator stuprare conatus Dianam, ejus sagittis est confossus. Hor. lib. III Carm. Od. IV.

Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum notus & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virgineâ domitus sagittâ.

v. 126. MAIORAQUE SANGUINE NOSTRO VINCUNT FATA JOVIS) Jovis supremum erat imperium. Hinc apud Græcos Jupiter ὕπατος, cujus ara erat ante fanum Neptuni Erechthei, in quâ animati nihil sacrificabatur sed liba tantum absq; vino Pausanias. ἐσὶ δὲ καὶ οἰκημα ἐρέχθειον καλέμενον· ἐς δὲ τῆς ἐσόδε Διὸς ἐσὶ βωμὸς ὑπάτε· ἔνθεν ἔμψυχον θύεσιν οὐδὲν πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἐπ' οἴνῳ χρήσονται νομίζουσιν. Meminit hujus fani Herodotus lib. IIX. ἐσὶ δὲ τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγομένε εἶναι, Νηός. Plutarchus in Lycurgi vitâ lib de X. Rhet. ἐν πάλαι πολέμῳ, ὡς ἀνάκειται ἐν Ἐρεχθείῳ.

v. 138. PARRHASIO PATRIS DE MORE GALERO) Παρράσιον τὸ Ἀρκαδικὸν inquit Scholiastes Apol-

Apollonii lib. II. ἀπὸ μιᾶς Ἀρκαδικῆς πόλεως καλουμένης Παῤῥασίας.

v. 158. Melior Vulgi Nam Sæpe Voluntas) Infidum nomen vulgi: Principis periculis plenum est. Si quid agit quod contra leges vel bonos mores sit, statim oculos omnium incurrit, nec acri caret censurâ & dicteriis. Nam juxta illud Satyrici:

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Vulgo cumprimis, cui nil rectum, quiq, sententiis à magistratu plerumque dissidet, juxta illud Virgilii lib I. Æn.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Et ut verbis Lipsii utar Cent. I. Ep. XII. *Ita variabile ingenium se habet, hoc vult, hoc non vult: hoc hodiè appetit cras spernit: & ut amphora facilè circumagantur auribus: ita illud quo vis sermone huc illuc impellitur, & natat semper inter cupidinum novos fluctus, quos non ratio sed opinio ingerit, cui à naturâ insitum est variare & panitere. Cum enim maximè animum quid delectat, exstinguitur, & post primum impetum marcet.* Hinc passim bonorum & malorum simulacris delusus miratur ac suspicit inversos Alcibiadis Silenos: & juxta Senecam: *Optima existimat ea quæ magno adsensu recepta sunt, quorumq, exempla multa sunt, nec ad rationem vivit, sed ad similitudinem.* De vita beata c. 1. quæ digna ut apud illum legatur. Senec. Trag. Octaviâ Act. V. sc. 2.

O funestius multis populi
Dirusq, favor, qui cum flatu
Vela secundo ratis implevit
Vexitq, procul languidus idem
Deserit alto sævoq, mari

Perdidit ingens plebis amor
Nimiusq; favor genere illustres
Pietate, fide, linguâ claros
Pectore fortes, legibus acres.

v. 159. HOSTIS AN EXTERNIS FATO DELATUS AB ORIS) Hostis hîc opponitur civi, ut sæpiculè apud Plautum. Non enim solummodo inimicum significat sed & quovis nomine peregrinum, Varro lib. IV. de LL. *Multa verba aliud nunc ostendunt aliud ante significabant. Vt hostis: Nam tum eo verbo dicebant peregrinum, quem tum dicebant perduellem.* Cicero I. de Officiis: *Hostis apud majores nostros dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.* Sic Petronius in Apodixi Belli civilis *Hostile lignum* pro peregrè advecto usurpat.

v. 181. HINC TRUNCA ROTATIS BRACHIA RAPTA VIRIS) Apud veteres, hostes vel fontes variis modis interficiebantur aut lapidibus, aut gladiis, aut fustibus. Ferri enim usus adhuc erat incognitus, & loco gladiorum utebantur fudibus præacutis. Etymologicon. Τὸ παλαιὸν ξύλοις ἀνῄρουν τοὺς πολεμίους, ὕστερον δὲ τῷ ξίφει. Hinc Virgilii illud:

---- ---- ---- *fudibusq; præustis.*

Et Horat.:

Vnguibus & pugnis dein fustibus atq; ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.

Virg. V. Æn.

Ferratasq; fudes, & acutos cuspide contos, Expediunt.

Eæ fudes Græcis φάλαγγες dicebantur. Homeri Scholiast. Iliad. IV. Τὸ παλαιὸν ξύλοις ἐμάχοντο, φάλαγγας δὲ ξύλα σκάλην οἱ ἀρχαῖοι. Apollon. lib. II. v. 31. de Amyco:

—— —— ὁ δ' ἐρεμνὸν διὰ τυχα λάϊνον

Αὐτῆσιν περόωσι, καλαωρῷ πάπτε τρηχεῖαν

Κλό-

Κάββαλε, τὸν φορέσκεν, ἐξαιρέτῳ κοπίδι.

v. 184. Adverso Sub Vulnere Nulla Jam Facies) lacerata enim erat cœstibus & fudibus barbaris. Porro *arma sacra metu* dicuntur, quæ adhuc recenti fusorum hominum sanguine trepidabant. *Sacrum* enim inter alia etiam horrendum significat. Unde *homo sacerrimus* ein verfluchter Mensch. Virgilius I. Æn.

Auri sacra fames quid non mortalia cogis
Pectora?

v. 188. Et Monstri Subiit Absentis Imago) Ponit hîc autor ob cæsuram, brevem syllabam potentiâ longæ, quod Baculaureis nonnullis forte vitium sapit. Sed nemini non vel in Virgilio versato res ea satis obvia: Noster hoc libro:

Sed qualis & quanta viris insultat Enyo

Eodem.

Cum procul auditur sonitus insanaque saxa.

Idem lib VI.

Omnibus insuperos sævus honor

Item lib IIX.

Ille silet tantus subijt ubi virginis horror.

Sic Manilius:

------ *animumque facis ad tanta canenda.*

Martialis etiam cum exactissimus aliâs sit observator metricæ legis, eandem legem frangit *lib. IV.* Epigram. 61. *lib. X* epigr. 59. *lib. XI.* epigr. 29. *lib. XIV.* epigr. 153. Item Ausonius ad Syagrium.

Cujus ego comes & quæstor & culmen honorum

Ephemeride:

Et coruscantis oculos lacessunt
Fulgura lucis.

Parentalium. XVII.

mente bonus, ingenio ingens

Ibidem XXIX.

Æmilia vix nota mihi soror accipe questus.

v. 190 DONEC SIDEREO POLLUX INTERRITUS ORE) Primum Pollucem introducit in pugnam paratum, quod etiam Apollonius facit: quamvis noster primum Echionem nave egressum dicat. Apoll. lib. II. v. 19.

——— ——— τὸς δ' ἄγελ@ εἰσαΐοντας
Εἴλε χόλ@· ἀρὲι δ' ὦ πολυδεύκία τύψεν ὁμοκλὴ
Αἶψα δ' ἐὼν ἐπάρων ἀρέμ@ ἵστατο, φώνησάντε
Ἴχεο νῶϊ.

Obiter nota ἀρέμ@ hîc poni pro πρόμαχ@ quod Græcis non in usitatum. Sic Homerus κρῖ pro κρῖμα. δῶ pro δῶμα. Hesiodus ζεῖ pro βελῶ & βελεήν. Sophocles ῥᾴ pro ῥᾴδιον. Epicharmus λί pro λίαν. Aratus πηδὰ pro πηδάλια. Apud Romanos etiam in carmine Saliari erat *Po* pro *populo*, *Pa* pro *parte*.

v. 202. INSTAR SCOPULI QUI MONTIBUS ALTIS) Similis descriptio de Atlante apud Ovid. lib. IV. Meram.

Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comæque
In sylvas abeunt, juga sunt humerique manusque,
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen,
Ossa lapis fiunt, tum partes altus in omnes.
Crevit in immensum.

Ab Apollonio sic describitur lib. II. v. 38.

Ἄλλο δ' ὑπὲρ ἦ ὁλοοῖο τυφωέ@, ἠὲ κεν αὐτὴς
Γαίης εἶναι εἶκτο πέλωρ τέλωρ τάκ@, οἷα πάρεξεν
χωομένη δὶ πίκτει.

Græci Collusos appellabant, qua usus proverbii mo-

re, in

re in Amici proceritate, legitur Theocritus Simonides artificem Lachetem nuncupans & altitudinem LXXX cubitorum narrans dicit :

Τὸν ὑπὲρ ῥοδίων Κολοσσὸν ὀκτώκις δέκα
Λάχης ἐπεὶ πηχέων ὁ Λινδίων.

Utitur eadem Lucianus Hermot. Κἂν πλήνες ᾖ λίαν τις ἢ νέος ἢ κἂν κολοσσικὸς τὸ μέγεθος. Corippus lib. III.

Enſe latus cinctî, præſtricti crura cothurni,
Aſtabant celſi pariter pariterq; nitebant
Exſtantes latis humeris, durisque lacertis,
Coniferæ veluti ſacra inter flumina quercus.

v. 221. PONTO VOLITET SYMPLEGAS INANI) Symplegades ſaxa notiſſima ſunt in mari. πέτρας σύνδρομοι dicuntur Pindaro Pythion. Od. IV. Theocritus πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας appellavit in διοσκόρεις. Juven. Sat. XV. concurrentia ſaxa Cyaneis. Euripidis Scholiaſtes Medeâ : ἐρμηνεύονται δὲ γεωγραφικῶς φησὶ τὸν πλοῦν εἶναι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, διὰ δὲ φασὶ τὰς πλεούσας τὰ ἀπὸ κλεισῶν τῶν πετρῶν.

v. 229. LAVITUR PATRIOS UBI VICTOR AB AMNES) malè Pariſienſis codex legit Labitur, & alius rurſum : Capitur. Rectiſſimè enim Latini juxta cum Lava, as, are dicunt Lavo, is, ere, Virg. X. Æn.

Viſceribus ſuperinfundens, lavit improba teter
Ora cruor.

Et lib. III.

Luminis effoſſi fluidum lavit inde cruorem.

Lavitur autem Victor, quia pulverem palæſtricum corpore abluebat. Atq; hic non poſſum non meminiſſe Cenſoris cujuſdam, pudendi Ariſtarchi, Laurifoliorum meorum, qui cum illa legeret in Soterio Ampliſſ. Roſæcrantzii mei.

Degit in oris
Quas lavit undâ
Aurifluâ undâ
Decolor Indus.

Lavit, expunxit & *Lavat* substituit, illud prætoritorum lege longum proclamans, cùm sensus & contextus præsens esse arguant. Ita correptionem ☞ *Hoc* Pronominis exagitavit: quod tamen frequens Magnorum hodie Poëtarum (in quibus ille adfectato fastidio rudis est) creberrimusq; usus anceps esse obtinuit. Sed ecce quendam mihi amicissimum (cujus nomen ipsi invidiosum foret, qui cum idem hoc verbuli à censurâ Aristarchi sui vindicaret: inter alia subjungit:

-------Et hoc est quod tu quoq; nescis.

Pari modo particulam *Verò* expunxit ultimâ per me correptâ, cum tamen Statius Papin. Poëta meherclè nemini secundus non semel ita usurpet libris Thebaid. Item Valerius Noster lib. V, v 321.

Quod petimus, sin *verò* preces & dicta superbus Respuerit. Item particulam *serò*, quam idem Papin. corripit. Adde dictionem *Pumilus*, cujus prima à me producta, authoritate Statii Papinii Sylvis,

Hîc audax subit ordo pumilorum
Quos natura brevi statu peracto
Nodosum semel in globum ligavit.

Ita multi Magistelli præter unicum Virgilium & Horatium quibus à pueris insudant, nullum unquam autorem norunt, & ut ruditatem suam tegant, nullius autoritatem agnoscere volunt. Quos ego tamen non rideo, sed miseror nuditatem, doleoq; Scholis præfectos. Hoc obiter admonere debui, quia alio loco commodè non potui.

v. 234. VIX DUM ETIAM PRIMÆ SPARGEN-

TEM

TEM SIGNA JUVENTÆ) Talem etiam Pollucem describit Apollonius lib. II. v 43.

Τοῖσιν ἔλω διος υἱος, ἐπ' ιχνεσσιν Ιήλης
Αντελλων ἐπι φαιδρος ὑπ' ὀμμασιν· ἀλλα οἱ ἀλκη
κὴν μένος· ἠὔτε ϑηρος ἀίξετο.

Cum Apollonio certant hi versus Statii Papin. Sylvis, de Glauciâ, Melioris verna:

O merito dilecte puer, primordia quærens
Distrahor: hinc anni stantes in limine vitæ
Hic me forma rapit, rapit hîcque modestia præcox
Et pudor & probitas tenero maturior ævo
O ubi purpureo suffusus sanguine candor
Sidereiq; orbes, radiataq; numina cœlo
Et castigatæ collecta modestia frontis
Ingenuiq; super crines, mollisq; decoræ
Margo comæ.

v. 235. SANGUINEOSQUE ROTAT FURIIS ARDENTIBUS ORBES) oculorum descriptio est. Eleganter autem Irati habitum depingit. Cui oculi inflammantur, Virgil. lib. XII.

---- ---- --- *totoq; ardentis ab ore*
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

Sil. Ital. II. Punicorum.

Ignea sanguineâ radiabant lumina flammâ.

Theocritus, Heraclisco.

——— ——— ἀπ' ὀφθαλμῶν δεκακὸν πῦρ
ἐρχομένοις λαμπεσκε ———

v. 237. BACCHUM ANTE ACIES PRIMAMQUE DEORUM PALLADA) Gigantomachiam tangit, Deosq; & Deas, qui Jovi in debellandâ illa opi-

tulati

tulari sint: De hâc vide Ovid. lib. I. Met. fabulâ 6. & Nostrum lib. VI. v. 169.

---- *quatit ut sævo cùm fulmine Phlegram*
Jupiter atq; imis Typhoëa verberat arvis.

Horatius plenius auxiliorum meminit: lib. III. c. IV.

Sed quid Typhoeus, & validus Mimas
Aut quid minaci Porphyrion statu
Quid Rhoecus, evulsíq; truncis
Enceladus, jaculator audax
Contra sonantem Palladis ægida
Possent ruentes? hinc avidus stetit
Vulcanus, hinc matrona Iuno &
Nunquam humeris positurus arcum
Qui rore puro Castaliæ lavit
Crines solutos.

v. 245. HORRENDOSQUE THORIS INFORMIBUS ARTUS) lego *Toris*: Tori sunt lacerti. Nam quomodo Amycus jam demum thoris surgere potuit, cum jam longe ante Poeta dixerit illum ad marę excurrisse, ut adventum novorum hospitum exploraret, quod Apollonius addit? Forsan. Carrio cum scribere voluit, *Thoris*, respexit opinionem vulgi, qui congeriem magnorum lapidum in viis Regiis frequentem, cubilia vel thoros Gigantum vocat: & hi essent thori informes. Germani vocant der Hünen Bette.

v. 247. REDIT ALCIDÆ JAM SERA CUPIDO) Pœnitet Minyas hoc periculo circumvallatos, Herculem à se relictum, ut in μεθυσόφ fieri solet: Horatius rectè lib. III. Od XXIV.

Virtutem incolumen odimus
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

v. 250. HÆC CRUDIS DURATA VOLUMINA TAU-

Tauris) Intelligit cæstus, qui è pelle bubulâ, plumbo ferroq; insuti erant, adjunctis loris, quibus manui aptari poterant. Apollon. lib. I. v. 51.

Τοῖσι δὲ μεσσηγὺς ἠεφέων Ἀμύκοιο Λυκωρὸς
Θῆκε πάγῃσι ποδῶν δοιὰς ἑκατέρθεν ἱμάντας
Ὠμὰς ἀζαλέας· περὶ δ' οἵγ' ἴσαν ἰσχία λήπτης.

Statius Papinius:

---- ---- ---- *nigrantia plumbo*

Virgilius Æn. Quinto:

Tegmina cruda boum.

---- ---- ---- *sic deinde locutus*
In medium geminos immani pondere cæstus
Projecit, quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferrè manum, duroq; intendere brachia tergo
Obstupuere animi tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferroq; rigebant.

Amycum autem hunc, lora cæstuum primo adinvenisse, testis est Clem. Alexandrinus Strom. I. Ἀμυκόστε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικὸς πρῶτος ἔδησε.

v. 253. Armis Innectere Palmas Dat Famulis) Palmæ ipsæ involvebantur cæstu, loris ad eam rem aptis, quorum Virg. lib V. meminit:

Huc illuc vinclorum immensa volumina versat

De palmis paulo supra habet:

Nunc si cui virtus animusq; in pectore præsens
Adsit, & evinctis attollat brachia palmis.

Ibidem:

---- -- - *manibusq; inducere cæstus.*

Confer totum locum Virgilii de Pugnâ Cæstus, unde multa Flacci intelliges, & Virgilium credo ob oculos habuit cum hæc scriberet.

v. 267.

v. 267. SEMPER ET IN DIGITIS) lege: *Semper & in digitos* Quænam enim Syntaxis? *Semper & in digitis redi*? Nisi DIGITIS IVISSE Amycum dicere volueris. Virgil. citato lib. V.

Tum satus Anchisâ cæstus pater extulit æquos
Et paribus palmas amborum innexuit armis
Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;

Sic Apollon. lib. II v. 88.

Ἂψ' ὥσπις σιώησαν ὑπαὶ πόδας, ἦὲ τι πούρη
Φοιβάδ' ἀμφὶ δόος κεκοτήστι δηλήσασθον
Ἐνθα δ' ἔπειτ' Ἄμυκ' μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἔγειρε.

Interpres vertit:

Arduus in digitos Amycus Neptunius altos
Consistit.

Sensum ergo Valerii hinc cape, quem merito mihi debes, quanquam hæc obiter, nec ex instituto. Vocum enim emendationes aliis relinquo & quantum potest Manuscriptum Carrionis sequor: quia nullus unquam vetus codex hodiè datur.

v. 273. UT DEINDE URGENTES PAULATIM NUBIBUS IRAS) Carrio quos hîc allegat versus ex Apollonio, ἄδην πρὸς ἄλφιτα. Agunt enim de quiete amborum, de qua Valer. demum v. 279. *Respirant ambo paulumq; reponunt Brachia*, ibi Apollonius convenit lib. II v. 84.

——— ὑδ' ἔλαβεν ἐπιγαῖον ἀτύζοντες
Ἕστέ ῥ' ἐλοὺς ἀθμα καὶ ἀμφοτέρης ἐδάμασσε.
Στυφὸν δὲ βαῖον ἀπωθὲν ἀπωμόρξωντο μετώπω
Ἰδρῶ, ἄλις καμάτηφι ἀϋτμένα φυσιόωντε.

Reliqui versus quos Carrio citat pertinent ad Valerii nostri v. 282.

v. 306. CREBROS ET LIBER CONGERIT ICTUS DESUPER AVERSO) sensus hic est: Pollux Amycum jam

jam ratione captum cæstibus urget, & desuper crebros frequentat ictus, liber jam cæstu Amyci aversо, vel quod malim *adverso*. In quam sententiam etiam inclinare video amicissimum meum Gabr. Schleisentagium, juvenem has literas eleganter doctum. Confidentiam hujus lectionis facit lib. I. v. 390. ubi itidem *Adversos*.

---- ---- *& fluctibus obvius Aulon*
Cæstibus adversos viderunt frangere vultus.

v. 307. Sonat Omni Vulnere Vertex Inclinis.) *Inclinis* caveas accipere pro *inclinante*, quasi verticem tunc inclinaverit Amycus. Inclinis potius hîc denotat, qui inclinari nequit: quod Græcè ἀκλινὴς effertur. Neque enim potuit Amycus inclinari antequam vulnus in cervice acciperet. Quod vocabulum Manilio restitutum à demirando Scaligero 1. Astron.

His eadem est via, quæ mundo partesq; rotantur
Inclines, socioſq; ortus occasibus æquant.

Ubi eadem est significatio

v. 310. Vincula Qua Primo Cervix Committitur Artu) Medici & Experientia testantur in cervice, mortis & vitæ hærere proclivitatem. Nostri vocant das Genicke.

v. 323. Ipse Etiam Expleri Victor Nequit) Vocat Pollucem Victorem, quod non moris erat apud Græcos qui nullum appellabant Victorem, nisi Victus in certamine victum se fateretur & victorem suum agnosceret Ennius in Fragmentis Joan. Vossii.

Qui vicit victor non est nisi victu fatetur.

Itaq; mos erat Victori manum porrigere in Victoriæ signum Aristænetus lib. I. ἡρῳ δὲ φαίνῳ χεῖρα εἰψα-

εἰ ψαπις, λίγος ὁ τῶς θεοὺς, καὶ τῷ δεξιᾷ ἀκονιτὶ σφᾶς πνικτείας ὡμολογεῖ τὴν ἥτταν. Et lib II. ὁ δὲ χαμαὶ πάλιν φαλαγγείαν παρ' ἕκαστον, ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζεν παραδόξως νικᾶς ἀνατείνων τῷ χεῖρε. Hinc Arnob. lib. dixit: *Sed condamus, interdum manum opinationibus vestris dantes unum Christum fuisse de nobis &c. &c.* Non tamen Virgilius, aliàs antiquitatum studiosissimus idipsum observavit in pugnâ Entelli & Daretis lib V.

Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi bos
Ille super tales effudit pectore voces:
Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis
Persolvo, hic victor. cæstus artemq; repono.

v. 334. ET VIRIDI CONNECTIT TEMPORA LAURO) Coronat Castor fratris *caput, arma, tempora*, Ter enim veteres utebantur coronis. In *fronte*, *capitis & collo*. Scholiast. lib. II. ἔχεσθαι δὲ τέτταρι τριχὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ μετώπου, ἐπὶ δὲ τραχήλε πλεύμονι τῆ σφάγας λεγόμενος τῆς τελευτᾶς ψυχῆς. Ubi rationem assignat, propter triplicem nempe animæ facultatem. Hodiè solis Cæsarum & Poetarum capitibus eadem sacra adq; discrimen dicta, *Cypria & Delphica*, Catoni lib. de Re Rust. c. IIX. *Delphicâ* coronabantur Delphis sacerorum carminum victores, & triumphantes Romæ (hodie etiam cuivis versificatori mercabilis.) *Cypria* subcrispa est foliaq; habet brevia & nigra: Ea ante domos Cæsarum, curias, domos Pontificum & Flaminum ponebatur, & Martiis Calendis renovabatur. Confer Plinium lib XV. cap. XXX. *veteres ex lauro futura observabant, & in ignem conjectam si cum strepitu conflagrasset, auspicatum erat signum; sine strepitu sinistrum omen erat.* Tibullus lib. II. Eleg. V.

Laurus ubi bona signa dedit gaudete coloni.

Quia

Quin & Poetæ laurum edebant. Tib. cit. loco.

---- ---- *sic usq; sacras innoxia lauros*
Vescar. ---- -- - ---- ----

Quod autem Pollucis caput coronant cœnæ se accingentes, non omnino caret observatione. Solebant enim veteres, ubi indulgere Genio decreverant, coronis redimiri, adhibitis item unguentis Plutarch. Symp. lib. III. Qu. 1. εἰώθασι δὲ ἄνθρωποι ὀσμαῖς ἄνω σκιδναμένοις ἅψεσθαι τὸν ἐγκέφαλον, εἴτε πόρρω τῶν ἀισθητηρίων ἐκκαθαίρουσι καὶ λεπτύνουσι τὰ ὑγρὰ πρὸς ἄνθος πληγῆς καὶ σύλλ τῇ θερμότητι διαφερόμενα, καὶ φύσει ψυχρὸς ὢν ὁ ἐγκέφαλος ἀναθαλπόμενος· διὸ μάλιστα τὰς ἀνθινὰς ὀσμὰς τῶν τραχήλων καθαπτόντες ὑποθυμίδας ἐκάλουν. Juven. Sat. IX.

Dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

v. 336. HINC VALIDÀ CÆDUNT ARMENTA BIPENNI) Hoc pugnam insequitur, quod & Apollonius habet lib. II. v. 143.

Ἤδη δ' ἄπιξ μῆλα διστεγπάλῳ ἐτάμοντο
Ἥρωες.

Apollonius post devictum Bebrycum Regem, Amycum; interserit pugnam vulgi vel subditorum ejus regni à v. 68. ad 142. exclusivè. Noster subditorum perfidiam post fata Regis narrat v. 315.

Bebrycas extẽplo spargit fuga: nullius adempti
Regis amor: montẽ celeres sylvamq; capessunt.

v. 342. NUNC VATIS HONORO CARMINE) Orphea intelligit, de quo paulo supra v. 85.

Thracius at summâ socijs è puppe sacerdos
Fata Deûm, & miseræ solans incommoda vitæ
Securum numeris agit & medicabile carmen.

Apollon. lib. II. v. 161.

Ὀρφεὺς φόρμιγγι σοφώτατον ὕμνον ἀείδων

Ἐμμελέως· τοῖς δὲ σφιν ἰαίνετο θυμὸς ἀκουὴ
Μελπομένοις κλειὴν δὲ θεᾶς πτύον ἔβλαπτεν ὄιστρος.

v. 346. ILLOS NILE TUOS NONDUM DEA GENTIBUS Io) Io Inachi filia cum æquales suas specie superaret, à Jove adamata, & Junone postea indignante in vaccam mutata est: Ovid. fabulam exponit lib. I. fab. XV. cui hæc Poëtæ gemina est.

---- .--- ---; *ingq; nitentem (ait)*
Inachidos vultus mutaverat ille Juvencam.

Et fab XVI

Bos quoq; formosa est, speciem Saturnia vacca
Quanquam invita probat: nec non & cujus & unde,
Quove sit armento veri quasi nescia quærit.

Inde Poeta inquit *data nomina Ponto*, videlicet Bosphorus. Confer Apollon. Scholiasten lib. I. ad v. 1114.

v. 374. FLEVIT AMYMONE, ET FLEVIT ET EFFUSIS REBOANS HYPERIA) Mugitum tauri num significat, quem à transitu undæ reservarunt. Unde inter prodigia numeratum est (cum Alexander Thebas obsideret, prodigiaq; multa imminentem cladem Thebanis nunciarent) Onchesti paludem mugiisse (est enim palus in finibus Thebarum) Diodorus Sic. lib. XVII. Biblioth. ubi de eisdem prodigiis ait. χωλὸς δὲ τῶν ἡκόντων τοῖς ἄρχουσιν ἀπαγγέλλοντες, τὸν ὄρχηστὴν λίμνην μικήματι παρὰ πλησίον φωνὴν ἀφίεναι. Aristoteles in problem. Sect. XXVI. ubi rationem reddit, cur talis mugitus in fluminibus vel paludibus frequenter accidat. Ἔτι δὲ inquit τὸ γινόμενον ψόφῳ ὁμοίῳ φωνῇ ταύρου ὥστε αἱ βόες ἅπτεσθαι ἀκούσαι ὥσαῳ ταύρου μυκωμένου, id est. Est autem illud (Bomugus) adeo mugitui taurino similis, ut id audientes vaccæ, non secus audiat ac si taurum mugientem audiant. Notet Lector *Messeides* esse legendum non

Messeo-

Messenides. Amymones cujusdam meminit, uxoris Neptuni, Apoll. lib. I. v. 137. Hyperia autem & Messeis fluvii Thessaliæ. Vide Pomp. Melam, & Homerum in Nav. Catal.

v. 385. Cyllenius Ales Advenit) Cum Argus Centoculus Jus custos à Junone constitutus esset, ut noster supra meminit: Jupiter Mercurium misit ad eundem interficiendum qui dulcedine fistulæ ad somnum primò compositum, deinde interfecit Ovid. I. Metam. fab. XVII.

Nec superum Rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre potest, natumque vocat quem lucida partu
Pleïas enixa est, letoq; det imperet Argum.
Parva mora est, alas pedibus virgamq; potentem
Somniferam sumpsisse manu tegimenq; capillis.

Apollonius hujus rei non meminit, sed iter Minyarum continuat, postquam refectionem illorum ex armentorum mensis exposuisset.

v. 407. Ditem Volat Æthere Memphim Præcipere) Græcismus est sub intelligiturq;. Ut, præcipiat. Sic. lib. I. v. 8. 9. Noster

Accessura polo, victam nisi volvere molem.

id est, nisi si volvat. Nam quod alii ibi *Si* pro *Nisi* legunt, frustrâ, sunt.

v. 418. Et Ovanti Persona Sistro) Sistri in Sacris Isidis usus erat. Sacerdotes enim Irim imitantes, quærentem maritum aut Horum ex Osiride susceptum sistra pulsabant mœsti prius, deinde in lætitiam prorumpentes. *Aspide cincta coma* addit, quia aspides eidem consecrabantur. Ovid. lib. II. Amor. El. 13.

Pigraq; labatur circum donaria serpens.

Isis autem dicebatur *Io* postquam ea Divis addita. Cum enim Juno ob Jovis cum Io incœstum indignaretur, œstrum illa pellici immisit, cujus aculeis exagitata in Ægyptum fugit: ubi implorato Jovis auxilio pristinam formam recuperavit, regiq; Osiridi nupsit: Ægyptiisq; omnibus adeò chara fuit, ut post mortem Dea habita sit, quam illi Isidem appellarunt, sacraq; ejus Iliaca. *Vide Ovid I. Met & lib. IX. fab. 12.* qui non modò Isidis sacra, sed totam pompam planè describit. Notabis autem quod *Sistri* hujus etiam in Bello usus erat, eo quippe Amazones pro Tuba utebantur. *Isidor. lib. II. Etym. c. 21. Propert. lib. III. Eleg. 11.* quos vide & cum his Rosin. Antiq. Rom.

v. 48. INSUPER HARPYÆ) Hunc & sequentem versum cum Carrione lego ad MS. codicis emendationem. Non autem ut Baptista Pius emendat,

Quippe nec extorrem tantum, nec lucis egentis
Ira Tonantis agit, Typhonides Harpyia, quæ
Depopulant, ipsoq; dapes prædantur ab ore.

Pro *Typhoïdes* tamen cum Pio *Typhonides* legendum, quod Carrio non observavit. Fuerunt enim Harpyiæ, filiæ Typhonis, ut ex v. subseq. 514. colligimus.

Hic fessæ lætiq; metu propioris anhelæ
Dum trepidant, humiliq; graves timidoq; volatu
Implorans, clamore patrem Typhona nefandæ.

Hesiodus lib. I. Theogoniæ putat ex Thaumante & Electrâ genitas.

Θαύμαντι δ' ὠκυάλοιο βαθυῤῥοήαο θύγατρες
Ἶρίς τ' Ἠλέκτρη, ἠδ' ὠκείαι τέκεν Ἅρπυιαι
Ἠυκόμους θ' Ἄελλω τ' Ὠκυπέτην θ' Ἀκυπέτηνα
Αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται
Ὠκείῃς πτερύγεσσι, μακρὴ γὰρ ἴαλλον.

v. 434

v. 434. Primas Baculo Defertur) Expressit illa Apollonii lib. II. v. 194.

Αὐτίκα δ' εἰσαίων ὀνοπὴν νόμ δ'ὅπεν ὀμίλε,
Τὸς δ' αὖτις παρελόντας ἐπήϊσεν ὧν ἀϊόντων
Θέσφατον ὃν διὸς ἦεν, ἑῷς ὑπαὼς ἐδώδης
Ὀρθωθεὶς δ' ὄνῆθεν, ἀκήριον ἦντ' ὀνείρων
Βάκτρῳ σπερχόμενος, ῥικνοῖς ποσὶν ἦι ῥυφάζε
Τοίχως ἀμφαφόων.

v. 436. Salvè ô Mihi Longum Exspectata Manus) Narrat Poeta, Phinea spem liberationis posuisse in Mynias; præsertim Zeten & Catain fratres Cleopatræ, quam ipse olim in matrimonium duxerat. lib. II. v. 238.

Τῶν δὲ Καισιγνήτω, ὅτ' ἐνὶ φρήκεσσιν ἄνακτα,
Κλειοπάτρῃ ἑῇ οἷσιν ἐμὸν δόμον ἦγεν ἄκοιτιν.

Et paulo post:

Δάκρυ δ' ὁμορξάμενος χεδόν ἤλυθον· ὧδε τ' ἔειπε
Ζήτης, ἀχαλόωντ' ἐλὼν χερὶ χεῖρα ῥεούτ'.

Orpheus in suis Argonauticis ab horum opinione discedit dicens: Phinea insanientem philtris uxoris dejecisse filios duos è scopulo; quare à Zete & Calai, ut perpetuum pateretur exsilium, à Strophadis efflarum in Bistoniam, luce ab eis privatum. Vide Nostrum v. 465.

v. 450. Harpyiæ Semper Mea Pabula Servant) Feliciter iterum expressit Apollonium, lib. II. v. 222.

Πρὸς δ' ἔτι πικρήτατον κρέμασαι κακὸν ἄλλοκα κεῖσι·
Ἅρπυιαι σίματος μοι ἀφαρπάζεσκον ἐδωδὴν
Ἐμπροθεν ἀφραδίῃσιν· κατὰ δ' ὄσσοισι φόβηθεν.
Ἴαχω δ' ἅτινα μῆτιν ἐπιῤῥοθον.

Virgil. lib. III. Æneid.

Hîc subitò horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas

Diripiunt q; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immundo.

v. 451. FALLERE QUAS NUNQUAM MISERO LOCUS) Expressit iterum Apollonium v. 225.

——— ——— ——— ἀλλά κε ῥᾷον
Αὐτὸς ἐμὸν λελάθοιμι νόον, δόρποιο μεμηλὼς
Ἢ κείνας.

Et quod posterea v. 230.

Οὔ κε τις ὧδε μίνυνθα βεβρώθων ἄνσχοιτο πλάκας
Οὐδ' εἰ οἱ ἀδάμαντος ἐλελίχθων κέαρ ἐίη.

Virgilius lib. III.

----- *invadunt socij & nova prælia tentant,*
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neq; vim plumis ullam, nec vulnera tergo
Accipiunt: celeriq; fuga sub sidera lapsæ
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquũt.

v. 479. FATA LOQUAX MENTEMQUE JOVIS.) Causam exponit Phineus suæ miseriæ, nempe proditionem arcanorum divinorum, quod Apollonius ab initio ponit v. 180.

Εἵνεκα μαντοσύνης, τλῶ ὀϊζυρὸν ἐγγυάλιξε
Λητοΐδης. ἐδ' ὅσον ὀπίζετο κῆρι θεὸς ἀυτῷ
Χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι.

v. 484. CRUDELIS SCOPULIS ME DESTINAT URNA) Urna vas fuit seu Situla ut loquitur Asconius, in quam conjiciebantur sortes. Virg. VI. Æn.

---- --- *stat ductis sortibus urna.*

Statius Papinius multis locis II. Silv. III.

Quicquid habet ortum, finem timet, ibimus omnes,
Ibimus, immensis urnam quatit Æacus umbris. Horat.

Horat. II. Od. 3.

Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur urna serius, ocyus sors exitura.

v. 487. Instituere Thoros) Apollonius eadem hæc narrat v. 263, quod tamen ne in hac re nimius sim non apponam. Consentiunt etiam ambo, quod à Zete & Calai Harpyiæ tandem abactæ. At Apollonius rem longius persequitur.

v. 513. Vocat Magni Strophadas Nunc Incola Ponti) Harpyiæ loco illo expulsæ in insulas Strophadas pervenêre. Unde Virg. lib III. Æn.

Servatum ex undis, Strophadum me littora primum
Accipiunt: Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno
Harpyiæq; colunt aliæ, Phineia postquam
Clausa domus, mensæq; metu liquere priores.

v. 532. Lætus Ad Oblitæ Cereris Suspirat Honores) Significat Flaccus Phinea senem, Inter Harpyiarum longam sævitiam vini desvetum, jam statim inebriatum dulci Cereris Bacchique liquore.

v. 542. Ipsa Mihi Puppim Jovis Optima Proles) Herculem intelligit de quo ab initio hujus libri v. 1.

Atq; ea non oculis Divûm pater amplius æquis
Sustinuit: natiq; pios miseratus amores.

Hinc lib. I. v. 107.

Protinus Inachiis ultro Tirynthius arvo
Advolat.

Fabricata autem Argo in Pagasis. Scholiastes Apollonii ad v. 238. lib. I. Παγασαὶ ἀκρωτήριον Μαγνησίας· ἀνομάσθη

μάθη δὲ ἀπὸ ἐκεῖ πεπηχθαι τὴν Ἀργώ. Ὁ δὲ Ἐκήβολος, ἀπὸ τῶν πηλοῖς βεβριθῶς τὰς τόπους.

v. 547. VITTAS LAURUMQUE CAPESSIT) quæ de hoc ritu monui superius vide. Vittis enim vates tegebantur, laurum rotantes. Capella, lib. 1. *Dolium quod ut ramale laureum gestitat*, divinatrice eadem conjecturatrici; virgâ. Eunapius in Chrisanthio. Ἡ δὲ περὶ τὸ ἡρῶον οἰκειότης ἔτως ἦν ἀπεμαγάτου καὶ σύκολος· ὥστε ἐξήρκει τὸν στέφανον ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέψαι, χρησιμὰς ἀφέρειν, καὶ τὰς ἀμοιβὰς καὶ πρὸς τὸ κάλλιστον εἰδος σὺν πάθματος μεγαλείοις. Noster lib. I.

Ecce sacer, totusq; Dei per littora Mopsus
Immanis visu, vittamq; comamq; per armos
Surgentem laurusq; notat.

Claudianus lib II. de raptu Proserpinæ,

---- ---- venturi præscia laurus

Chryses apud Homer. Iliad. α.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

v. 570. PROCUL UNDE VOLUCRES) quia ex avium volatu auguria captabant: ideoq; dicit: per altum tenditis, unde procul venti, procul unde volucres, unde auguria capessere nequitis: Ideoq; fabor nec spe dubios solabor inani.

v. 600 QUAS TORQUEAT ANCON) Torqueat, hic Ancon quæcunq; volet: mihi satisfit ab Egnatio, qui & Apollonii autoritate & Ovidii ultimo Met. *Ancon* legendum comprobat, cujus verba à Carrione citantur. Probat etiam hanc sententiam ex ex M.S. codice & æreis scripto typis & multis Græcorum Latinorumq; locis parallelis. Est autem *Ancon* ut illi placet cubitus (Græci enim sic usurpant) & loca quæ in mari sic excurrunt, ut cubiti vicem repræsentent Ancones dicuntur. Hinc Ancon Dorica civitas

tas illa celebri portu munita sic dicta putatur, quòd vice cubiti in subjectum mare excurrat. Vide cætera apud Carrionem. Scaliger quomodo hæc explicet, cujus notæ in hunc poëtam Genevæ expressæ, hoc ipso die per amici literas narrantur, adsignare non licet. Nondum enim illum usurpavi oculis. Ego nullus dubito, quin Ancon supra dicto modo accipi debeat, cum præcedens vocabulum valde in explicationem consentiat. Est enim *Iris* fluvius, *Iridis modo currens*. Apoll. lib. II.

——— ——— μετὰ δ' ἀγχίῤῥοον Ἶριν
Μειότερον λάβρηον ἐλίσσεται εἰς ἅλα δίνας.

Quidni etiam Ancon sit fluvius ejusdem significationis modo?

v. 602. Amazonidum Magnoque Exorta Gradivo Gens Iri) Significat Amazones à Marte oriundas esse. Servius Æn. XI. *Amazones se parente Marte natas esse gloriari solebant*: Noster lib. V.

Savaq; Thermodoon medio sale murmura volvens
Gradivo sacer.

Et paulo post:

Massageten Meduq; trahens: est vera propago
Sanguinis, est illis genitor Deus.

Cæterum prædictionem hanc de regno Lyci v. 589. Acheronte v. 595. Carambi, v. 599. Thermodoonte v. 601. ex amussi Apollonius præit lib. II. v. 351.

Κεῖθεν δ' ἀμάλα πελὸν δι' ἐξ ἁλὸς ἀνπλόον ἰῶν
Γλῶ Μαριανδυνῶν ἐπικέλσιτε νεησάντες.
Ἔνθα μὲν εἰς αἰδαι κατὰ βάπτε ἰεὶ κελάδοντες
Ἀκτῆτε ῥεῖθρὰς ἀχερσιὰς ὑψοῦ τείνει
Δύσεις τ' ἀχίρων ὠτλὼ Δ[illegible]νείοιο τιμιων
Ἄκρης ὀπ μεγάλης ῥεῖχοὰς ἵησι φάραγγος.

v. 605. Divaque Gorgonei Gestatrix) S 5 trix)

TRIX) De Gorgone Ovidius lib. V. Metam. fab. II. & lib. IV. fab. XII.

Verum ubi virtutem turbæ succumbere vidit
Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi
Dixit ab hoste petam: vultus avertite vestros
Si quis amicus adest: & Gorgonis extulit ora.

Intelligit autem per Divam *Minervam*. Illius enim Ægidi adsculpebatur Gorgonis caput. Est enim Draconis acutissimus visus, quod potissimum ex eo apparet, quod ab intuendo illi nomen inditum sit, ut Joan. Pierius copiosè explicat Hierogl. in Serpentis commentario.

v. 611. GENS CHALYBUM DURIS PATIENS) Ita etiam in Apollonio Phineus pergit lib. II. v. 374.

——— μῦ δὲ συναγράπτοι ἀνδρῶν
Τρηχείῃσι χάλιβες, καὶ ἀτειρέα χαλκὸν ἔχουσιν,
Ἐργατίναι. τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

v. 622. SÆPE ACRI POTIOR SAPIENTIA DEXTRÂ) In Principe non minus laudabilis & necessaria Prudentia quam Potentia. Sæpè enim acri consilio fit quod vi non potest. Salomon bene Prov. 10. *Sapientia auro melior & Prudentia pretiosior auro.* Dicitúrque apud Latinos à *Providendo* Cic. 1. de Leg. Hinc Poetæ Prudentiam Minervam illam esse fabulantur, quæ de Jovis vertice nata sit, idq; *sive Deam ipsam sive habitum*, consideres. Dum enim è cerebro Jovis ortam fabulantur, procul dubio digitum illuc intendere voluerunt, Principes in bello (Est enim Dea belli Minerva) magis Prudentiâ quàm armis omnia tentari debere. Pingitur etiam cum oblongo scuto, interdum etiam orbiculari, cujusmodi est Argolicus Clypeus; quem Virg. cum Phœbeâ confert lampade. lib. II. Æn. Unde significare voluerunt regendum esse hunc sublunarem orbem, qui sub clypei

specie

ſpecie adumbratur, Prudentiâ. Tegebatur enim clypeo totū corpus adverſus hoſtiles impetus. Unde Antiſthenes Philoſophus olim dicebat: ἀναφαίρετον ὅπλον εἶναι τὴν ἀρετὴν. Virtutem munimentum eſſe, quod auferri minimè poſſet. Nam enſis clypeuſq; excuti amittiq; poſſunt, Sapientiæ arma firma & ſtabilia ſunt. In pectore autem ita habere ſedē Sapientiam, ut pro Sapientia pectus ipſum interdū ponatur. Horat. teſtis eſt Ep. IV. lib. I.

Non tu corpus eras ſine pectore ——

Quare etiam Martianus Capella qualiſcunq; tandem Autor eſt, ita de Pallade.

Hinc tibi dat clypeum ſapientia, quod regat orbem.

Et Pſalmographus nos coronatos ait ſcuto pro tuto circumſeptos munimine. Geſtabat etiam Pallas in clypeo Draconis vel Gorgonis caput, quia Serpentum viſus fertur acutiſſimus. Unde Salvator noſter nos eſſe vult *Prudentes ut Serpentes & ſimplices ut columbæ*. Ideoq; etiam Meduſæ caput Serpentinum adſignatum: utpote quæ regnum à patre derelictum in magnam auxerit opulentiam ut Theogneti Antiquitates habent: Crines enim Serpentini erant, qua & Domitianus uti ſolebat. Geſtabat enim Meduſæ vel Gorgonis ſignum ad ſtuporem, quē adfectabat de ſe in vulgus cōcitari. Martian.

Quod pavidum ſtupitet ſapiens ſolertia vulgus.

Ovidius etiam Pallada Gorgonem ob terrorem incutiendum geſtaſſe ſcribit lib. IV. Met.

Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hoſtes

Pectore in adverſo quos fecit ſuſtinet Angues.

Idq; cernere eſt in ſcuto Herculis apud Heſiodum (ſi opus illud eſt Heſiodi, nec potius ab Ariſtoph. Grammatico ſubjunctum, ut quidam volunt.)

ἐν δ' ὀφθαλμοῖσι δέος δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἔγχος ἀνασείουσα.

Statius Papinius:

---- ---- *sectæ prætendens colla Medusæ*
Ceu stimulis accendit Equum ---- ----

Porrò etiam hastam Pallas in manu habebat, quæ & ipsa ingenii vim & promptitudinem ostendit. Unde Martianus:

Hasta etiam vibrans penetrabile monstrat acumen.

Hanc ergo sequantur Principes in bellum ituri, & non Commissariorum myriade, sed consiliis utantur memores illius Hom.

---- ---- εἷς κοίρανος ἔστω.

Nam præcipiti ingenio quot & quantas sibi & Reip. calamitates attraxerint Imperatores, clades illæ insignes ad Trebiam, ad Thrasimenum, adq; Cannas olim acceptæ, ut alias dissimulem, facilè ostenderunt.

v. 623. JAMQUE ULTIMA NORIS PROMERE FATA NEFAS) oracula priscorum vel non plena vel ambigua erant. Hinc Martianus capella dicit obliquas vaticiniorum ambages lib. I. de Mercurio loquens: *Ipse pedibus talaria nectit aurea, & nunc in fanis quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus aut denunciata pecudum cade fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur.* Clemens Alex. lib. V. οἱ χρησμοὶ λέγονται δι' αἰνιγμάτων.

v. 670. PRIMA CORUSCANTI SIGNUM DEDIT ÆGIDE VIRGO) Pallas navis Argo Præses, tutelam ejus gessit, suoq; regimine in maris furore ad optatum portum direxit, sit supra sæpius Autor significavit. Confer paulo infra v. 682.

v. 698. LONGINQUIQUE EXIRENT FLUMINA RHENI) lego *Rhebæ*. Nam quod Catrio etiam *Rhebum*

bum neutro genere Apollonio tribuit: fallitur. Non enim memini illîc me invenire. Est ergo *Rhebas* juxta Plin. Hist. Nat. lib. VI. cap. I. amnis à Bosphori faucibus excurrens, quem aliqui *Rhesum* dixerunt. Scholiastes Ap. ad v. 349. lib. II. μὴ τὸν Φινέως νῆσον ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη ἐστὶ Βιθυνία παρὰ τὸν Βόσπορον, ταχέως ἐκπλεύσαντι τὸ σῶμα ἐστὶ Πόντου ἡ ἑτέρα πλεομένη τῆς Βιθυνίας. ἡ μὲν Βιθυνία ὡς εἰρηται ἐστὶ τὸν Βόσπορον ἐστὶν ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριστερᾷ δὲ Χαλκηδόνος θρῃκῶν ἀγελῶν. Ῥήσως δὲ ποταμὸς Βιθυνίας· ὁμοιάζει δὲ Χαλκηδόνος ἀπὸ τῶν συῤῥεόντων εἰς αὐτὸν ποταμῶν.

v. 706. Dent Vellera Colchi) Sensus hic est: Ut ut tantum sero veniamus ad Phasidis oras, & Colchi ultro aureum vellus obferant, nostrâ sine pugnâ, ecquis iterum hæc saxa penetrare poterit? Nescius autem erat (inquit, porrò) esse illa stabili imperio Jovis fixa & revincta.

v. 712. Ad Subitam Stupuere Ratem) De stupore freti ad adventum Navis Argo, itidem Avienus.

Huic mirante salo quondam sese intulit Argo.
Thessala & innantem stupuerunt æquora cymbam.

Et Claudianus:

---- ---- --- *stupuere superbâ*
Arte viri domitæ Symplegades.

v. 715. Quamvis Tyrrhenus Et Ægon) Ægon est mare Ægæum ut Noster I. Argon. v. 629.

----- *& quando fremitu se sustulit Aegon*

Papinius V. Thebaid.

Pieria innumeris quas spumifer adsilit Aegon.

Est autem Hesychio Ægæone vel Ægon pelagus circa Cycladas. Dicit enim Αἰγάιον ἐπιπαμένας· ἀλλ-

ηὶς

θεὸς καὶ τὸ περὶ τὰς Κυκλάδας πελάγος. Papinius V. Thebaid.

Diis pelagi ventisq; & Cycladas Aegoni
Amplexo.

Utq; hoc addam quod Hesychius Ægæona dicat Deum marinum, addatq; ita appellari Briareum & Neptunum, ex eo intelligimus, cur Ovid. II. Metam. *Ægeonem* in Diis marinis ponat. Sic enim ait:

---- ---- *balenarumq; prementem*
Ægæona suis immania membra lacertis.

Dicitur autem Ægæum ab Ægæo Thesei patre, ut Plutarcho in Theseo & Hygino fab. XLIII. placet. Festus: *Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum videantur, sive quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit, sive quod in eo Ægæus Thesei pater præcipitaverit.* Artemidorus: Ἀκρωτήριόν ἐστι Ἀσολίδος ἣν αἶγα οἱ ἐπιχώριοι ὀνομάζουσιν· ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος τὴν τοιαύτην ὀνομασίαν παρείληφεν. Alii à fluctuum quos αἶγας vocant, Græci magnitudine. Solinus ab Antandro Captæ speciem referente cap. XVII. Vide Strabonem, & Constantinum περὶ θεμάτων.

v. 719. FLAVUSQUE LYCES, HYPANISQUE MELASQUE) Sic lego rectius quam *Nomas* cum Cartione. Nullus enim fluvius est eo nomine. Et Nomades populi sunt, ut Plinius & alii testantur. Melas autem in Pontum mittitur, cujus Apollonius meminit lib. I. v. 922.

Κεῖθεν δ' ἐρεσσόμενοι μέλανος διὰ βένθεα πόντου
Ἰέμενοι τῇ μὲν Θρηικῶν χθόνα, τῇ δὲ περαίην
Ἰμβασον ἔχον κατὰ σφέτερα.

Scholiastes ibidem: Μέλας πόντος οὕτω λεγόμενος ὡς ἀφορμὴ εὐδοξος· οὐ δὲ τῆς περαίας. ὀπίσθεν δὲ αὐτῆς εἶναι τὸν Καρπηδονίαν πέτραν φασίν. ὅπερ δέ τινα λέγεται καὶ ὅμηρος·

---- ---- ἔνθεμ Μέλανος πόντοιο

ἐνομάσθη δὲ καὶ Μέλανος καὶ φέλιξ ὑπὸ ἐμπόρων. ἡ καὶ ποταμὸς Μέλανος καλεῖται, κἀκεῖ ῥέοντος. Vide Strabonem lib. XI. ubi de hoc fluvio multa.

v. 726. SCYTHICUM SPECIE SINUATUS IN ARCUM) Manilius ferè ad eundem modum, lib. IV.

Taurus habet Scythiæ montes Asiamq; potentē
Et molles Arabes sylvarum ditia regna
Euxinus Schithicos Pontus sinuatus in arcus
Sub geminis te Phœbe colit.

Porro de duobus promontoriis Euxini maris sic Strabo: εἰκάζουσι δὲ τινες τὸ χῆμα τῆς Ἑλλησπόντου ἐν τυπαμβύκῃ Σκυθικῇ τόξῳ, τῷ μὲν νώτῳ ἐξομοιοῦντες τοὺς δεξιοὺς καλουμένους μέρεσι τῆς Πόντου. Dionysius Afer, de illis:

Αἱ δ' ἀμφω ξυνίασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
ἐγγύθεν, ἀλλ' ὅσσον ἑλκὲς ὑπὸ πρίνον ἤματος ἄυσαν.

Nota ὑπὸ πρίνον ἦμαρ. Non dicit spacium trium dierum esse, sed duorum cum dimidia parte tertii. Tantum igitur inter se distant duo hæc promontoria, quantum navis conficere potest ὑπὸ πρίνον ἦμαρ intra triduum, non tribus diebus. Nam Strabo duo hæc promontoria inter se distare dicit spacio 2500 stadiorum. Navis autem trium dierum spacio 3000. circiter stadia conficere potest: passus 75000 (siquidem stadium est passus 125.) Ptolæmeus enim 1000 stadia unius diei navigationem esse dicit: & in eadem sententiâ est Strabo. Nam lib 10. dicit â Cyrenea regione ad Κελῶ μέσσον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν εἶναι πλοῦν, ibidemq; ponit Eratosthenem hoc intervallum 2000 stadiorum spacio metiri. Eratosthenes autem ἀπὸ τῆς μὲν Κυρηναίας μέχρι Κελῶ μεσόπλω χιλίους φησίν. Ergo ὑπὸ πρίνον ἦμαρ hic rectè intra triduum expones.

v. 733. IAM MARIANDYNIS ADVERTIT PUPPIS (HARENIS) Apollonius lib II. v. 724.

Εἰσὶ

Ἔνθεν δ' ἀντιπέρηθε πεπείρατο γαίης ἀγχιάλοιο
Καὶ Μαριανδυνῶν ἀνδρῶν ἐρικυδέα γαῖαν,
Ἠδὲ λύκοι ἁρπακτῆρες ἠνεμοειδέα λίμνην
Δερκόμενοι παρέμειβον.

Sunt autem Mariandyni populi contermini Paphlagoniæ, dicti ita à Mariandyno filio Idææ & Phinei, Phineo enim ex diversis conjugibus diversi liberi extiterunt. Ex Cleopatra Pathentius & Crambis, ex Idæa filia Dardani aut Scythica quadam pellice Thynus & Mariandynus. Alii tamen tradunt dictos à Maryandyno Cimmerii. Vide Schol. superius & hoc loco. Regio illorum ut dictum prope Paphlagoniam est. Strabo lib. XII. *In Pontum Euxinum à Propontide navigantibus à læva adjacent ea, quæ Byzantio sunt contigua, & à Thracibus habitata & ponti læva appellantur. A dextris sunt Chalcedoni, proxima Bithynorum sunt, sequentia Mariandynorum; quidam ea Cauconum dicunt, reliqua Paphlagonum usq; ad Halym flumen.* Plin. Sec. lib. VI. Nat. Hist. c. I. *Idem Sangarius à plerisq; dictus Coralius, à quo incipiunt Mariandyni sinus, oppidumq; Heraclea Lyco flumini appositum.*

v. 760. FESTA DEHINC MEDIIS INEUNT CONVIVIA LECTIS) Hospites hospitibus primum advenientibus cœnam apponere, veteribus in more positum erat. Noster supra lib. II. v. 188.

---- ---- *simulantq; choros delubraq; festa*
Fronde tegunt, lætæq; viris venientibus adsunt
Jamq; domos mensasq; petunt, discubitur altis
Porticibus.

Vide quæ prolixius ad illum locum notavimus.

FINIS LIB. IV.

IN VALERII FLACC. LIBR. V. ÆGIDII MASERII ARGUMENTUM.

IDmona sæva lues tollit, Tiphynq; carinæ
Auctorem Æmoniæ, doctum cui garrula puppis
Sufficit Erginum. cœpti Fortuna laboris
Tres addit socios: furtum: linguamq; Promethei
Expiat Alcides. Colchis appellitur oris
Argo. Soligenam nocturna in somnia terrent
Tergora tum clarus svadet reddi aurea Perses
Effugit. Æsonidæ offertur Medea. petuntur
Vellera. fraus agitat Regem: convivia tectis
Apparat Æetes. sævis Grandive Minervam
Increpitans fortem: tantas sed Jupiter vias
Componit: Phlegræa canunt certamina Musæ.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER V.

ALtera lux haud læta viris emersit Olympo:
Argolicus morbis, fatisque rapacibus, Idmon
Labitur; extremi sibi tum non inscius ævi.
At memor Æsonides nimium jam vera locuti
Phineos; hinc alios rapto pavet Idmone luctus. 5
Tum comiti pia justa tulit: cælataq; multa

Arte, Dolionij donat velamina regis;
Hospes humum sedemq; Lycus flens arma revelli
Idmonis è celsa Mopsius rate: robora cædunt
Pars silvis, portantq; aræ: pars, auguris alba
Fronde caput, vittisq; ligant; positumq; feretro
Congemuere. dies simul & suus ammonet omnes.
Ecce inter lacrimas, interq; extrema virorum
Munera; quem cursus penes, imperiumq; carinæ;
Tiphyn agit violenta lues: cunctique pavore
Attoniti, fundunt mœstas ad sidera voces:
Arcipotens adverte, precor, nunc deniq; Apollo;
Hoc pater, hoc nobis refove caput: ulla laboris
Si nostri te cura movet, qui cardine summo
Vertitur, atq; omnis manibus nũc pendet ab uni.
Dicta dabant ventis, nec debita fata movebant.
Qualem præcipiti gravidum jam sorte parentem
Natorum flet parva manus, trepidiq; precantur,
Duret ut invalidis, & adhuc genitoris egenis.
Haud aliter socij supremo in tempore Tiphyn
Ante alios superesse volunt: mors frigida contrà
Vrget: & ille recens oculis intervolat Idmon.
Exanimum frustra Minyæ clamore morantur;
Avelliq; negant: vix membra rigentia tandem
Imposuere rogo: lacrimasq;, & munera flammis
Vana ferunt: crescit donis feralis acervus.
Vt verò amplexus fessi rupere supremos,
Et rapidæ sonuere faces; tunc ipsa cremari
Visa ratis; medioque viros deponere ponto.
Non tulit Æsonides, geminis flagrantia cernens

Cur-

Corpora cara rogis: sed pectore ductor ab imo
Talia voce gemit: Quid tantum infensa repentè
Numina? quas nostri pœnas meruere labore,?
Bina (nefas) toto pariter mihi funera surgunt
Litore. magna adeò comitum numerosa̅g̅ pubes.
Aut socios rapit atra dies; aut ipse relinquor
Sontibus impulsus Furijs. ubi Tiphys? ubi Idmon
Fata canens? ubi monstrifera par ille noverca?
Te sine Thespiade nos ulla movebimus ultra
Æquora? nec summa speculantem puppe videbo,
Pleiadumq̅g̅ globos, & agentes noctibus Arctos?
Cui Minyas, caramq̅g̅ ratem, cui sidera tradis?
Carpere securas qui jam iubet Æsona noctes?
Hoc labor, hoc dulci totiens fraudata sopore
Lumina, & attonitis nimium mens anxia Colchis
Profuit? heu quantũ Phasis, quantũ Aeta recessit?
Nunc quoque si tenui superant in imagine curæ;
Assis umbra, precor, venturi præscia cœli,
Rectoremque tuæ moneas ratis. hæc ubi fatus;
Sola virûm flammis vidit lambentibus ossa.
Quod tamen externis unum solamen in oris
Restat, ait, caras humus hæc non dividet umbras,
Ossaque nec tumulo, nec separe conteget urna:
Sed simul ut junctis venistis in æquora fatis.
Haud mora: reliquias socij defletaque miscent
Nomina: tum vivo frondes, & cespite tellus
Aggeritur: cineremque Lyco commendat Iason.
Mœsti omnes, dubijque; ratem fidissima cujus
Dextra regat: simul Anceus, sollersque petebant

Nauplius. Eriginum fato vocat ipsa monentis
Quercus: & ad tonsas victi rediere magistri.
Ac velut ille, gregis cessit cui regia, taurus
Fertur ovans, hunc omnis honos, hūc omnis in unū
Transit amor: primò laetos sic tempore rector
Ingreditur cursus: etenim dat candida certam
Nox Helicen. jam prora fretum cōmoverat, & jam
Puppe sedens placidas dimiserat ancora terras.
Inde, premente Noto, tristes Acherusidos oras
Praeterit: & festa vulgatum nocte Lyaei
Callicoron: (nec vana fides) his Bacchus in undis
Abluit Eoo rorantes sanguine Thyrsos.
Illum, post acies, rubrique novissima claustra
Aequoris, hic residēs thyasos, hic aera moventem,
Udaque pampinea nectentem cornua vitta
Nunc etiam meministis aquae: Boeotia qualem
Thyas, & infelix cuperet vidisse Citheron.
Fama per extremos quin jam volat improba manes,
Interea & magnis fatorum laudibus implet;
Addita jamq; fretis repetens freta, jamq; ferentes
Cyaneas. ardent avidos attollere vultus,
Quos pietas vel tangit adhuc, quos aemula virtus.
Fata immota manent: unum, qui litore in illo
Conditus ad caram mittunt spectacula turbam.
It Stelenus, qualem Maurortia vidit Amazon,
Cumq; suis comitem Alcidet ut concidit armis:
Talis ab aequorei consurgens aggere busti
Emicuit: fulsere undae; Sol magnus ut orbem

Tollet

Tolleret, aut nubem quateret polus. atque ea vix dum
Visa viris: atram nox protinus attulit umbram:
Ille dolens altum repetit chaos. omnia Mopsus
Dum stupet, in prima: umulũ procul aspicit Actã:
Obnubens que caput, cineri dat vina vocato.
Carmina quin etiam visos placantia manes
Othryssius dum rite movet; mixtoque sonantem
Percutit ore lyram, nomenq; reliquit harenis.
Altius in ventos recipit ratis; acfugit omne
Crobiali latus, & fatis tibi Tiphy negatum
Partheniũ: ante alios Triviæ qui creditur amnes
Fidus, & Inopi materna gratior unda
Mox etiam Cromnam, atq; iugo pallẽte Cytoron,
Teque cita penitus condunt Erythia carina
Jamq; reducebat noctem polus: alta Carambis
Raditur, & magnæ pelago tremit umbra Sinopes.
Assyrios complexa sinus stat opima Sinope;
Nympha prius, blandosq; Jovis quæ luserat ignes
Cælicolis immota procis: deceptus amatæ
Fraude deæ nec solus Halys, nec solus Apollo.
Addidit hic casu comites fortuna benigno,
Autolycum, Phlogiumq; & Deileonta, secutos
Herculis arma viros: vagus hos ibi fixerat error.
Ut Grajam videre manum, puppemq; Pelasgam;
Prima ruunt celeres ad litora, seque precantur
Accipiant socios. nova dux accedere gaudet
Nomina, desertos & jam sibi currere remos.
Transit Halys; longisq; fluens anfractibus Iris,

Sævaq; Thermodõ medio sale murmura volvĩs
Gradivo sacer, & spolijs ditissimus amnis:
Donat equos, donat votas cui virgo secures,
Cum redit ingenti per Caspia claustra triumpho
Massageten Medumq; trahens. est vera propago
Sanguinis; est ollis genitor deus. hinc magis alta
Hæmonidæ petere, & monitus nõ temnere Phinei.
Ipse autem comitum conversus ad ora novorum:
Vos mihi nunc pugnas, ait, & victricia, Ductor,
Herculis arma mei, vestrasq; in litore Martis
Interea memorate manus. sic fatus, & ægro
Corde silens, audit currus, bellique labores
Virginei: exciderit frenis quæ prima remissis;
Semianimẽ patrius quã vexerit amnis in æquor;
Quæ pelta latus, atq; humeros nudata pharetris
Fugerit, Herculeæ mox vulnere prensa sagittæ;
Utque securigeras stimulaverit ira catervas,
Fleturusq; pater; quantus duce terror in ipsa;
Qui furor insignis; quo balteus arserit auro.
Nocte sub extrema clausis telluris ab antris
Pervigil auditur Chalybum labor, arma fatigant
Ruricolæ Gradive tui: sonat illa creatrix
Prima manus belli terras crudelis in omnes.
Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri
Eruerunt, ensesq; darent; odia ægra sine armis
Errabant, iræq; inopes, & segnis Erynnis.
Inde Genetæi rupes Jovis; inde Tymavos
Dant virides post terga lacus: ubi deside mitra
Feta ligat, partuq; virum fovet ipsa soluto.

Vos

Vos quoq; non notæ mirati vela carinæ
Mossynychi: vos & stabulis Macrones ab altis,
Byzeresq; vagi, Philyræq; à nomine dicta
Litora, quæ cornu pepulit Saturnus equino.
Ultimus inde sinus, sævumq; cubile Promothei
Cernitur; in gelidas consurgens Caucasus Arctos.
Ille etiam Alciden Titania fata morantem
Attulerat tum fortè dies: jamq; aspera nisu
Undique convellens, veteris cum strage pruinæ,
Vincula prensa manu saxis abduxerat imis
Arduus, & lævo gravior pede: consonat ingens
Caucasus. & summo pariter cum monte secutæ
Incubuere trabes, abductaq; flumina ponto:
Fit fragor; æthereas ceu Jupiter arduus arces
Impulerit, imas manus aut Neptunia terras
Horruit immensum ponti latus: horruit omnis
Armeniæ prætentus Hiber: penitusq; recusso
Æquore, Cyaneas Minyæ timuere relictas.
Tum gemitu propiore Chalybs, densusq; revulsis
Ruptibus audiri montis labor, & grave Titan
Vociferans; fixos scopulis dum vellitur artus.
Contrà autẽ ignari (quis enim nunc credat in ullis
Montibus Alciden? dimissave vota retenti)
Pergere iter socij: tantum mirantur ab alto
Litora discussa sterni nive, ruptaq; saxa,
Et simul ingentem moribunda desuper umbram
Alitis, atq; atris rorantes imbribus auras.
Sol propius flammabat aquas: extremaq; fessis
Cœperat optatos jam lux ostendere Colchos:

Magnus ubi aduersum spumanti Phasis in æquor
Ore ruit. cuncti pariter loca debita noscunt,
Signaq; commemorant, emensasq; ordine gentes:
Dantq; ratem fluvio. simul æthere plena coruscæ
Pallas, & alipedum Juno iuga sistit equorum.
Ast dum prima gravi ductor, subit ostia pulsu,
Populeos flexus, tumulumq; virentia supra
Flumina cognati medio videt aggere Phryxi:
Quem comes infelix parvo de marmore iuxta
Stat soror, hinc sævæ formidine mœsta noverca,
Inde maris, pecudisq; timens imponere palmas,
Sistere tum socios jubet, atq; hinc prima ligari
Vincula: ceu Pagasas patriumq; intraverit amnē,
Ipse gravi patera sacri libamina Bacchi
Riuè ferens, umbram vocat, & sic fatur ad aras:
Per genus, atq; pares tecum mihi Phryxe labores,
Tu precor orsa regas, meque his tuteris in oris:
Tot freta, tot durè properantia sidera passis (ru.
Phryxe fave; & patrias placidus reminiscere terras.
Tu quoq; nunc tumulo nequiquam condita inani,
Annue diva maris, numeroq; accede tuorum.
Quando egomet rursus per te vehar? aurea quādo
Seston, & infaustos agnoscent vellera fluctus?
Vos etiam silvæ, vos Colchidos hospitis oræ
Pandite, dives ubi pellis micet arbore sacra.
Tunc tibi, fecundi proles Jovis orte nivali
Arcados axe deæ, fluvio modo Phasi quiero
Palladiam patriare ratem, nec dona, nec aræ
Defuerint tellure meæ: veneranda fluentis

Effi-

Effigies tē Phasi manet; quam magnus Epineus,
Et pater aurato quantus tacet Inachius antro.
Dixerat. atq; illi dextra sine, versa magistri,
Protinus in proram redijt ratis omine certo,
Fluminis os pontumq; tuens. promittis ut ecce,
Utque vocas revehemur, ait. sic deinde precatus,
Arma iubet celsa socios depromere puppe:
Dona dehinc Bacchi, casus qui firmet in omnes.
Rapta Ceres: virides q; premūt longo ordine ripas.
Incipe nunc alios cantus dea; visaque vobis
Thessalici da bella ducis. non mens mihi, non hæc
Ora satis: ventum ad Furias, infandaque nata
Fœdera, & horrenda trepidam sub virgine puppē:
Impia monstriferis surgunt jam prælia campis.
Antè dolos, antè insidi tamen exsequar æstus
Soligenæ, falli meriti, meritique relinqui.
Inde canens: Scythica senior jam Solis ab urbe
Fata laborati Phryxus compleverat ævi;
Illius extremo subfunere, mira repentè
Flamma poli, magnoque aries apparuit astro,
Aequora cūcta movēs: at vellera, Martis in ūbra,
Ipse sui Phryxus monumentum insigne pericli
Liquerat, ardenti quercum complexa metallo.
Quondam etiam tacitæ visus per tempora noctis
Effigie vasta: socerumque exterruit ingens
Prodita vox: O qui patria tellure fugatum
Quærentemque domos, his me considere passus
Sedibus, oblata generum mox prole petisti:
Tunc tibi regnorum labes, luctusq; supersunt,

Rapta soporato fuerint cùm vellera luco.
Præterea infernæ quæ nunc sacrata Dianæ
Fert castos Medea choros, quæcumq; procorum
Pacta petat, maneat regnis ne virgo paternis.
Dixit, & ammota pariter fatalia visu
Tradere terga manu: tùm falso fusus ab auro
Currere per summi fulgor laquearia tecti.
Membra thoris rapit ille tremens, patriumque precatur
Numen, & Eoo surgentes litore currus.
Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum
Omnituens; tua nunc terris, tua lumina toto
Sparge mari: seu nostra dolos molitur opertos,
Sive externa manus, primus mihi nuntius esto.
Tu quoque sacrata rutilant cui vellera quercu,
Excubias Gradive tene; præsentia luco
Arma, tubæq; sonent: vox & tua noctibus exstet.
Vix ea: Caucasei cùm lapsus montibus anguis,
Haud sine mente dei, spiris nemus omne refusis
Implicuit, Grajumq; procul respexit ad orbem.
Ergo omnes prohibere minas, prædictaq; Phryxi
Invigilat: plena nec dum Medea inventa
Annuitur thalamis Albani virgo tyranni.
Interea augurijs, monstrisq; minacibus urbem
Territat antemonens semper deus, & data sevi
Signa mali: reddi iubet exitiale sacerdos
Vellus, & Hæmonijs infestum mittere terris.
Contrà Sole satus Phryxi præcepta voluntas
Ægro corde negat: nec vulgi cura tyranno;

Dum

Dum sua sit modò tuta salus. tunc ordine regi
Proximus, & frater materno sanguine Perses,
Increpitare virum: sequitur duce turba reperto.
Ille furens ira, solio se proripit alto,
Præcipitatq; patres: ipsum quoque talibus ausis
Spem sibi jam rerum vulgi levitate ferentem,
Ense petit. rapit inde fugam crudelia Perses
Signa gerens; omnemq; quatit rumoribus Arcton.
Jamq; aderat magnis regum cum milibus urbi,
Primaq; in adversos frustratus prælia muros,
Constiterat. datus & socijs utrimque cremandis
Ille dies, alterque dies; cùm Marte remisso,
Debitus Aeæis dux Thessalus appulit oris.
Nox, hominum genus, & duros misérata labores,
Retulerat fessis optata silentia terris:
At Iuno & summi virgo Jovis intima secum
Consilia, & varias sociabant pectore curas.
Virgo prior, Magna pariter quos mole petamus,
Cernis, ait; Colchos habeant quæ prælia, quique
Nunc status. hinc Perses, illinc non viribus æquis
Apparat Aeetes aciem: quibus addimur armis?
Cui Iuno: Dimitte metus, ne prælia fortè
Hinc tibi grata negem: manet ingens ægida sudor,
Et nostros jam sudor equos: stat pectore fixum,
Aeete sociare manus: scio perfida regis
Corda quidem; nullos Minyis exsolvet honores;
Verùm alios tunc ipsa dolos, alia orsa movebo.
Sint, precor, hæc: tua namque mihi comitanda potestas,

Pallas

Pallas ait, liceat Grais ut reddere terris
Aesonium caput; & puppẽ, quam struximus ipse,
Iactatam tandem nostro componere cœlo.
Talia tunc hominum superi pro laude movebant.
Tristior at numquam, tantove paventibus ulla
Nox Minyis egesta metu: nil quippe reperto
Phasíde, nil domitis actum Symplegados undis,
Cunctaq; adhuc magni veniant dũ regis ad urbem
Ambigua, & dubia rerum pendentia summa.
Præcipuè Aesoniden, varios incerta per æstus
Mens rapit, undantem curis, ac multa novantẽ.
Qualiter ex alta cùm Jupiter arce coruscat,
Pliadas ille movens, mistumq; sonoribus imbrem
Horriferamve nivem, canis ubi tollitur omnis
Campus aquis, aut sanguinei magna hostia belli,
Aut altos duris fatorum gentibus ortus.
Sic tum diversis, hinc atq; hinc molibus, anceps
Pectora dux crebro gemitu quatit: optat & almũ
Jam iubar, & certi tandem discriminis oras.
Tunc defixa solo, cœtuq; intenta silenti
Versus ad ora virûm, Quod primum ingentibus
ausis
Optavistis, ait, veterumq; quod horruit ætas.
Assumus en, tantumq; freti enavimus orbem.
Nec Pelagi nos mille vie, nec fama fefellit,
Soligenam Aeeten media regnare sub Arcto.
Ergo ubi lux altum sparget mare; tecta petenda
Urbis, & ignoti mens experienda tyranni:
Annuet ipse reor; neq; inexorabile certè

Quod

Quod petimus: sin verò preces & dicta superbus
Respuerit; jam tunc animos firmate repulsæ;
Quaque via patrijs referamus vellera terris,
Stet potius: rebus semper pudor absit in artis.
Dixerat; & Scythicam qui se comitẽtur ad urbẽ
Sorte petit: numeroq; novem ducuntur ab omni.
Inde viam, qua Circæi plaga proxima campi,
Corripiunt, regemq; petunt. jam luce reducta,
Fortè deûm varijs per noctem exterrita monstris,
Senserat ut pulsus tandem Medea tenebras;
Rapta thoris primi jubar ad placabile Phœbi
Ibat, & horrendas lustrantia flumina noctes.
Namque soporatos tacitis insedibus artus
Dum premit alta quies, nullæq; in virgine curæ;
Visa pavens castis Hecates excedere lucis:
Dumq; pij petit ora patris; steterit arduus inter
Pontius, & ingenti circum stupefacta profundo,
Fratre tamen conante sequi: mox stare paventes
Viderat intenta pueros nece, seq; tremente
Spargere cæde manus, & lumina rumpere fletu.
Hic turbata minis, fluvios, ripamque petebat
Phasidis, æquali Scythidum comitante caterva.
Florea per verni qualis juga duxit Hymeti,
Aut Sicula sub rupe choros, hinc gressibus hærent
Pallados, hinc caræ Proserpina juncta Dianæ,
Altior, ac nulla comitum certante, priusquam
Palluit, & viso pulsus decor omnis Averno.
Talis & in vittis geminæ cum lumine tædæ
Colchis erat, non dum miseros exorsa parentes.

Ut

Ut procul extremi gelidis à fluminis undis
Prima viros tacito vidit procedere passu,
Substitit: & mœsto nutricem affata timore est:
Quæ manus hæc, certo ceu me petat agmine, mater,
Advenit; haud armis haud umquã cognita cultus?
Quære fugam precor, & tutos circumspice saltus.
Audit virginei custos grandæva pudoris
Enioche, cultus primi cui creditus ævi:
Tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
Non tibi ab hoste minæ, nec vis, ait, ulla propinquat,
Nec metus; externo jam flammea murice cerno
Tegmina; jam vittas frondemq; imbellis olivæ:
Grajus adest: Grajo sic cuncta simillima Phryxo.
Sic ait. at Iuno pulchrumq; longissima quando
Robur cura ducis: magniq; dedere labores;
Mole nova, & roseæ perfudit luce juventæ,
Jam Talaum, jamq; Ampyciden, astroq; comantes
Tyndaridas, ipse egregio supereminet ore.
Non secus autũno quàm cùm magis æsperat igneis
Sirius, & sævo cùm nox accenditur auro,
Luciferas crinita faces; habet Arcas, & ingens
Jupiter: ast illum tanto non gliscere cœlo
Vellet ager, vellent calidis jam fontibus amnes.
Regina, attonito quanquam pauor ore silentem
Exanimet, mirata tamen, paullumq; reductis
Passibus insolito stupuit duce, nec minus inter
Ille tot ignoti socias gregis hæret in una
Defixus, sentitq; ducem dominamque saterna.

Si dea, si magni decus hoc ades, inquit, Olympi;
Has ego credo faces, hæc virginis ora Dianæ,
Teque renodatam pharetris, ac pace fruentem,
Ad sua Caucaseæ producunt flumina Nymphæ.
Si domus in terris, atq; hinc tibi gentis origo;
Felix prole parens, olimque beatior ille
Qui tulerit, longis & te sibi junxerit annis
Sed fer opem regina viris. nos hospita pubes
Advehimur, Graiûm proceres, tua tecta petētes.
Duc, precor, ad vestri, quicumq; est, ora tyranni:
Ac tu prima doce fandi tempusque, modumque.
Nam mihi sollicito, dea, ignaroque locorum
Te dedit, in te animos sed & omnia nostra repono.
Dixit, & opperiens trepidam, stetit illa parumper
Virgineo cunctata metu, sic orsa vicissim:
Quem petis Aeeten; genitor meus: ipsaq; iuxta
Mœnia: si vivos possis discernere calles.
Hac adeò duce ferte gradus: ingentia namque
Castra, alios aditus, atq; impius obsedit hostis.
Dixerat hæc, patriumq; viâ detorquet ad amnē;
Sacraq; terrificæ supplex movet irritata nocti.
Ille autem incœptum famula duce protinus urget
Aere septus iter: patitur nec regia cerni
Iuno virum, prior Aeetæ ne nuntius assit.
Jamq; inerat populo, mediæq; incognitus urbi
Cùm comes orsa loqui: Phœbi genitoris ad aras
Ventum, ait; huc adytis jam se de more paternis
Rex feret: hic proceres audit, populosq; precantes
Alloquijs facilis præsens pater ammonet æqui.

Dixe-

Dixerat. aſt illi properè monſtrata capeſſunt
Limina. non aliter quàm ſi radiantis adirent
Ora dei, verasq; æterni luminis arces;
Tale jubar per tecta micat. ſtat ferreus Atlas
Oceano, genibusq; tumens infringitur unda:
At medij per terga ſenis, rapit ipſe nitentes
Altus equos, curvoque diem ſubtexit olympo:
Ponè rota breviore, ſoror, denſæque ſequuntur
Pliades, & madidis rorantes crinibus ignes.
Nec minus hic varia dux lætus imagine templi,
Ad geminas fert ora fores, cunabula gentis
Colchidos hic, ortusq; tuens: ut prima Seſoſtris
Intulerit rex bella Gethis; ut clade ſuorum
Territus, hos Thebas, patriumq; reducat ad amnē;
Phaſidis hos imponat agris Colchosque vocari
Imperet. Arſinoen illi trepidæque requirunt
Otia læta Phari, pinguemq; ſine imbribus annū:
Et jam Sarmaticis permutant carbaſa bracis.
Barbarus in patrijs ſectatur montibus Aeam,
Phaſis amore furens: pauidas jacit illa phareras
Virgineo turbata metu; diſcurſibus & jam
Deficit, ac volucri victum deus alligat unda.
Flebant populeæ juvenem Phaetonta ſorores:
Aer & Eridani trepidum globus ibat in amnem.
Atjuga vix Tethys, ſparſumq; recolligit axem,
Et formidantem patrios Pyroenta dolores.
Aurea quin etiam præſaga Mulciber arte
Vellera; venturosq; olim cælarat Achivos:
Texitur Argoa pinus Pagaſea ſecuri:

Jamq; eadem remos, eadem dea flectit habenas:
Ipse subit, nudaque vocat dux agmina dextra.
Exoritur Notus, & toto ratis una profundo
Cernitur. Othryscio gaudebant carmine Phoca.
Apparent trepidi per Phasidis hostia Colchi:
Clamantemque procul linquens regina parentem.
Vrbs erat hîc contrà gemino circumflua ponto,
Ludus ubi & cantus, tædæque in nocte jugales,
Regaliquè thoro lætus gener, ille priorem
Deserit: ultrices spectant à culmine Diræ.
Deficit in thalamis, turbataq; pelice conjunx
Pallam, & gemmiferæ donum exitiale coronæ
Apparat; ante omnes secum dequesta laboress
Munere quo patrias pelex ornatur ad aras:
Infelix & jam rutilis correpta venenis
Implicat igne domos: hæc tum miracula Colchis
Struxerat ignipotens; nondum noscentibus illa:
Quis labor aligeris, aut quæ secet anguibus auras
Cæde madens: odere tamen, visusque reflectunt.
Quin idem Minyas operum deflexerat error;
Cum se Sole satus patrijs penetralibus infert.
Filius hunc juxta primis Absyrtus in annis
Dignus auo, quemque insontem meliora manerent.
Tum gener Albanis Styrus qui aduenerat oris,
Distulerãt sed bella toros: tum Phrontis & Argus
Aeolidæ, fraterq; Melas, quos aduena Phryxus
Progenuit; pariterq; levi Cytisorus in hasta.
Post alijs quos præcipuos Titania tellus

Lecti honore patres: motioq; ad prælia reges.
Ammonet hic socios, nebulaq; erumpit Iason,
Sideris ora ferens, nova lux effusa Citæis:
Conveniunt, rogitantq; viros, rogitantq; quid ausi,
Quidve ferant. postquàm primis inhiantia dictis
Agmina, suppressumq; videt jam murmur Iasonis;
Talia miranti propius tulit orsa tyranno:
Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum
Cælicolæ, & prima dignum statuêre carina:
Si quando hîc aliquam nostro satus orbe solebat
Thessaliam, si quos Phryxus memorare Pelasgos;
Hi tibi tot casus, horrenda tot auia mensi
Cernimur. ipse egomet proprio de sanguine
Phryxi:
Namque idē Cretheus ambobus & Aeolus auctor
Cum Jove, Neptunoq;, & tū Salmonide Nympha.
Me neq; nunc enses, aræque egere paternæ:
Nec tua Thessalicis quanquam inclita nomina
terris
Sponte sequor. cui, non iussō, tot adire voluptas
Monstra maris? cui Cyaneos intrare fragores?
Sceptra tui toto Pelias sub nomine Phœbi
Maxima ab hoste tenens, totq; illacrimātia divis
Oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu;
Ille meum imperijs urget caput: ille labores
Dat varios. suus ut magnum rex spargit ab Argis
Alciden Stheleno ipse satus. tamen aspera regum
Perpetimur iuga: nec melior parere recuso.
Hic sibi me auratæ pecudis quisquamq; periclis

Exu-

Exuvias perferre iubet. tibi gratia nostri
Sit precor hæc, meritiq; locus, quod iussa recepi,
Teq; alium quàm quem Pelias speratq; cupitque
Promisi: & meliora tuæ mihi fœdera dextræ.
Si petere hoc sævi statuissem sanguine belli;
Ossa dabat, Pindusq; rates, quotq; antè secuti
Inde nec audacem Bacchum, nec Persea reges.
Sed me nuda fides, sanctiq; potentia justi
Huc tulit, atq; mei sociatrix gratia Phryxi;
Jamque tibi nostra geniti de stirpe nepotes.
Nec tamen aut Phrygios reges, aut arva parentis
Bebrycíæ spernendus adi; seu fraude petivi:
Seu quis honore meo sua reddita dona; deúmq;
Nos genus, atq; ratem, magnæ sensere Minervæ.
Vix tandem longis quæsitam Colchida votis
Contigimus, qualemque dabat te fama, videmus:
Tu modò ne claros Minyis invideris actus.
Non aliena peto, terrisve indebita nostris;
Si quis & in precibus vero locus: atq; ea Phryxo
Crede dari; Phryxum ad patrios ea ferre penates.
Munera tu contrà victum mihi vecta per æquor
Accipe, Tænarei clamidem de sanguine aheni,
Frenaq; & accinctum gemmis fulgentibus ensem:
Hoc patrium decus; hæc materni texta labores:
His Lapithes adsuerat eques. da jungere dextram;
Da Scythicas sociare domos: sciat effera regis
Ira mei, quem te horrifero sortitus in axe
Caucasus, atq; tuis quantum miteſcat habenis.

Talibus orantem, vultu gravis ille minaci
Jam dudum fremit; & furijs igneſcit apertis.
Ceu tumet, atq; imo ſub gurgite concipit Auſtros
Vnda ſilens; trahit ex alto ſic Barbarus iras:
Et nunc auſa viri, nunc heu ſua prodita Grajis
Regna fremit: quin & facili ſibi mente receptum
Jam Phryxum dolet, & Scythiæ periiſſe timores:
Nunc quaſſat caput, ac juvenis ſpes ridet inanes;
Quid veſanus agat; quod velera poſcat ab angue,
Vrit & antiquæ memorem vox præſcia ſortis;
Cur ſimul aut Perſen illinc ſibi moverit, aut hinc
Theſſalicam fortuna ratem: num debitus iſta
Finis agat, ſævæq; petant jam vellera Parcæ.
Interea quoniam belli pugnæq; propinquæ
Cura prior, fingit placidis fera pectora dictis:
Reddit & hæc: cuperem haud tali vos tempore tectu
Adveniſſe meis, quo me gravis obſidet hoſtis.
Frater enim, ſceptri ſic omnibus una cupido,
Excidium parat, & caſtris me ingentibus urget.
Quare, age, cognatas primùm defendite ſedes;
Nec decus oblati dimiſeris advena belli.
Iamq; virũ trahit ipſe chalybs: tum vellera victor
Tum meritis, nec ſola dabo. contrà inſcius æſtus
Ergo nec hic noſtris deerat labor arduus actis,
Excipit Aeſonides, & ceu nihil æquore paſſis
Additus iſte dies: veniant ſuper hæc quoque fata
Bella meo. non hunc parva mihi cæde dolorem,
Quasque dedit, luet ille moras. tum Caſtora mit-

tit,

Qui

Qui ferat Aeæi socijs responsa tyranni.
Acribus ast illos curis mora sæva trahebat:
Ac simul ut medio viderunt Castora campo;
Crebrior incussit mentem pavor. ô Jovis alma
Progenies, fare an patriam spes ulla videndi
Fare tuis. ille in mediis sic orsus Achivis:
Nec ferus Aeetes, ut fama; nec aurea nobis
Terga negat: bello intereà sed pressus iniquo
Auxilium petit: armatos dux protinus omnes
Accelerare jubet; longo nam tuta recessu
Puppis, & oppositæ fluvius defenditur urbe.
Haud mora; prosiliunt, quos nec Riphæa juventus,
Quos nec Iber, aut totâ suis Aurora pharetris
Sustineat. stetit explicito prius agmine pubes.
Expertique simul, si tela artusque sequantur.
Nec quisquam freta, nec patrias jam respicit urbes:
Sed magis ad præsens itur decus. incita cristas
Aura quatit: varijs floret via decolor armis.
Qualis ab Oceano nitidum chorus æthera vestit:
Qualibus assurgens nox aurea cingitur astris.
Illos Sole satus, tacita mœstissimus ira
Miratur temerè assumtos, nec talia mallet
Róbora; quàm medios hostem subiisse penates.
Intereà læto patitur convivia cultu;
Et juxta Aesoniden magno cratere lacessit,
Nunc sibi monstrantem natos Jovis, oraq; juxta
Aeacidûm, nunc ingentes Calydonis alumnos:

Audit & Alciden infando errore relictum,
Desletosque duces, terræque, marisque labores.
Ipse autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aesonides. & amicos ordine reges:
Quis procul ille virum nobis, quem balteus asper
Subligat, & stricto stat proximus armiger arcu,
Ceu pugnam paret, & positus confundere mensas?
Contra flammigeri proles Persæia Solis,
Quem rogitas Carmejus, ait: mos, comminus arma
Semper habere viro: semper meminisse pharetræ.
Quid Latagum? quid si amnigenam mireris
Choaspen?
Bellatoris equi potantem cerne cruores:
Nec tamen immissis hic segnior ibit habenis.
Illum, ait Aesonides, pariter refers: horrida signis
Cui clamis, & multa spirat coma flexilis aura.
Respicit Æetes, atq; hunc quoq; nomine reddit:
Dives Aron; croceos sic illius omnes odores
Jactat eques; unctis sic est coma culta maniplis:
Sed nec sperne virum, & comtis diffide capillis.
Campesus hic spolijs in Tygridis; ille profundo
Incumbens Odrussa mero: vide lata comentem
Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.
Hic & Iaxarten dictis stupet hospes acerbis
Inmodicum, linguaq; gravem; cui nulla minanti
Non superûm, non præsentis reverentia belli.
Contra autem Æetes; Non frustra magna superbo
Dicta volant, ait, & vocē paria arma sequuntur:
Nec requies; quin Marte diem, noctemq; fatiget:

Aut


Atq; ubi Riphæa stupuerunt flumina bruma,
Jam pavidi cum prole Getæ, jam pervigil illum
Medus, & oppositis exspectat Iberia claustris.
Hos autem quæ quemque manus, quæ signa sequantur,
Si memorem; prius humentẽ lux solverit umbrã:
Cras acies, atq; illa ducum, cras regna videbis
Dissona; saxiferæ surgat quibus imber harenæ,
Qua jaculo gens apta levi, quæ picta pharetris
Venerit: ingentes animo jam prospice campos,
Atq; hanc alipedi pulsantem corpora curru
Euryalem; quibus exsultet Mauortia turmis:
Et quantum elata valeat peltata securi,
Cara mihi, & veras inter non ultima natas.
Fatur, & occiduo libat cratera parenti.
Quisq; suis tum vota deis, & pocula fundit;
Dent aciem, dent belligeros superare labores.
Ecce autem Geticis veniens Gradivus ab antris,
Ingentemq; trahens Arctoa per æquora nubem,
Aspicit Æetæ Minyas stupefactus in urbe,
Ambitumq; senem, promissaque vellera puppi
Thessalicæ: citus ad summi stellantia patris
Tecta ruit, questuque Jovem testatur acerbo:
Quæ studijs rex magne quies? jam mutua vidi
Exitia; in solos hominum molimur honores:
Teq; ea cuncta iuvant, rabidam qui Pallada cœlo
Non abigis, neque femineis jus obicis ausis.
Num querar, exstructa quòd vexerit ipsa carina
Vellera sacra meis sperantem avertere lucis,

Quod que palam tutata viros? sic cetera perga.
Si valet, insidijs quæ nunc fallacibus ambit,
Nostra ut Phryxæo spolientur templa metallo.
Non opus auxilio Colchis, nec fœdere vestro;
Et Persen simul, & Minyas deposcimus hostes.
Quin age; quid tantæ coeunt in prælia gentes?
Quid tuus Aesonides? imus nos, protinus imus,
In nemus auriferum, & sumtis decernimus armis.
Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris
Labere; quantus ibi deus experiere; nec illas
Astiteris impune trabes. an Martia templa
Intemeranda minus, tacitus mihi lucus & agger,
Quod rudis; & sola colimur frigentibus umbra?
Est amor, & rerum cunctis tutela suarum:
Et tibi magne pater terris donaria certant:
Est honor his etiam suus anne ego clara Mycenis
Culmina, virgineas præder si Cecropis arces,
Jam conjunx, jam te gemitu, lacrimisq; tenebit
Nata querens? metuant ergo, nec talia poscant.
Non tulit hæc animis, quin longa silentia Pallas
Rumperet, irridens strepitumq; minasq; Gradivi:
Non tibi Bystonidæ, quibus hæc fera murmura jactes,
Non Lapithæ, sed Pallas, ait; neq; ego ægide digna,
Nec vocer ulterius proles Jovis, excidat iste
Ni tibi corde tumor: lituos mox armaq; fragor
Oderis, & primis adimam tua nomina bellis.
Quin simili matrem demens gravitate secutus:
Digna quidem, mōstrum superis quæ tale creavit.

Quod

Quodtamẽ aggressæ scelus, aut quo crimine fontes
Si juvenem, qui jussa sui tam dira tyranni
Impavidus, maria & non dum qui nota subibat,
Iuvimus, & magnis aliquam spem movimus ausis?
An nullas præferre preces, nec fœdera regis
Vlla sequi; cæca sed cuncta impellere pugna
Debuimus? sic Thraces agunt, sic turbidus iste
Si qua petit. cuperem hæc etiam nũc bella remitti,
Nec socias armare manus: da vellera rector,
Et medio nos cerne mari. quòd sin ea Mauors
Abnegat, & solus nostris sideribus obstat;
Ibimus indecores, fruſtraq; tot æquora vectæ,
Fassaq; quæ nequeam? sic femina: cœperat ardens
Hic iterum alternis Mauors insurgere dictis.
Excipit hinc contra pater, & sic voce coërcet:
Quid vesane fremis? cùm vos jam pœnitet acti,
Peccatumq; satis; tunc ad mea jura venitis.
Quolibet ista modo, quacumq; impellite pugna
Quæ cœpistis; habent quoniam sua fata furores.
Te tamen hoc conjunx, & te mea nata monebo;
Sit Persen pepulisse satis; nec vana retentet
Spes Minyas, finemve velint imponere bello.
Illum etenim talis rerum manet, accipite, ordo.
Victa retro nunc castra dabit, bellumq; remittet
Territus adventu ducis, & virtute Pelasgi:
Mox ubi Thessalicis referent hos flamina terris,
Tunc aderit, victorq; domos & sceptra tenebit:
Donec & Aeeten inopis post longa senectæ
Exsilia, heu magnis quantum licet impia fatis,

Nata juvet; Grajusq; nepos in regna reponat.
Hic labor, amborumq; hæc sunt discrimina fratrum:
Vadite, & adversis, ut quis volet, irruat armis.
Dixerat. instaurat mensas, pacemque reducit,
Et jam sideream noctem dimittit olympo.
Tunc assuetus adest Phlegræas reddere pugnas,
Musarum chorus, & citharæ pulsator Apollo:
Fertq; gravem Phrygius circum cratera minister.
Surgitur in somnos, seq; ad sua lumina flectunt.



LAMP. ALARDI IN VALERII FLACCI ARGONAUTICON

LIBR. V.

VERS. 2. FATISQUE RAPACIBUS IDMON LABITUR) Peste in regione Mariandynensi exortâ inter Minyas, primus sternitur Idmon, mox Tiphys superadditur. Apollonius lib. II. v. 817.

Ἔνθα δ' ἀβαντιάδῃσι παρὲξ ὀιμῇ ἤλασε μοῖρα
Ἰδμονα μαντοσύνῃσι κεκασμένον ἀλλὰ μιν ὄπι
Μαντοσύνη ἐσάωσαν ἐπεὶ χρεὼ ἦγε δαμῆναι.

Et mox de Tiphy: v. 856.

Αἰγιάδῃ τῷφ γε θανέειν φάτις· ὃς δὲ οἱ ἦεν
Μάρ' ἐπ ναυτίλιεσσι ἐκασέρῳ.

v. 4. NIMIUM JAM VERA LOCUTI PHINEOS) respicit verba præteriti libri v. 591.

----- *hic lecto comitum de robore, si quem*
Perculerit vicina lues, ne desice, casus
Prædicti memor.

v. 8. HOSPES HUMUM SEDEMQUE LYCUS) Justa Idmonis sic describit Apoll. lib. II. v. 839.

Ἡμαθόεν δὲ τρὶς πάντῃ γύαλον· ἑτέρωθι δὲ μιν ἤδη
Τάρχυον μεγάλωσι· συωκτερέϊζε δὲ λαὸς
Αὐτῷ ὁμῶς βασιλῆι· Λύκῳ· παρὰ δ' ἄσπετα μῆλα
Ἧς ἥμις ἐιχομένοισι, παφήια λαιμοτόμησεν.

Cæterum quæ de more parentandi apud veteres superius notavi, adi & confer.

v. 11. POSITUMQUE FERETRO CONGEMUERE) Idmona feretro impositum dicit Poëta.

Non

Non observavit veterem morem quo olim humi ponebantur. Valer. Maximus lib. I. c. IIX. *Aliquid admirationis civitati nostræ Atilii etiam Aviolæ rogus attulit, qui & à Medicis & à domesticis mortuus creditus, cùm aliquandiu humi jacuisset, elatus est.* Græci illud propriè κεῖσθαι appellabant. Synesius Epist. III. πέντε μὲν ἐν ἀρχῇ κεμένων· ὁ δὲ ἀδελφιδοῦς τὸν πρῶτον, &c. Theognis.

Καὶ κεῖσθ' πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενοι.

Homerus Iliad. τ.

Κεῖται ἀνὰ πρόθυρον.

Ponebantur autem in ædium vestibulo, pedibus foràs spectantibus, quod etiamnum à Christianis observatur: quod Græcis προπόδας & προκεῖσθαι appellatum, Sophocles Aiace:

Ἡμόνπερ ἂν προκείμεθ' ἐχθίστῳ μόρῳ.

v. 31. CRESCIT DONIS FERALIS ACERVUS) quæ de muneribus in rogum conjici solitis supra notavimus, adi & consule.

v. 32. UT VERO AMPLEXUS FESSI RUPERE SUPREMOS) Apud veteres mos erat mortuos amplecti & osculum dare. Pedo Elegiâ de morte Drusi.

At miseranda parens suprema nec oscula fixit
Frigida nec movit membra tremente sono.

v. 37. TALIA VOCE GEMIT) Mos etiam ille veterum erat defunctorum laudes celebrare. Hieronymus in vitâ Nepotiani. *Moris quondam erat ut super cadavera defunctorum in concione pro rostris laudes liberi dicerent, & instar lugubrium carminum ad fletum & gemitus audientium pectora concitarent.* Quem morem Romani à Græcis acceperunt. Philostratus, Heroicis Πρῶτοι δ' Ἀθηναῖοι τὸ πάθος (τῶν Αἰακιδῶν) καὶ μνησθῆς ἐπ' ἀνδρῶν λόγον ἠγάγοντο, ᾧ νομίζουσιν ἀθήνησι πάντες ἐκ τῶν πολέμων τελευτῶντας. Primus apud Romanos Valerius Publicola Bruti supremas laudes Oratione

ne funebri prosecutus est. Præter funebres illas Orationes etiam Næniæ usitatæ fuerunt, quarum inventorem Simonidem statuunt. Illas autem cantare solitæ Præficæ, earumq; vocabulum usq; ad tempora belli Punici remansit.

v. 46. Pleiadumque Globos) Sidus Vergiliarum eleganter *globos* vocat: quia in se conglobatæ sunt ac confertæ, ita ut arctum spatium occupent. Nihil enim aliud sunt quàm ἀστέρων συσφὴ ut Scaliger vocat, quod oculi & Experientia testantur, quo nomine Manilius lib. IV. dixit:

Adversus venit in cœlum, diveſq; puellis
Plejadum parvo referens glomeramine ſidus.

Theo: ὅτε τὰς πλειάδας λέγομεν βότρυν διὰ τὴν ἀναλογίαν. Aratus quoq; confertas describit & in se collectas, cùm de Perseo loquitur:

ἄχρι δὲ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλυθε πᾶσα
πλειάδες φορέοντες· ὁὺ οὐ μάλα πολλὸς ἀπάσας
χῶρος ἔχει· πλὴ δ' αὐτοὺ ἐπισκέψασθε ἀφαυρόν.

Ovidius in Phœnomenis ita hæc vertebat ex Arato, (vertit enim Aratea.)

Pleiades ante genu ſeptem radiare feruntur
Sed tantum apparet ſub opacâ ſeptima nube.

Nam sequentia in oculis habebat:

ἐπτάποροι δέ τε κῆμα μετ' ἀνθρώπους ὀδύσσαι
ἐξ ὁμαδὸν ἔσσασι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσι.

Quia vero parvum spacium implent, ideoq; Nicander vocat ὀλίζωνας.

v. 51. Quantum Phasis Quantum Aeta recessit) Sic Engentiui editio optimè legit, non: *quantum Phaſis quantumq; receſſit*. Fuit autem Æta vel Æætes vel Æetes, rex Colchorum, pater Medeæ & filius Solis. Alij tamen viri cujusdam nomen fuisse Αἰήτιον contendunt, ex quo ille natus sit. De Conjuge

&

& matre ipsius variant autores. Corinthium quidam fuisse scribunt ex matre Ephyra progenitum. Quidam ex Antiopâ natum adserunt. Uxorem illi Persam Oceani filiam tribuunt ex qua Medeam, Absyrtum, quem Apollo ex Asterodæa natum dicit, & Chalciopen genuerit. Apollo & Hesiodus Idyam pro conjuge ponunt. Neoptolemus Naupacticorum scriptor Eurylyten. Dionysius in Argonauticis Hecaten illi adscribit, ex qua nata sit Circe. Cæterum quomodo nomen Æætæ cum illo apud Ovid. in Epist. Hypsipyles ad Jasonem convenit?

Non hæc Æsonides sed filia Phasis Aëtæ.

Respondeo cum Huberto Crescentinate propter vocalem sequentem, primam dictionis syllabam Aëætæ (quæ diphthongo longa) corripi. Sed & quia *Aeta* alias rectè dicitur, per diæresin diphthongi Ae, rectè legitur Aëtæ. dicto loco. Ovidius aliâs:

Accipit hospitio juvenes pater Aeta Pelasgos.

Sed quia & *Æa* in usu est quæ & ipsa urbs Colchorum fuit, cuius frequens apud Apollonium mentio sub finem lib. II. non existimo admodum opus esse hac subtilitate.

v. 58. NEC SEPARE CONTEGET URNA] Non caret observatione quod Iason Idmona & Tiphyn tumulo jungit, quos antea coniunxerat fatum. Veteres enim diligenter cavebant ut conjuges, amici, item amasij, quos fide & amore mutuo unitos noverant, post mortem uno eodemq; sepulchro condererentur. Ovidius de Priamo & Thisbe lib. IV. fab.

His tamen amborum verbis estote rogati
O multum miseri, meus illiusq; parentes
Ut quos certus amor, quos hora novissima junxit
Componi tumulo non invideatis eodem.

Et mox:

Quodq;

Quodq; rogis supereſt unâ requieſcet in urnâ.

Apuleius lib. VIII. *Tunc propriè familiares miſeræ Charites accuratiſſimè corpus ablutum unitâ ſepulturâ ibidem marito perpetuam conjugem dedere.* De Cratete ac Polemone Laertius in vitâ Cratetis. Καὶ ἔτως ἀλλήλω ἀφιελείτλω, ὥστε καὶ ζῶντε οὐ μόνον τῶν αὐτῶν ἤσλω ἐπιτηδευμάτων, ἀλλὰ καὶ μέχρι κεδὸν ἀναπνοῆς ἐξωμοιέσθλω ἀλλήλην, καὶ θανόντε τῆς αὐτῆς ταφῆς ἐκοινωείτλω. Val. Max. lib. IV c. VI. de M. Plautio, qui funeratâ uxore Oreſtillâ in gladium incubuit: *Quem amici ſicut erat togatum & calceatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde ſubjectis facibus utrumque cremarunt. Quorum ibi factum ſepulchrum Tarenti etiamnum conſpicitur quod vocatur τῶν φιλόντων.* Sic Paris & Oenone idem ſepulchrum habuerunt. Strabo lib. VIII. πόφοντε δ' Αλεξάνδρω δείκνυσθαί φησιν αὐτό καὶ οἰνώνης ἦν ἱστοῦσι γυωϊκα γεγενέναι Ϛ Αλεξάνδρω, πρὶν Ελένλω ἁρπάσαι. Factum etiam hoc Gemellis ſimul mortuis. Agathias Floril. Epigr.

Εἷς δ' ἀδελφὸς ὧδ' ἐπέχει τάφος· ἐν δὲ ἑπόχοις
Ἦμαρ καὶ χθιὸς οἱ δύο καὶ θανάτω.

Et hoc eſt quod Notterpaulo poſt:

——reliquias ſocii defletaq; miſcent
Nomina.

v. 73. INDE FREMENTE NOTHO TRISTES ACHERUSIDOS ORAS) Acheruſium ſpecum prope Aconem & ſinum Maryandinū Geographi conſtituunt. Solinus c. 45 de orâ Ponticâ: *Poſt Boſphori fauces inquit & Rheſum amnem portumq; Calpas, Sagaris fluvius ortus in Phrygiâ, dictusque â plerisque Coralius, exordium facit Maryandini ſinus, in quo oppidum Heraclea oppoſitum Lyco flumini: Aconeq; portus, qui proventu malorum Graminum uſq; eo celebris eſt, ut noxias herbas aconita illinc nominemus: Proximus inde Acheruſius ſpecus, quem foramizis cæci profundo aduſq; inferna aiunt patere. Apollonius lib. II. v. 900,*

Ἔνθα

Ἠῶοι δ' ἤπειτα δυωδεκάτῳ ἐπέβαινον
Ἡμαπ. δὴ Ῥοφὶν ζεφύρῳ μέγας οὖρος ἄητο.
Καρπαλίμως δ' ἀχέοντα διεξεπέρησαν ἐρετμοῖς.

v. 74. ET FESTA VULGATUM NOCTE LYAI CALLICHORON) Callirhoen alij legunt: sed malo cum Apollonio *Callichoron*. Meminit enim expressè v. 906.

Ὧκα δὲ Καλλιχόροιο παρὰ σχεδὸν ἠπεδανοῖο
Ἤλυθον· ἀμφ' αὐτῇσι θεὸς νυσσήιον ἧκα,
Ἰνδῶν ἥνικα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο δήβας.

Scholiastes etiam: Ποταμὸς Παφλαγονίας, ἐφ' οὗ Διονύσου καὶ Ἡρακλέους· οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος· Ἔξεσαν δὲ ἀφ' ἑσμάτων διοσῶν· ἔστω δὲ κέκληται ἀπὸ τῆς Διονύσου αὐτόθι ἥσας χορείας, ὅτε ἀπὸ Ἰνδῶν ὑπέστρεφε. Quod autem scholia Callimachi meminerunt cujus autoritate sententiam stabiliunt, nihil eius autoris ad nos pervenit, quo certiorem lectorem reddere possimus. Idem quidem Callichori meminit Hymno in Cererem, non tamen hujus fluminis, sed putei celebrati apud Athenienses circa Eleusinem hoc versu:

Τῇς δ' ἐπὶ καλλιχόρῳ καμάδες καθήσατο φρητί.

Quo loco (ut hoc addamus) Franciscus quidam Robertellus alium versum substituit, videlicet

Τῇς δ' ἐπὶ καλλιστῷ Σικελῶν πόλιν ἤλυθες ἔνναι.

Sed si quis antecedentia cum hoc versu contulerit non malè videbit eo loci quadrare. Alij hoc carmen subdititium esse aut alibi infulciendum non malè æstimant: quos inter Nicolaus Loensis. Non enim Callimachus ibi Siciliæ locorum, sed errorum Cereris in Græciâ & Atticâ meminit, tandemq; ad Eleusinem ad puteum Callichorum perveniſſe, ibiq; lassam consedisse, utpote quæ fuerit:

ἀυσταλίῃ ἄποτός τε καὶ ἀφάατος· οὐδὲ λόεσκε.

Talis nimirum venit ad Eleusinem cum â Baubo & Metaneira susciperetur hospitio. Meminit hujus putei

tei Apollodorus Bibliothecæ, lib. I. *Dicit enim quod Ceres amissâ filiâ mortali adsimilata mulieri Eleusinem contendit, ac primo quidem Agelastum de suo mœrore appellatum non procul à Callichoro puteo insedit.* Clemens Alexandrinus in Protreptico: *Cùm erraret Ceres ad quærendam filiam Proserpinam circa Eleusinem (is enim est locus Atticæ) fatigatur & mœrore adfecta sedet super puteum. Hoc in hodiernum diem prohibetur ii, qui initiantur, ne videantur ii, qui sunt initiati mysterius, imitari eam quæ lugebat.* Quem in locum scholia incerti autoris sic habent: *Hunc puteum veteres appellabant* Καλλίχορον: *ut dubium sit an scholia in Apollonium, quo loco Callimachum citant, an de hoc puteo, an de flumine in Ponticò versus Callimachi ab illis advocatus loquatur: Sed & alter in Phocide locus est Panopeius appellatus quem Homerus (citante Pausaniâ) vocavit Callichorum.* Hermolaus lib. VI. c. I, *quem Plinius*, inquit, *Callichorum dicit, eum vocat Flaccus Callichroon: sed cum festam noctem actam eò loci dicat, etiam Callichorum defenderim quasi à choreis.* Respicit nempe verba Scholiastæ, Sed omnem ambiguitatem tollit Ammianus Marcellinus lib. XXII. Ille enim Ponticas res enarrans post aliquot gentium enarrationem sic infert: *Prætercursis partibus memoratis alio versum sunt fluenta Callichori ex facto cognominati, qui superatis post triennium Indicis nationibus ad eos tractus Liber reversus circa huius ripas nitidas & opacas Orgia pristina reparavit & choros. Trieterica hujusmodi sacra quidam existimant appellata. Hæc ille.*

v. 76. Abluit Eoo Rorantes Sanguine Thyrsos) Eleganter dictum à Poëta. Nam prope flumen Callichorum Liber, ab India revertens, choreas cum Thyadibus celebravit: ita ut puteus ille (teste Pausaniâ in Atticis) Callichoros dictus sit, eò quod ibi primum Eleusinæ mulieres chorum instituerunt, cecineruntque Deæ laudes. Confer Nonnum

in Dionysiacis. Item Clariss. Meursium de Pop. Attic.

v. 77. RUBRIQUE NOVISSIMA CLAUSTRA ÆQUORIS) Mare rubrum intelligit, vel sinum Arabicum, ab austro Mare Indicum, à Septentrione habens Mediterraneum. Mela lib. III. c. 7. *Rubrum vocant Graci, sive quia ejus coloris est sive quia ibi Erythras rex. gnavit* ἐρυθρὰν θάλασσαν *appellant: procellosum, asperum, profundum & magnorum animalium potius quam cetera capax.*

v. 83. INTEREA ET MAGNIS FATORUM LAUDIBUS IMPLET) quid de horum versuum ordine iuxta vet. cod. fidem differat videatur Carrio. Nos quia manuscripta non extant, nec cuiquam Eruditorum hoc seculo visa sunt, veterum Philosophorum verbum usurpamus: ἐπίχειμα.

v. 85. ARDENT AVIDOS ATTOLLERE VULTUS) Pervenére Minyæ, usq; ad tumulum Stheneli, qui in littore ad Cyaneas insulas exstructus è mari ipsis visus est. Lucem dat Apollonius huic loco, cujus verba v 913. lib. II. hæc sunt:

Ἔνθεν δὲ Σθενέλοιο πάχυν ἔδρακον ἀκτοχέλευθον
Ὅς ῥά τ' Ἀμαζονίδων πολυθαρσέϊ ἐν πολέμοιο
Ἀψ ἄϊον (δὴ γὰρ σφιν ἀλήλυθεν ἤρκαλέσσαι)
Ἐλθόμενον ἰῷ κεῖθεν ἐπ' ἀγχιάλοις θάπτεν ἀκταῖς.

v. 95. OMNIA MOPSUS DUM STUPET) malim OMINA: qua in voce sæpe Flaccus corruptus. Accidit idem aliis infinitis Poëtis ut late disquirit Canterus Nov. lection. lib. I. c. 8. Significat autem accepisse Minyas viso Stheneli tumulo portentum, unde sacra Manibus ejusdem facere instituerunt. Non autem caret observatione quod Poëta inquit statim sub occasum solis hoc factum. Tunc enim inferis immolare solebant veteres. Scholiastes Apoll. lib. I. Τοῖς μὲν καταιχομένοις ὡς περὶ ἡλίου δυσμὰς ἐναγίζουσι, τοῖς δὲ ἐρχομένοις ὡσ

ἀπὸ τῶν ἕω. ἀναπέμπουτ@ Ἥλίῳ. Scholiastes Æschyli in Εὐμενίσι. Ἐν τῇ μεσονυκτίῳ μόναις ἐφιππεύσιν ἀπαρχοντας. Immolabantur autem ut superis ἔντομα id est Castrata: ita Inferis ἔνδρχα id est, testiculata. Ideoq; Apollonius addit: v. 918. lib. II.

χύτλα τέ οἱ χεύοντο, καὶ ἠγίσσεν ἔντομα μήλων.

Rursus inferis deorsum in terram spectantes mactabant victimas: his resupinantes in cœlum. Nefas autem putant *Minyæ* tumulum hunc tacitè prætervehi: quoniam Diis Manibus sacra erant sepulchra: Unde & in Inscriptionibus ponebatur D. M. id est: Deorum Manium. Symposius interpres Apollonii Tyrii. *Pro meritis fabricant loculum ex ære collato & scripserunt DII. MANES. CIVES. TARSIÆ. VIRGINI. PRO. BENEFICIIS. PATRIS. EIVS. SEPVLCHRVM. EX. ÆRE. COLLATO. FECERVNT.*

v. 96. In Prima Tumulum Procul Adspicit Acta) lego *Acta* non *acta*. Ita enim tota quondam Attica nominabatur, quod maximam ejus partem mare attingat. Autor est Strabo lib. IX. vel ab *Actæone* sive *Actæo* Terrigenâ Rege. Testes Plinius Gellius, Solinus. Unde ἀκτικὸν μέλι Andromacho γαλήνην *mel Atticum*. Talem etiam locum procul dubio intelligit Virg. ubi inquit:

At procul in solâ secretæ Troades Actâ.

Unde Maserius pro quovis littore *Acten* accipi putat vel loco tali quem ubiq; mare cingit, dicitq; Strabonem in IX & X. Ἀκτὴν vertere litus.

v. 97. Obnubensque Caput Cineri Dat Vina Vocato) Veteres sacra facientes Diis & Deabus, caput tegebant, excepto solo Saturno, quod in superioribus semel atq; iterum notavi. Virg. Æn. III.

Et positis aris, jam vota in littore solves
Purpureo velare comas adopertus amictu.

Causam addit Servius. *Varro, à ritu, quod Romano ritu sacrificium famina cum faciunt, capita velant.* Ut in culpam merito veniat Demetrius Triclinius illud Pindari Olymp. Hymno VI. νυκτὸς ὑπαὶ θέλω sic edisserens Δίχα πυὸς ἐν τῇ κεφαλῇ καλύμματος· ἅτω ἦν ἐθὼ ἔχεσθ. Judæi ficut nunc etiam videre licet Deo supplicantes linteo caput obnubunt. Iidem veteres tribus digitis thura sacrificabant, quod Ovid. Fast. II. testatur.

Et digitis tria thura tribus sub' limine ponit.

Ubi *tribus digitis* nemo ab Ovidio fortuito positum existimet. Eo enim modo prisci thure litabant. Lactant. lib. V. *Nam cruciari atq; interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum iactare.*

v. 100. NOMENQUE RELIQUIT HARENIS) Idem narrat Apollon. lib. II. v. 929.

Αὐδιχα δ' ὡ χύτλων νησοτόω ἐπὶ κάνι
Βωμὸν δειμάιδμοι μηλ' ἔφλεγον ἂν δὲ κηὶ Ὀρφεὺς
Θῆκε λύρῃ, ἐκ δὲ ᾧ λύρῃ πέλει ὄνομα χάρη.

v. 103. ET FATIS TIBI TIPHY NEGATUM PARTHENIUM) De Parthenio vide Melam lib. II. cap. III. & Jacobum Nicol. Loensem Miscel. I. Epiphyll. lib. VI. cap. XVII. vel Tomum V. Thesauri Critici Gruteriani p. 510. ubi Parthenium disputat eundem fluvium esse cum Callichoro. Apollon. lib. II. v. 938

Καὶ δὴ παρθενίοιο ῥοὰς ἀλιμυρήεντος
Περιπίτνε ποταμὸ παρεμίτρεον· ὄφι κάρη
Λευκὸς ἄγρηθεν ὅτ' ἔρανον εἰσαναβαίνει
Ὄν δέμας ἰμερτοῖσιν ἀναψύχει ὑδατέσσιν.

Rationem appellationis eleganter vides adfignari, cujus Noster non meminit. Plura & explicatiora vide apud Scholiasten.

v. 104. FIDUS ET INOPI) Loca hæc Apollonius sic posita enarrat v. 942. lib. II.

Δυσαὶ

Νυκτὶ ἔπειτ' ἄλλῃκτον ἐπισσεύασε θεόντε
Σήσαμον, αἰπεινάς τε παρεξενέοντ' ἐελδίνας,
Κρωβίαλον, κρώμναντε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.
Ενθάδε ὥτε κάρμβοιν ἅμ' ἠελίοιο βολῆσι
Γνάμψαντες, παρὰ πυλὼ ἔπειτ' ἤλασιον ἐρετμοῖς
Αἰγιαλὸν, ὡς ὅτε ἦμαρ ὁμῶς, καὶ ἐπ' ἤματι νύκτα.

Pro *Inopi* alij legunt *Inopia*, Hermolaus tamen Inopi legit, tametsi etiam *Inopia* legatur. Ceterum Inopus amnis producta primâ & mediâ in Delo erat ut inquit Pausanias. Adi Plin. lib. II. Est Deli inquit Strabo lib. II. *Cinthus mons sublimis & asper, amnisq; per insulam non quidem maximus labitur Inopus nomine hic Dianam & Apollinem Latona peperit ideo locus tribus gratus est numinibus.* Adi Cœl. Rhodigin. lib. VI. De Crobialo autem cujus Noster meminit v. 102. Hermolaus in Plin. lib. VI. c. I. sic habet : *Bylaum amnē videtur Valer. Flaccus Cobyllum vocasse initium Paphlagoniæ constituens: ipse tamen in versu illo non de Bilæo amne intellego, sed Crobiali scribendum censeo ex illo Apollonii.*

Κρωβίαλον κρώμναντε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.

Strabo Gobialon vocat, nisi mendum subsit. Confer Scholiasten Apollonij ad citatum versum.

v. 109. Stat Opima Sinope Nympha Prius) Fabulam quam Noster è longinquo attingit, prolixius exponit Apollonius v. 948.

Αὐτίκα δ' Ἀσωπέος ἐπέβαν χθονός. ἔνθα Σινώπῃ
Θυγατέρ' Ἀσωποῖο καλλιστεφάνου, καὶ οἱ ὄπασσε
Παρθενίλω ζώειν ὥτε νύμφῃσι δολωθείς. &c.

Est autem hæc: Sinope Asopi filia à Iove adamata, adq; actus illicitos ab illo sollicitata est. Sed illa dolo intentatam impudicitiam præveniens petijt.

Perpetuo gaudere omni sine labe pudore.

Ille cum annuisset principio petitionis, nec dolum hunc subesse ratus fuisset, adnuit voto, & delusus est.

Idem accidit cum Apolline & Haly ut Apollonius addit v. 953.

Ὡς δὲ καὶ Ἀπόλλωνα παρήπαφεν Ἀνηθὴνις
Ἰέμβριον πατέοντ' ἐπὶ τοῖς Ἄλιον.

Nestor. v. 112.

---- ---- ---- *deceptus amatæ*
Fraude Deæ nec solus Halys, nec solus Apollo.

v. 113. ADDIDIT HIC CASU COMITES FORTUNA BENIGNO) Hi modo enumerandi à Poeta post bella Amazonum relicti visâ Iasonis classe, ab illo socij navigationis lecti sunt. Apollonius clarius Nostro v. 957.

Ἔνθα δὲ τξικκαίου ἀγαυὸν δηϊμάχοιο
Υἷες, Δηϊλέοντα καὶ Αὐτόλυκον, φλογίοσσα
Τήμου ὀϊσθ' Ἡρακλῆϊ λοπαλαγχθέντος ἑταίρου, &c.

Autolytum alij habent: sed nos Apollonij ductum sequimur, cujus Valerius Noster Argonautica exprimere voluit, Strabonis menda, unde Autolyti nomen manavit, nil morati. Tres autem eo nomine à Scriptoribus numerantur. Hujus qui Iasoni comes fuit meminerunt præter Apollonium, Appianus in Mithridaticâ, Plutarchus in Lucullo: [& alij: Hermolaus præsertim cujus verba hæc sunt: *Scribo inquit Autolycon ex Pausania qui statuam hujus Athenis in Prytaneo fuisse autor est. Fuit & apud Strabonem Autolycus comes Iasonis & conditor Siriopes, Deimachi filius ut Apollonio quoq; placet cujus simulacrum Lucullus victor inde abstulit. Nam hic de Autolico Mercurij (sive ut Homero & Platoni I. de rep. placet) Deucalionis filio & materno Ulyssis avo, ineptissimum est intelligere.* Hactenus ille. Gesnerus in Onomastico cum prius esset locutus de Autolyco Pantacriaste addit Plinium meminisse hujus artificis lib. XXXIV. c. 8. Nam artificem fuisse nusquam opinor legitur, nisi per artificem athletam intelligas. Vide hac de re Græca Appiani. *Alter hujus nominis Autolycus*

tolycus Parnassi fuit incola, Mercuriq, filius dicebatur, cùm reverà fuerit Dædalionis. Autor est Pausanias (Nam Dædalionem ejus avum scribit Ovidius in Metam. non patrem ut Pausanias in Arcadicis.) Αὐτόλυκος λεγόμενος μὲν ἕρκει πατὴς εἶναι Δαιδαλίωνος δὲ ὢν τῇ ἀληθείᾳ λέγω. Meminerunt etiam Homerus & Plato Rep. I. qui ibi addit fuisse eum avum Ulyssis. Κινδυνεύεις, inquit, παρ' Ὁμήρῳ μεμαθηκέναι αὐτό. καὶ γὰρ ἐκείνου τὸν τῆς Ὀδυσσέως μητρὸς πάππον αὐτόλυκον ἀγαπᾶτε καὶ φησὶν αὐτὸν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους κεκάσθαι κλεπτοσύνῃ τ' ὀρκῳτε. Locus Homeri extat Odyss. τ'. Eustathius vero Mercurii filium dicit: Αὐτόλυκος υἱὸς ἑρμοῦ καὶ πλαυγὼς θυγατρὸς ἐυῤῥόης. Didymus Scholiast. Homeri: φιλονικεῖ ὁ δηϊόνου θυγάτηρ οἰκεῖσθαι Παρνασσὸν ὃν αὐτῷ παρελέχθη καὶ Ἀπόλλωνι &c. Ovidius Chionem ejus matrem vocat. Higynus utrumq; nomen ponit. Vide de eodem Autolyco Scholiasten Sophoclis in illud ex Ajace Mastigophoro ἢ πᾶς ἀσπὶς σιτυφιδᾶν γενεᾶς ἐφ'. *De Tertio Autolyco* Pancratiasta Lyconis filio Xenophon in Sympolio: Καλλίας δὲ ὁ ἱππονίκης ἐρῶν ἐτύγχανεν αὐτολύκου παιδὸς ὄντος, καὶ νικήσαντα αὐτὸν παγκράτιον, ἦκεν ἄγων ἐπὶ τὼ θεώ. Item: Ὡς μὲν φιλόπαις ἐστὶν ἐκ ἄδηλον, ὃς δὲ κηρυχθήναι ἕνεκα νικῶν παγκράτων, πολλὰς μὲν πόνους πολλὰ δὲ ἄλγη ἀνέχεται. Plinius lib. XXXIV. c. 8. *Leocrates fecit puerum Autolycum Pancratio victorem, per quem Xenophon συμποσίων scripsit.* Pausanias in Bœoticis: Αὐτολύκῳ τῷ παγκρατιάσαντι, τὴν δὲ καὶ εἰκόνα ἰδὼν οἶδα ἐν πρυτανείῳ τῷ Ἀθηναίων τέτῳ τῷ ἀνδριάντι ἀμφισβήτησιν, ὅτε δὴ κτήματος ἐπεγνώσθη ἦλθεν ὁ παρὰ πάτης. Idem in Atticis: πλησίον δὲ πρυτανεῖόν ἐστιν, ὧ ᾧ, ἀνδριάντες ἕστᾶσιν καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής. Cæterum de 4 his Jasonis Comitibus vide Scholiasten ad v 390. lib II.

v. 124. Per Caspia Claustra Triumfo Massageten) Caspiani Scythis proximi sinum

Caspium cingunt. Mela lib. I. cap. 2. *Super Scythas Scytharumq; deserta ac super Caspium sinum populi sunt; Comari, Massagetæ, Caduſii, Hyrcani, Iberi.* Idem d. l. *Massagetæ potum bibunt è pomis expressum;* de quorum moribus Cœlius Rhodig. lib. X. latissimè agit. Confer Strab. lib. II. Solinum c. 62. Papinius Achilleide scribit eos equorum sanguinem lacte mistum potare

Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceo.

Sic Claudianus:

Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes.

De Massagetis quoq; Strabo hoc notat lib. II. Geogr. quod mortis genus optimum censeant si senes cum carnibus ovillis in frusta concidantur, unaq; devorentur. Illos vero qui è morbo decedunt quod abijciant tanquam impios & dignos qui à feris vorentur. Cæterum de Caspiis Portis confer inferius lib. VI. vers. 107.

v. 132. BELLIQVE LABORES VIRGINEI) Pugnam Amazonum intelligit, quas primo omnium Equis usas fuisse Lysias orator tradidit. Ideoq; noster versu sequenti

— — — excideret frenis quæ prima remissis.

Illæ roboris gratiâ cum alia loca percurriſſent, tum Atticam etiam; vix ibi tandē vinci potuerunt. Isocrates in Panegyrico. Ἐπὶ γὰρ Πιτθεῖ τῆς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἦλθον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν Θρᾴκες μὲν μετ' εὐμόλπου καὶ Ποσειδῶνος υἱοῦ, οἱ δὲ μετ' Ἀμαζόνων τῶν Ἄρεως θυγατέρων. οὐχ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλὰ καθ' ὃν ἑκάτεροι τῆς εὐρώπης ἐπῆρχον μισοῦντες μὲν ἅπαν τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος &c. Demosthenes etiam ἐπιτάφιῳ· Καὶ γὰρ τὸν Ἀμαζόνων στρατὸν ἐλθόντα ἐκφοβῆσαν οὕτως, ὡς ἐξωθεῖσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων. Commiserunt autem Amazones sua signa quo Isocrates digitum intendit juxta

juxta Pnycem. Erat autem Pnyx locus juxta ipsam Athenienſium arcem priſcâ ſimplicitate exſtructus, nullam Theatri magnificentiam referens. Pollux lib. IIX. cap. X. Πνὺξ δὲ ἦν χωρίον πρὸς τῷ ἀκροπόλει, κατεσκευασμένον· καπὶ παλαιᾶς ἀπλότητος οὐκ εἰς θέατρα πανηγυρικά. Plutarchus in Theſeo loquens de Amazonibus hunc locum indigitat, οὐ πρόσω δὲ ἵδρυσαν, οὐδὲ τῇ μάχῃ σωθῆναι δυνηθεῖσαι, περὶ τὸν Πύκα καὶ τὸ Μουσεῖον. Honorificus item locus Athenis erat juxta Chalcodontis herois fanum, ubi ſepulcra eorum erant qui in prælio contra Amazones ceciderant, *Piraica* appellata: quia nimirum per illam Piræëum iretur. Plutarchus Theſeo. Μαχεσαμένοις δὲ πρὸς τοῦτο τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ Μουσείου τοῖς Ἀμαζόσι συμπίπτοντας, μέχρι τῶν πυλῶν τῶν περὶ τὸν πλατεῖαν εἶναι τὸν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ χαλκώδοντος ἡρῷον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζεσι.

v. 134. Semianimem Patrius Quam Vexerit Amnis In Æquor) Ægæum mare intelligit, in quo Ægæa Amazonum regina periit. Feſtus: *Ægeum mare appellatur, quod crebra in eo ſint inſula, ut procul adſpicientibus ſpecies caprarum videantur. ſive quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit, ſive quod in eo Ægeus Theſei pater ſe præcipitaverit.* Aliam Amazonum Reginam facit Apollon. v. 1001.

v. 135. Quæ pelta Latus Atque humeros Nudata Pharetris) Pelta ſcutum breve eſt dicente Feſto Formam ejus deſcribit Xenophon apud Julium Pollucem lib. I. Onom. c. 10. §. 6 πέλτη Ἀμαζονικὴ ὡς φησὶ Ξενοφῶν περιοικυῖα κιττῷ πτελέᾳ. i. e. Hederæ folio ſimilis eſt. Quæ verba tranſcribſit. Cæl. Rhodiginus lib. X. c. 4. Plin. lib. XII. v. 5. *Foliorum (ficus Indicæ) latitudo, pelle Amazonica effigiem habet.* Lictatius autem Placid. lib. V. Stat. Theb. *Scuta Amazo-*

num quas peltas appellant, in modum Lunæ formatæ sunt. Claud. II. de raptu.

Qualis Amazonidum peltis exultat ademtis
Pulchra cohors,

Frustra nimis --Criticus Scalig. restituit:

Qualis Amazonidum positis agit agmina peltis
Pulchra cohors.

Stat. lib. V. Silv. I.

Vellet Amazoniâ latus intercludere peltâ.

v. 139. QUO BALTEUS ARSERIT AURO) Solebant olim Veteres in militiam ituri baltheum gestare, inq; eo alligare enses. Virgil. Æn. XII.

----- ----humero cum baltheus alto
Apparet.

Et libro Nono:

Sic ait illacrymans, humero simul exuit ensem
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon,
Gnosius, atq; habilem vaginâ aptarat eburnâ.

Homeri Scholiastes Iliad. γ. Τὰς ἀσπίδας ἀφ' τελαμώνων ἐφόρουν, ὡς καὶ τὸ ξίφος. Philostratus junior in Imaginibus Μαχαίρας δὲ τὰς χειρῶν (legunt alii πλευρῶν) ἐζώσαντο χρυσᾶς, ἀργυρῶν τελαμώνων κατηχόντων αὐτάς. Circa humerum autem baltheum istum gestabant. Hesiodus ἀσπίδι.

Ὡμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἦορ ἔκειτο.
Χάλκεον ὃν τελαμῶνα.

Eum etiam Dilimnitarum morem narrat Agathias lib. III. Ζυσάμενοι δὲ ἱππόφορβιτιν καὶ σαγίσματα, καὶ ξίφη ἀκρεμὲς ἀπὸ τῶν ὤμων.

v. 140. NOCTE SUB EXTREMA CLAUSIT TELLURIS AB ANTRIS) Apollonius idem habet lib. v. 1002.

——— ——— ἤματα δ' ἄλλα
Νυκτὶ ὑπαλομένῃ χαλύβων παρὰ γαῖαν ἔκειτο.

Inter-

Interserit autem nonnulla à Flaccianis diversa de Amazonibus à v. 962. ad v. 1001.

v. 147. INDE GENETÆI RUPES JOVIS) Lego cum Angelo Politiano hunc versum:

Inde Genetæi rupem Jovis, hinc Tibarenum.

Ut sensus sit: post Chalybas, promontorium Genetæi Jovis dant post terga, hoc est præternavigant, tùm virides lacus Tibarenorum. Malim autem, hunc versum ita scribi quia Tibarenorum meminit Apollonius v. 1011.

Τὸς δὲ μετ' αὐτικ' ἔπειτα χυτάιης διὸς ἄκρην
Γάμψαντες, σώσντο πυρὶξ πεδελωίδα γαῖαν.

Dictum autem Genetæum promontorium à Genete fluvio in quo templum fuit Jovis hospitalis quod & Apollonius innuit. *Virides vere lacus* eleganter dixit Valerius ob pascua. Orpheus etiam Tibarenos statim post Chalybas nominat, quos Tibarnos appellat Strabo, Mela lib. I. cap. XXI. *Tybareni inquit Chalybas attingunt quibus in risu luxuq; omne bonum est.* Hæc Politiani opinionem eleganter confirmant. Sed si *Tibarnos* cum Strabone legentes (more Poetis non inusitato ut vocalem subtrahant) pro Timavos legeremus: *Inde Tibarnos.* Certè versui sua constaret elegantia, quem aliâs superiori lectione depravari necesse est. Et video inclinare in eam sententiam Politissimum Juvenem Christoph. Bulæum.

v. 148. UBI DESIDE MITRÂ FETA LIGAT PARTUQUE VIRUM FOVET IPSA SOLUTO) Mos Tibarenorum, quem Poeta attingit ab Apollonio sic describitur. v. 1012.

Ενθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωσ') ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες
Αὐτοὶ μὲν τενάχωσιν ἐνὶ λεχέεσι πεσόντες
Κρατὶ δηπύνθμοι ἕαδ' εὐκομέωσιν ἑδωδὴ
Ἀνέρες, ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.

Est autem hic: In more illis positum fuit (teste etiam

Nym-

Nymphodoro) ut cum uxores enixæ fuissent, in illarum loco mariti, tanquam puerperæ accuratissimè curarentur. Scholiastes: οἱ δὲ τῆ τῶν τιθαρηνῶν γῆ οἱ γυναῖκες ὅταν τέκωσι, τημελῶσι τὰς ἄνδρας ὥσπερ λεχὼς· ὡς ἱστορεῖ ὁ Νυμφόδωρος ἐν τοῖς νόμοις. Consule Cælium Rhodig. lib. XIIX. c. 30. & Centur. I. Joan. Hartungi, capite de ritibus.

v. 151. MOSSYNCHI VOS ET STABULIS MACRONES) Cur Mossynchi? cum Apollonius habeat Μοσσύνοικοι v. 1018?

Ἦ ἔνι Μοσσύνοικοι ἄν᾽ οὔρεα ναιετάουσι
Μοσσύνας.

Carrio veteris cujusdam codicis auctoritate excusat verbo *Mossynni*, quod & à Melâ ita usurpatum dicit. Consulat ejus scholia Lector. Quem autem versum Græcum cum Jac. Mycillo allegat, nuspiam me memini legere. Certè non apud Apollonium, cujus ille hunc putat. *Macrones* ponuntur pro *Magrones*: ut Lygurgus pro Lycurgus idq; ob adenitatem literarum C. & G. quod pulchrè Carrio deducit, aliàs harum delicisrum non adeo curiosus. Vide de his Populis Strabonem. Stephanus Tibarenis proximos Mossynœcos & Chalybes facit. Ammianus post *Tibarenos*, *Chalybes*, *Bizares & Sapyres & Mossynœcos & Macrones & Philyres* ponit.

v. 152. BYCERESQUE VAGI PHILYRÆQUE à NOMINE DICTA) *Bizeres* legendum non *Bytheræ* vel *Bizares*. Sic enim Apoll. lib. II. v. 397.

ἐξείης δὲ σιδήρεια ἔπλετο σφίσι ναιετάουσι
Βιζηρες δ᾽ ἔπι τοῖσιν ὁμώλακες. Confer etiam v. 1241. *Philyres* populi his vicini à Geographis constituuntur, item ab Apollonio v. 394. lib. II.

Νῆσον δὲ παρέπλωσι κραὶ ἠπείροιο περαίης
Φίρβοντες φίλυρες.

De quibus Scholiastes; Μετὰ δὲ τὴν νῆσον καὶ τὴν περαίαν

ἐδ ἡ ἦν δικαίαν οἱ φίλυρες, ὑπὸ ἄνω δὲ τῶν φιλύρων καὶ ἔμπροσθεν εἰσιν οἱ μάκρωνες, ἔθνος σκυθικὸν ἄπαικον τῶν εὐξείνων· ἡ γὰρ εὐδοία καὶ μάκελις, ἐκαλεῖτο Δημήτηρ ὑπὸ τινων. Τῆς δὲ νήσου τῆς Ἀρητιάδος ἔμπροσθεν καὶ τῆς κύπρου τὸ ἀνατολικὸν γῆς ὀκκαν φίλυρα οἱ ἐκλήθησαν ὑπὸ φιλύρας τῆς ὠκεανοῦ θυγατρὸς, γαμετῆς δὲ κρόνου, μητρὸς δὲ χείρωνος· ἐντεῦθεν Δημητρώσης, Atq; hinc Valerii sequentem versum licet intelligere:

Littora quæ cornu pepulit Saturnus equino.

Fuit enim Philyra filia Oceani, uxor Saturni, mater Chironis. Fabula autem quam Noster tangit ab Apollonio fusius exponitur, Cum enim Saturnus Philyræ amicæ commixtus fuisset, decepta conjuge: Diva furtum deprehendens statim adstitit. Ille lecto surgens in Equum se transformavit. Virgo autem Oceanis *Philyra* terram illam relinquens Thessaliæ montes petiit, ubi *Chironã* peperit horrendum monstrum cujus altera pars Equum, altera Deum referebat. Verba Apollonii vide vers. 1236. lib II. Cæterum non possum hic non meminisse celeberrimæ Philyréæ, quam ego matrem meam appellare solco ob ampissima beneficia, quibus me & cives & præceptores ejus loci uberrimè adfecerunt: alteram illam in quâ me juvenis sustentabam verè pro novercâ reputans. Dicitur ita *Academia Lipsica sub Electore Saxonico*, *cujus etymon* subinde scisciatus sum, nec sufficientem rationem inveni nisi quod ibi Tilietum olim fuisse (imo etiamnum prope urbem esse) reperio. Phylira enim (priore literâ pery) tiliam significat. Unde & locus amœnissimus & Academiæ aptissimus. De hac Academiâ verè dixerim, eam ut reliquis omnibus in Germaniâ vetustiorem: ita legibus & Statutis, civilitate etiam incolarum, venustiorem esse, dignamq; quæ ob

id

id cumprimis adametur. Ego me omnia illi mea debere ingenuè fateor.

v.154. SÆVUMQUE CUBILE PROMETHEI CERNITUR) quæ de Prometheo & ejus per Herculem liberatione supra lib. IV. v. 66. diximus, adi & confer. Per sequentia verba *moribunda Alitis* Aquilam intelligit. Eadem habet Apollonius lib. II. v. 1253.

v.178. CŒPERAT OPTATOS JAM LUX OSTENDERE COLCHOS) Pervenêre jam tandem Minyæ ad optatum locum, regnum Colchorum de quo Apollon. lib. II. sub finem agit v. 1264.

Ἐννύχιοι δ' Ἀργῶ ἀλήμοσιν ἤεσθε
Φᾶσιν τ' εὐρυρέοντα, καὶ ἔκλαγε πείρατα πόντου.

Sed quæ hic Apollonius a versu 1032. ad vers. dictum 1264. de avibus Stymphalidibus earumq; cum Minyis pugna interserta habet, item de quatuor Phryxi Regis natis, naufragium passis & ab Iasone in navis collegium adscitis: de his omnibus Valerius nihil tangit, nisi quod paulò infra aliquid de Phryxi natis addat.

v.179. MAGNUS UBI ADVERSUM SPUMANTI PHASIS ORE RUIT) Egregiè dicitur *spumanti ore*. Hoc enim & in vulgus nautarum nimisquam notum, quod ubi duo maria concurrunt turbo vel vortex aliquis navigationem periculosam faciat, ut magna vi Nautæ interdum ea loca transmittere cogantur, etiamsi flumina alias sint placidissima. Et quid hoc aliud est quàm quod Apollonius dixit v. 1269.

——— ——— ἐυπερὸ πόντου
Καχλάζων ὑπόειξεν. id est:

Et stridens retro fugit amnis in undis.

Ubi itidem os fluvij hujus sonorum facit. Fuisse alias Phasin flumen placidum, nec violenti cursus libenter largimur Auc. Nicolao Loensi, qui ob hoc verbum sinistrè acceptum, Valerium exagitare non dubitat.

Nam

Nam de *ore* noster loquitur, non de toto mari. Oritur autem Phasis ex Moschorum montibus si Plinio & Solino credimus. Magnitudo ejus ex Plinij verbis concipitur. *Navigatur Phasis, inquit, quamlibet magnis navigiis XXXVIII. M. D. P. inde minoribus longo spacio pontibus CXX perviis, opida in ripis habuit complura, celeberrimum Tyritacem, Cycnum, & in faucibus Phasin, maximè autem inclaruit Æa XV. M. D. à mare, ubi Hippius & Cyanos vasti amnes è diverso in eum confluunt. Nunc habet Surium tantum & ipsum ab amne influente cognominatum, usquequo maximè magnarum navium esse capacem diximus. Et alios accipit fluvios magnitudine numerosq; numerabiles, inter quos Glaucum, in ora eius Insula sine nomine: Abest Absaro LXXV. mil. P. Inde aliud flumen Charien.* Hactenus Plin. Strabo contra dicit Phasin ortum ex Armenia ducere, *qui per angustias Colchorum labens CXX pontibus pertransitur qui propter flexiones asper ac violentus in Colchidem defertur convallib⁹ torrentibus multo imbri adauctis.* (Quo quid clarius dici potuit?) *Is ex imminentibus montibus auctus multis fontibus impletur, ac postquam in campos venit, alia in se recipit flumina, è quibus est Glaucus & Hippus. Auctus vero & navigabilis factus exit in Pontū. Secus eum urbs iacet eiusdē nominis & lacus non procul. Urbs ipsa Colchorum emporium est, quod ulia ex parte amne pracingitur, alia lacu, alia mari.* Fuit autem Phasis, Colchi, ejus qui regioni nomen dedit pater, ut ait Eustathius: regio autem locorum illi adiacentium, ut Diodoro & alijs placet Phasiane vocatur. ab hac & Phasiani dicuntur aves, quoniam ea regio ijs plurimum abundat. Eæ aves Phasides Hieronymo subinde vocantur. Est & Phasiane Dea indigenis, de qua pluribus Arrhianus in Pontica periplo.

v. 179. Magnus Ubi Adversum Phasis In Æquor Ore Ruit) Magnum vocat quem Apollon. εὐρυρέοντα. v. 1264.

Ἐννύχιοι δ' ἄρ' ἔπειτα ἀλήμονα πλωτῆρες ἵκοντο
Φᾶσιν τ' εὐρυρέοντα id est latifluum.

Et postea.

——— ——— ὦκα δ' ἐρετμοῖς
Εἰσέλασαν ποταμοῖο μέγαν ῥόον.

Orpheus ita hunc fluvium describit in Argonaut.

Ἵκετο δ' ἐπὶ πνοιῆς ἀνέμου πλησίον ἄρμα
Ὄρθριον ἐρχομένης νύκτ' ἐπ' ἀπείρονα κόσμον.
ἔστερ' ἐπ' ἀξείνης φάσιν κατὰ καλλιρέεθρον
Ἀγκαῖον δ' ἀνόγει παραμφάμενον ἐπέεσσι
Λίμνας τε τελέσσαν καὶ ἐπ' ἴκελον αὖδι χαλάσσας
ἔσσαν ἀνακλίναντες ὑπ' ἐρεσσάμενοι δὲ νέεσθαι
Αὐτὰρ ἐπὶ ποταμοῖο μέγα στόμα πρῆσεν ἰόντα
Ἰκόμεθ'.

Aliam descriptionem Arrhianus habet in Pontica Periplo nō auritus modo sed & oculatus testis, cujus verba Græca nō adscribo, ne Typothetis nimiū negocii faciā satis aliās morosis. Latina sunt: *Nonaginta stadia ad Mogrum sunt & Isium. Et hic etiam est navium capax, indeq; in Phasin navigio delati sumus, distantem à Mogro nonaginta stadios. Omnium autem fluminum quæ novi, hoc levissimam aquam præbet, colore maximè peregrino seu ab aliis variante aquis. Levitatem autem ejus velut libramento quis facile conjecturaverit ex hoc, quod supernatet marinæ aquæ, neq; illi admisceatur. Quemadmodum Titaresium Homerus fluere in Penеum amnem desuper, quasi oleum quod si quis intingat in superficie fluentem, dulcem aquam sursum trahet, sin vero in profundum urnam demiserit salsam; & certè universum Ponticum dulcioris est aquæ, quam exterius est mare. Cujus quidem rei causa est hæc, quod circa hoc mare tot flumina sunt in illud decurrentia, ut neq; multitudine neq; magnitudine sint mensurabilia. Signum autem dulcedinis ejus est quod maris accolæ pecora sua omnia ad id aquatum deducunt, quæ ex eo bibunt:*

bunt: videntur autem ex eo bibere suaviter salubrioremq; amnem iis & potum, magisq; proficuum quàm si penitus dulci aquâ uterentur. Color autem Phasidi est tanquam si stagno aut plumbo tincta esset eius aqua. Si quando autem consistit purissima limpidissimaq; fit. Statutum quoq; est, ne quis navigantium cum navim intrant aliam aquam inferat: sed quando in eum intrant tunc in fluentem jubentur eam quam habent in suis navigiis effundere. Quod si hoc neglexerint non feliciter navigabunt. Aqua autem Phasidos non putrescit, sed manet incorrupta & sincera ultra X. annos, imo in dulciorem potius saporem commutatur. Hæc ille. Per Æquor autem Valerius Pontum Euxinum intelligit.

v. 183. Alipedum Juno Juga Sistit Equorum) Equorum nomine aliquando nuncupari solent naves maximè à Poetis. Euripidis Scholiastes Phœnissis: Ἱππεύειν αἱ νῆες δοκοῦσιν ὀχήματος τρόπον. Pherecydes, Ἱππεῖος δὲ (ὁ Ποσειδὼν λέγεται) διὰ τὸ χρῆσθαι αὐτὸν τῇ Αἰγαίῳ θαλάττῃ ὁδῷ εἶναι, καθάπερ ἵπποις ἡμῶν ταῖς νηυσὶ χρώμενον. Eadem de causâ ναυσὶν ἱππικὰ Sophocles in Electrâ dixit: Inde apud Plautum Rud. act. 1.

Nempe equo ligneo per vias caruleas
Estis vectæ.

Hinc ναυτίλων ὀχήματα Æschylus τεθρ. δεσμ. θαλασσόπλαγκτα δ' ἔπης ἄλκα ἀντ' ἐμοῦ Λιόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα. Theodoretus Ὄχημα ναυτίλιον dixit de Provid. Dei Orat. IV. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ὕδασι τὴν εἰσοδον ἐπετέχνασε, ὄχημα θαλάττιον τὸ σκάφος ἀπέφηνε. Augustinus vertit vehicula marina de Doctr. Christ. lib I. cap. IV.

v. 185. Flumina Cognati Medio Videt Aggere Phryxi) Jason cognatum sibi vocat Phryxum, à quo quatuor Juvenes progeniti ab eodem socii navigationis adsciti sunt ut ex Apollonio supra quoq;

indicavimus. Cæterum de consanguinitate Phryxi ita Apoll. v. 1162.

——— αὐτὰρ ὑποσὼν
Ἐξαῦτις κῦμ᾽ ὀρέξαν ἀμείψατο τοῖς δ᾽ ἐπέεσσιν
Ἦ ἄρα δὴ γναπτοὶ πατρῴοις ἄμμιν ἔασιν. Et mox:
Κρηθεὺς ἦτ᾽ Ἀθάμας τε κασιγνήτοι μεγάαυτ
Κρηθῆϊ δ᾽ ὁμοὺς ἐγώ. σοὶ τοῖσι δ᾽ ἑταίροις
Ἐκκάδε ἐξ αὐτῆς νέομ᾽ ἐς πόλιν αἰήτεω.

v. 198, TUMULO NEQUIDQUAM CONDITA INANI) Solebant veteres olim Cenotaphia in honorem magnorum virorum erigere ad quæ memoriam eorum recolebant. Callimachus Epigr. 22.

—εἰν ἅλι τε φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ᾽ ἐμεῖτε
Οὔνομα κοὐ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Agathias.

Καὶ λίτομον παρὰ τύμβον, φίλῳ καπύλεξον ἀκοίτῃ
σὸν τόδ᾽ ἐμῷ λευσοῖς πατρίδα δεπαλίην,
Κάτθανε σὴ παρόκοιτις, ἔχει δέ μιν ὀχθοτὶ θάμβος
Αἰ αῖ, βοστρεφέης ἐκλύσθη ἠΐονος,
Ἀλλά μοι αὐτόθι τεῦχε κενήριον ἐκλυδι σεῶ,
ὄφρ᾽ ἀναμιμνήσῃ τῆς ποτὲ κερδοσύνης.

Xenophon Expeditionis Cyri lib. VI. οἱ δὲ τῶν ὁδῶν σωεγκόντες ἔθαψαν ὡς τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἰδύναντο κάλλιστα· ἔς δὲ μνῆμα ἕκαστον ἐπέθεσαν λίθον μέγα, καὶ πυρὸν μεγάλῳ, καὶ στέφανος ἐπέθεσαν. Papin. Thebaid. lib. XII.

Quin fugitis dum tuta via est, Lernamq; reverſæ
Nomina, quod ſupereſt vacuis datis orba ſepulchris
Abſentesq; animas ad inania buſta vocatis?

Ovidius Metam. XI.

Et ſæpè in tumulis ſine corpore nomina legi.

Virgil. lib. III.

Solem

Solemnes tum forte dapes & triſtia dona
Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum viridi quem ceſpite inanem
Et geminis cauſam lacrumis ſacraverat aras.

Suetonius in vitis Cæſarum *Honorarium tumulum* vocat. lib. V. c. I. *Cæterum exercitus honorarium ei tumulum exitavit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret Galliarumq; civitates publicè ſupplicarent.*

v. 204. FECUNDI PROLES JOVIS ORTE NIVALI ARCADOS AXE) Phaſin intelligit ex Armenia ortum trahentem, ut ſupra ex Strabone declaravimus. Elegantèr autem *prolem Iovis* vocat: quia talem attributionem Homerus & alij fluvijs, & peremnibus & torrentibus plerumq; addunt, διοτρεφεῖς vocantes. Grämatici quidem in jugibus & torrentibus aquis cœleſtibus increſcentes interpretantur, præterquam in Nilo quâ neq; ningit, neq; pluit. Palladiam vero ratem v. 206. vocat cujus Pallas tutelam gerebat, ut ſupra indicavimus, & Noſter meminit v. 183.

v. 209. ET PATER AURATO QUANTUS JACET INACHUS ANTRO) Poëtæ magnos fluvios *Patres* vocant, velut aliorum parentes idq; honoris cauſâ ut nonnulli cenſent: Turnebus ut Deos ſic appellari æſtimat. Euripides in Hecubâ: Ἐγὼ τὸν καλλίνικον ὕδατος πατέρ' φασὶν Ἀσίδωνος πλάθει λικμᾶνειν

v. 210. ATQUE ILLI DEXTRA SINE VERSA MAGISTRI PROTENUS IN PRORAM REDIIT RATIS) Nautæ ad littus aliquod appellentes navim in proram convertebant: non ſolum ut ad reditū, aut aliam navigationem parati eſſent, verum etiam id ſibi ominantes. Virgil. lib. VI. Æneid.

Obvertunt pelago proras ---- ----

Nam longius erant progreſſuri ad agrum ſcil. Laurentem.

v.217. INCIPE NUNC ALIOS CANTUS DEA) Ab hoc loco Apollonius tertiũ librum incipit statim commemorans quid Iason tùm blandis dictis, tùm deinde vi apud Regem Colchorum de aureo vellere tentarit, & quomodo Medea filia regia, amore Iasonis exarserit viamq; per artem Magicam ad aureum vellus aperuerit. Quod autem Noster de ariete Phryxi addit & quomodo vellus hoc in regnum Colchorum pervenerit, Apollonius narrat lib. II. v.

Αιολίδῃ φέλξον πὺ ἀφ' ἑλλάδ@ αἶαν ἰκέσθαι
Ατρεκέως δοκίω τῳ, ἀκήρατε κῆμ πάρ@ αὐτὴ
Φέλξον, ὅπῃ πτολίεθρον ἀνήλυθεν αἰήταο
Κεῖν' ἐπιμηχεσάμης' τὸν ῥα χρύσειον ἔθηκεν
Ερμείας, κῶας δ' ἦμὶ εἰσέτι νῦν κεν ἴδοισθε,
Πεπταμένον λάσιόισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσι.
Τὸν μὲν ἔπειτ' ἔφεζεν ἐῆς ὑποθημοσύνῃσιν
Φυξίμ@ ἠὲ πάντων κεφαλὴ διί &c. Sequente versu ei Da idem est quod *Nuncia*.

v.230. ARDENTI QUERCUM COMPLEXA METALLO) de ariete ait seu aureo vellere, de quercu suspenso. Apollon. lib. II. v. 1147.

——— ——— τὸν ῥα χρύσειον ἔθηκεν
Ερμείας, κῶας δὲ κῆμ εἰσέτι νῦν κεν ἴδοισθε
Πεπταμένον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσι.

v.231. SOCERUMQUE EXTERRUIT INGENS) Intelligit per socerum Regem Colchorum Æeten, qui Phryxo exuli Chalciopen in matrimonium dederat, cujus apud Apollonium mentio v. 1153.

——— ——— καί μιν ἔδεκτο
Αιήτης μεγάρῳ, κύριόν τέ οἱ ἐγγυάλιξε
χαλκιόπην ἀνάεδνον ἐϋφροσύνῃσι νόοιο.

traduntur autem apud eundem Phryxi & Chalciopes 4. filii, *Argus*, *Phrontis*, *Melas*, *Cytisorus*.

v.239. MEDEA CHOROS) Medea filia Æetæ regis Colchorum, Iasonis amore exardens, cum de au-

180

reo vellere patrem sollicitaret, ejus Nuptias clam patre petiit, Jasonemq; arte Magicâ exarmatum ad rapiendum aureum vellus instruxit, de qua in sequentibus uberius. Hoc Apollon. ab initio lib. III. narrat.

v. 245. Eoo Surgentes Littore Currus) Solem intelligit, quem patrium vocat rex Æætes, unde Noster superius v. 213. hunc Soligenam vocavit. Quod autem v. seq. dicit

Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum
Omnituens.

ex illo Homeri est ubi dicit: ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

v. 251 Excubias Gradive Tene) Vigilare jubebant Deos quando opem illorum implorabant. Itaq; in bellum ituri dicebant Marti: *Mars vigila.* & apud Plautum in Curculione. scenâ, cujus init: Placidè egred. Servus qui vapulat fidem Veneris implorans dicit: *Tuam fidem, Venus, nostu vigila.*

v. 251. Præsentia Luco Arma Tubæque Sonent) Æmulationis Zelo Juvenalem in Poetam hunc exarsisse superius notavi. Erant enim σύγχρονοι, uterq; sub Vespasiano. Ideoq; cum noster de luco Martis agit quod & lib. VII. factum v. 62.

Martius ante urbẽ longis jacet horridus annis
Campus.

Juvenalis repetitione illa excandescens ita nostrum exagitat. v.

Nota magis nulli domus est sua, quã mihi lucus
Martis & Æolidis vicinum rupibus antrum
Vulcani, quid agant venti quas torqueat umbras
Æacus, unde alius furtivæ devehat aurum
Pelliculæ, quantas jaculetur Monychus ornos.

Quo quid clarius in Valerium dici potuisset?

v. 264. NEC VULGI CURA TYRANNO DUMMODO SIT) Nimis quam verè à Valerio dictum. Principibus enim subditi interdum alliorum capita sunt, non homines ad imaginem divinam conditi. Ideoq; de capite, de bonis deq; salute ipsorum ludus fit, dummodo libidinem dominandi expleant & fines suos extendant. Hinc funestæ illæ & plusquam Tragicæ machinationes bellicæ, quas Germania tota (eheu!) intimis visceribus huc usq; nutrijt, nec plenè adhucdum evomuit. Plato prudenter de legib. 5. Polit 2. felicem ac beatam fore civitatem ait, in quâ non audirentur hæc verba MEUM & TUUM. Utinam in Germaniâ ubiq; exstirparentur! Thucyd. lib. 6. *Tyrannus nihil inconveniens putat, dummodo suæ id serviat libidini.* Sapiens in Proverbijs c. 16. *Ira Principum est quasi rugitus Leonis & nuncius mortis.* Quemadmodum enim certantibus ventis mare concutitur, Sic Regibus sibi adversantibus populus regni concidit. Seneca benè lib. III. Nat. Quæst. *Non classibus maria compleſſe, nec in rubri maris litore signa posuisse, nec deficiente terrâ ad iniurias aliorum errasse in Oceano, ignotaquærentem: Sed animo omne vidisse, & quâ nulla est major victoria, vitia domuisse. Innumerabiles sunt, qui urbes qui populos habuere in potestate, nemo qui seipsum.* Detestemur igitur bellum, Erinnyn illam Sophocleam πολύχειρα, πολύπειρ. γυναικόπλ. Pace vivunt leges, excoluntur mores, tractantur artes, paratur victus.

Procul hinc procul omnia
Facessant prælia,
Quies & pax inclyta
Salus & mens conscia
Sua jam tabernacula.
Ponant in Germania.

v. 270.

v.275. Datus Et Sociis Utrinque Cremandis Ille Dies) Cur veteres cadavera comburere consveverint Quintilianus docet Declam. X. *Vanâ ergo sapientes persvasione fruſtrati, qui conſtare homines & perfici corporis alimentis animaq; dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut ſicca humidis, calida frigidis, reſolutis adſtricta pugnarent, partim aut doloribus adfici, aut noviſſimis annis & ſenectute diſſolvi. Animam vero flammei vigoris impetum perennitatemq; non ex noſtro igne ſumentem ſed quo ſidera volant, & quo ſacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium authorem parentemq; ſpiritum ducimus, nec interire, nec ſolvi, nec ullo mortalitatis adfici fato: ſed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi ſe igne luſtraverit, petere ſedes inter aſtra.* Homeri Scholiaſtes Iliad. α. Τὸ παλαιὸν τὰ σώματα τῶν ἀνηκόντων εἰς τέφραν ἐκαίετο ἀφ' οὗ τὸ ἀπέλιτον γέγονε· εἶθ' ὕστερον ἐθάπτετο ὑπὸ γῆν.

v.280. At Juno Et Summi Virgo Jovis Intima Secum Conſilia) Conſilium hoc Palladis & Junonis etiam Apollonius introducit, lib. III. v.7.

——— ——— αἱ δ' ἐνόησαν
Ἡρη Ἀθηναίην, διὸς δ' αὐτοῖο κύμα ἄλλων
Ἀθανάτων ὀπόνοσφι θεῶν θαλαμόνδε κιοῦσαι
Βάλδην· πείρεζε δ' Ἀθηναίῳ παρὸς ἦρη ἔῳς.

v.295. Jactatam Tandem Noſtro Componere Cœlo) Argo navis inter ſidera relata eſt: ideoq; Noſter lib. I. v. 4.

Fatidicamq; ratem: Scythici quæ Phaſidis oras
Auſa ſequi, mediosq; inter juga concita curſus
Rumpere, flammifero tandem conſedit Olympo.

v. 304. QUALITER EX ALTA CUM JUPITER ARCE CORUSCAT) Jupiter ipse tempestatem Poëtis notat: Claudianus:

---- ---- ---- *nimbosq; minacem*
Sanguineo rubuisse Jovem.

Horatius.

Quod latus mundi nebulæ malusq;
Jupiter urget.

Unde ridiculus apud veteres versus bibaculi cujusdam:

Jupiter hybernas canâ nive conspuit Alpes.

In Alcæi carminibus perpaucis & laceris etiam hoc habetur:

ὖει μὲν ζεὺς, ἐκ δ' ἀφρικᾶ μέγας
χειμών.

Ratio appellationis est quod ætheri concipiendi generandi nutriendiq; omnia, vis insit. Virgil:

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno permistus corpore fœtus.

Horatius: lib. I. Carm. Od. I.

---- ---- ---- *manet sub Jove frigido*
Venator teneræ conjugis immemor.

Calpurnius lib. Eleg. V.

Dum peragit vernum Jovis inconstantia tempus.

Ennius:

Isthic est is Jupiter, quem dico, quem Græci vocant
Aërem, qui ventus est, & nubes, imber postea.
Atq; ex imbre frigus, Ventus post fit aër denuo.

Ubi

Ubi fere μυθολογεῖ totum hoc de Jove aereo negocium. Martialis lib. VII. Epigr. XXXV.

Cum pluvias madidumq; Jovem perferre nequiret
Et rudis hibernis villa nataret aquis.

v. 307 Aut Sanguinei Magna Ostia Belli) Jani templum intelligit, quod pacis tempore claudi, belli autem aperiri solebat. De quo infiniti Poëtæ. Horat. lib. IV. Od. ult.

Janum Quirini clausit.

Et lib. II. Ep. I.

--- --- *totum confecta duella per orbem*
Claustraq; custodem pacis cohibentia Janum.

Templum autem illud *Duo ostia* vel binas fores habebat, ut & ipsa Jani statua biformis erat. Blondus. I. de Româ triumphante; *seu quod per Ianum mundum significarent, cujus duæ præcipuæ partes Oriens, Occidens, sive quod in bellum proficiscens de reditu aut reducendo exercitu salvo cogitare debet.* Stat. V. Theb. *Lunatumq; putes agmen descendere, ubi arma Indulget pater & sævi moves ostia belli.* vers. seq. *per altos duris fatorum gentibus ortus* vetera fatorum initia accipe repetendumq;.

Jupiter movet.

v. 313 Versus Ad Ora Virûm) Consilium Jasonis describit de adeundo Rege Colchorum, quod idem Apollonius narrat. lib. III. v. 169.

Αὐτὰρ ὁ Αἰσονίδης μετεφώνεεν (οἱ δ' ὑπάκουον
Ῥεῖα ἢ ὅτε χώρῃ ἐπικρεῶ ἐδελόωντες)
Ὦ φίλοι, ἤτοι ἐγὼ μὲν, ὁ μοι ἐπιπωδάνει αὐτῷ
Ἐξερέω· σὺ δ' ὄμμι τέλος κρηήνας ἐοικεν. &c.

v. 327. Inde Viam Qua Circæi Plaga Proxima Campi) De Circe veneficarum principe hoc sciendum. Communis opinio ex Hesiodo obtinuit, eam fuisse filiam Solis & Persæ, ac sororem Æætæ.

Quandam filiam Æætæ describit ipse Apollonius. Dionysius Milesius filiam Æætæ ex Hecate, quæ Persei filia fuit, asserit, ac sororem Medeæ. Duos enim Eetio in illis locis fuisse filios tradit, qui illam occupaverunt regionem, quorum alter Æætes Colchis & Mæotibus, alter Perseus scilicet Tauricæ imperaverit ducta una ex indigenis in uxorem, ex qua nata illi Hecate. Quidam tamen ex Nympha quadam ejus regionis natam Hecatem traducit, in negotio venationis prorsus virilem, ac primam lætalium radicum inventricem, veneficii & medicandi artis peritissimam, & suum ipsius patrem veneficiis interfecisse. Hanc deinde in Colchos transmissam patruo suo nupsisse scribunt, ex qua Circen & Medeam genuerit Æætes. Et Circen quidem seniorem longè matrem suam excelluisse, quæ partim à matre didicerat, partim eaq; plurima & noxia invenerat ipsa: Medeam vero juniorem quidem sed sorore non inferiorem. Confer cum hoc loco v. 200. Apoll. & Scholiasten ibidem.

v. 335. VISA PAVENS CASTIS HECATES) Hecate juxta communem opinionem fuit filia Persei, unde ab Ovid. lib. VII. *Perseis* & à Nostro *Perseia*, ab Apollonio Περσηΐς dicitur. Quidam ex Jove genitam asserunt, quidam filiam Cereris, unde illud in Orphicis.

Καὶ τότε δὴ ἑκάτην ἀγὼ τέκεν ἀμπυτέρειαν.

Bacchylides noctis filiam esse tradit: Musæus Jovis & Asteriæ, Pherecydes Aristæi, cui pater fuerit Pæon. Hæc Scholiastes Apollonii lib. III. ad illum vers. Ναὶ δὴ τάτγε πότνα θεὰ κέκλησι, *qui est* 467.

v. 345. HINC GRESSIBUS HÆRENS PALLADOS HINC CARÆ PROSERPINA) Raptum Proserpinæ attingit, factum à Plutone, cum Ceres Mater domo abesset, cui Palladem & Dianam comites adjungit. Quod nimis Criticus Jul. Scaliger VI. Poet.

c. 5. reprehendit. *Ad sollicitandum inquit Proserpinæ fatum in futuras Nuptias jussu Jovis agit in Siciliam Venerem, sanè rectè, Palladem addit sane non rectè. Dianam etiam ridiculè: utramq; virginem, hanc etiam Virginitatis vindicem.* At ecce contra Scaligerum plerosq; Poetarum Valerio suffragantes. Clarè Auson. Ep. V.

Qualis floricomâ quondã populator in Ætnâ
Virgineas inter choreas Dëoida raptam
Sustulit, emersus Stygijs fornacibus Orcus.

Stat. II Achill.

--- --- *Qualis Siculæ sub rupibus Ætnæ*
Najades Ætnæas inter Diana, feroxq;
Pallas, & Elysij lucebat sparsa Tyranni.

Puto ergo summo id factitatum ingenio, ut significarent rudes & puellares animos, aliarum virginum comitatu facilius deceptum iri, ne dolos Veneris malignæ Rapiendæ persentisceret. Clarè Cyane ad Cererem lib. III. de raptu.

---- ---- ---- *Suspectaq; nobis*
Ne foret hinc Phœben comites hinc Pallada junxit

Et de hoc comitatu existimo capiendum Nævium II. belli Punici apud Priscian:

Prima incedit Cereris Proserpina puer.

Quippe II. de raptu Claud dixit:

Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris
Nunc dolor, æquali tendit per gramina passu.

v. 348. Talis Et In Vittis) Descriptio Medeæ est & similitudinis de Proserpinâ introductæ κόσμου, cujus σχῆμα posuit v. 343.

v. 352. Substitit Et Mœsto) Apollonius aliter hæc narrat. Dicit enim juvenem Jasonem à Medeâ

Medeâ primo visam & adamatam fuisse in Regiâ patris Æetæ, cum post adventum Phryxi natorum, filiis & hospiti convivium apparatum esset, intra tecta patris lib III. v. 275.

Τόφρα δ' ἔρως πολιῆο διʼ ἠέρος ἶξεν ἄφαντος
Τετρηχὼς οἷόντε νέας ἐπὶ φορβάσιν ἵππῳ
Τέλλεται, ὁππότε μύωπα βοῶν κλέψωσι νομῆες. &c.

v. 366. ASTROQUE COMANTES TYNDARIDAS IPSE EGREGIO SUPEREMINET ORE &c.) Græcorum pariter & Latinorum hic mos est uti translatione à siderum præeminentiâ. Sic Plato Philosophus in puerum Astera abs se adamatum apud Apulejum in Apolog.

Ἀστέρως εἰσαθρεῖς ἀϊπὴρ ἐμὸς εἴδε χρυσίμω
Οὐρανοῦ, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω.

Theocritus Hercule Leonicida, de bove:

——— φαέθων μέγας, ὃν ῥα βοτῆρες
Ἀστέρα πάντες ἴσκον, ὃς ἄνεκα πολλὸν ὑπ' ἄλλοις
Βουσὶν ἰὼν λάμπεσκεν.

Sophocles initio Electræ:

ὡς κἀμὲ ἐπαυξῶν τῆς δὲ τῆς φήμης ὑπὸ
Δεδορκότ' ἐχθρᾶς, ἄστρον ὡς λάμψειν ἔπι.

Quomodo Christodorus lib. V. Anthol. de Menandro & ibidem de Pompeio eadem utatur tralatione vide sis. Item lib. I. Anthol. cap. LXVI. in Philosopham Hypathram incertus autor. Apoll. lib. I.

——— ——— οἱ δὲ φαεινοὶ
Ἀστέρες ὡς, νεφέεσσι μετιπτάμενον.

Et lib. II.

——— ——— ὁ δ' ἐρινῷ ἀπύλαντος
Ἀστέρι Τυνδαρίδης, ὅσσῳ κάλλισσα ἔασιν
Ἐσπερίην Δηϊνίκῃ, φαεινομένων ἀμαρυγαὶ
Τοῖος ἐην θείοιο γόος.

Quomodo fulguri forma eximia comparetur ab Helio-

liodoro, videatur lib. III. ubi de Theagene agit, Virgil. lib. VIII. Æneid.

---- ---- ---- *ipse agmine Pallas*
In medio, chlamyde & pictis cõspectus in armis
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resolvit:

Horat. III. Carm. Od. IX.

Quanquam sidere pulchrior
Ille est.

Claud. III. Consol. Honorii:

Quis non Luciferum roseo cum Sole videri
Credidit, aut junctam Bromio radiare Tonantem.

Ovid. lib. II. Trist. v. 167.

---- ---- ---- *tui sidus juvenile nepotes*

Et lib. III. Amor. Elegiâ 3.

---- ---- ---- *radiant ut sidus ocelli.*

Hinc Seneca de Clem. lib. I. cap III, *Tanquam ad clarum & beneficum sidus advolant*, Nazianz. Epistol. LXXIV. *Athanasius suo seculo orbis oculus est habitus & fundamentum fidei.*

370. Hebet Arcas Et Ingens Jupiter) Per Arcadem *Mercurium* intelligit. Ille enim Deus est Arcadiæ secundum priscos: *Iovis sidus* ingens vocatur, quia inter Planetas maximum est. Obscurari autem dicit has stellas sub exortum Sirii, hoc est *Solis*. Ponitur enim Sirius & pro stellâ ipsâ, & pro Sole apud multos Poetarum: Hesychius Σείριος· ὁ ἥλιος καὶ ὁ κυνὸς ἀστήρ. Utroq; modo exponi potest apud Virgil.

---- ---- *tum steriles exurere Sirius agros.*

Apol-

Apollonii quoq; Scholiastes lib. II. omnes stellas ita nominari posse autor est. Intelligi autem à Valerio *Solem* ex v. 369. videre est: ubi dicit: Cum nox accenditur auro. Ubi egregia est auroræ descriptio. Soli enim aurum adsignabatur.

v. 373. REGINA ATTONITO QUANQUAM PAVOR ORE SILENTEM EXANIMAT) In quoslibet summos adfectus subiti silentii imperium est. Noster lib. IV.

Atq; oculos cuncti inter se tenuere silentes.

Symmachus lib. II. Epist. LVI. Vastum silentium cunctis stupor subitus imperavit. Apollon. lib. III.

——— ——— ἄναυδοι ἐς ἀλλήλους ὁρῶντο
ἄφθογγοι ἀμηχανίῃτε καὶ ἠφίες.

Petronius: Ego frigidior hyeme Gallicâ factus nullum potui verbum emittere. Claud. lib. III. de raptu Proserp. v. 151.

Hæserunt lacrumæ, nec vox aut Spiritus oris
Redditur atq; imis vibrat tremor ossa medullis

Minutius Felix Octavio: *Cum Octavius peroraſſet aliquandiu nos ad silentium ſtupefacti intenti vultus tenebamus.* Callimachus hymn in Pallad. Lavacr. v. 83.

ἐσύθη δ' ἄφθογγος· ἐπόλλασεν ἢν ἀνίαι
γώνατα, καὶ φωνὰν ἔσχεν ἀμηχανίη.

Vulcanius ita vertit:

Adstitit, obticuit, dolor illi ut glutine vinxit;
Genua, sonum tenuit vocis inops animus.

Monophilus Damasc apud Stobæum serm. LXIII.

——— ——— ὁπ' ἀφασίῃ δ' ἀλεγεινῇ
θυμὸς ἄδην πεπότητο, λύθεν δὲ μοι ἄψεα πάντα
ἐκ κεφαλῆς εἰς ἴχνος, ἀπώλετο δ' ἔλκεα πᾶσιν
ἐκ ῥηθέων καὶ πάντα χαμαὶ πέσεν, ὅσσα τοῖ ἔτλην
ὑχρῆτε τεραφερῆτε κυλινδόμενον περὶ νόσῳ
Τόσσοι ἦν περὶ θυμὸν ἀπείρετον ἵκετο θάμβος

v. 378. Si Dea, Si Magni Decus Huc Ades) Pari modo Æneas Venerem alloquitur apud Virg. I. Æn.

O quam te memorem virgo, neq; enim tibi vultus
Mortalis, nec vox hominẽ sonat, ô Dea certè,
Aut Phœbi soror, aut Nympharum sanguinis una;
Sis felix, nostrumq; leves quæcunq; dolorem.

v. 394. Si Vivos Possis Dignoscere Cal-tes) viam intellegit gramine viridantem. Horat. lib. I. Carm. Od. 19.

Hîc vivum mihi cespitem, hîc
Verbenas pueri ponite, thuraq;.

Idem lib. II. Carm. Od. 8.

Martiis cœlebs quid agam Calendis
Quid velint flores, & acerra thuris
Plena, miraris, positusque carbo in cespite vivo.

v. 398. Sacraque Terrificæ Supplex Movet Irrita Nocti) Medeam Hecatæ sacrificatum ire significat. Nocti dicit autor vel quia Noctis filia erat, juxta Bacchylidem, vel quia media nocte sacra fiebant. Terrificam autem vocat, quia Hecate nocturnis spectris & terriculamentis præerat: ἔμπουσα inde à Theocrito vocata in Arâ. Sacrificandi ritum Apollonius describit lib. III. Pro victima erat agna fœmella: ea mediâ nocte, seorsim ab hominum conventu in foveâ orbiculari mactanda: qui sacrificabat, nigris induebatur vestibus, ac prius in flumine lavabatur: juxta foveam exstruenda pyra, ac integra imponenda victima atq; hoc modo placanda Hecate.

His

His peractis tacite sacrificanti discedendum, necesspiciendum erat. Audiebantur enim varii tumultus, pedum strepitus & canum latratus.

v.399. PROTINUS URGET AERE SEPTUS ITER) Crebrò Poetæ heroas euntes præsertim vero in locis incognitis à Diis nube circumdari fingunt, Apollonius lib. III. de Jasone v.210.

Τοῖσι δὲ νειομένοις ἦρη φίλα μηπόωσι
Ἠέρα πυκλὴν ἐφῆκε δι' ἄστεος.

Et rursus lib. IV.

——— ——— ἀμφὶ δ' ἄνην
Ἠέρα χεῦε θεοὶ πάντ' ἤματα νειομένοισι.

Et Homer. Odyss. η.

Καὶ τότ' ὀδυσσῆϊ ὦρτο πόλιν δ' ἶμβρι' ἀμφὶ δ' Ἀθήνη
Πολλὴν ἠέρα χεῦε, φίλα φραζέσθ' ὀδυσῆϊ.

Et paulo post de eadem Pallade — ἠέρα οἱ ἄχλυν
Θεσπεσίην κατέχευε.

Imitatus est utrumq; Virgilius in Æneâ & Achate, Æn. I.

At Venus obscuro gradientes aëre sepsit
Et multum nebulæ circum dea fudit amictu.

v. 403. PHŒBI GENITORIS AD ARAM VENTUM AIT) Quis ille Phœbus? quæ ara? Existimo me rationem reperisse in Cloatio Vero ordinatorum lib. 2. Docet enim esse Deli aram, apud quam hostia non cæditur, sed tantum solemni Deum prece venerantur: Verba Cloatii hæc sunt: *Deli ara est Apollinis Γενήτορος in qua nullum animal sacrificatur, quâ Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.* Macrobius lib. III. Saturn. cap. 6. ab initio cap. *Mirandum est Virgilii & circa nostra & circa externa sacra doctrinam. Neq; enim de nihilo est, quod cum Delon venit Æneas, nulla ab eo cæsa hostia, cum proficisceretur, Apollini & Neptuno rei facta divina est. Significat Γενήτορος aram*

aram esse quæ ab Æneâ adoratur siquidem templum ingressus Pontifex nullo acto sacrificio statim inchoat preces, & ut Γεννήτωρ expressius nominaret Æn. III.

Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.

At vero eum idem mox Taurum immolat Apollini & Neptuno apud aliam utiq; aram factum intelligimus, Meminit etiam Diogenes Laertius lib. IIX. Βωμὸν πρῶτον ἱδρύσατο μόνον ὡς δήλῳ τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Γενετῆρι· ὃς ἐστιν ὕπαθεν τῆς Κεφαλῆνος, ἀλλὰ τὸ πυρὸς καὶ καθαρὸς, καὶ τὸ πόπανον μονοπλῆθες ἐπ' αὐτοῦ ἀνάπυρος, ἱερεῖον δὲ μηδέν. Cato de liberis Educandis: *Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, ac tubis sine hostiis, ut Deli ad Apollinis Genitivi aram.* Censorinus cap. 2. *Id morus institutiq; majores nostri tenuerunt, ut cum die Natali munus annale Genio solverent, manum à cæde ac sanguine abstinerent: ne diei, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent, deniq; Deli ad Apollinis Genitoris aram, ut Timæus Auctor est, nemo hostiam cadit.* Cum vero huic Deo sacrificium immolarent ante ædium fores, in qua ara erat faciebant, unde Idem Apollo προθύριος appellatus. Lycophron προθύριον vocat. Macrob. Saturn. lib. I. c. 9. *Etenim sicut Nigidius quoq; refert, apud Græcos Apollo colitur qui προθύριος vocatur: ejusq; aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus & introitus demonstrantes potentem.* Atq; hinc capi posse autumo illud Virgil. Æn. III.

Excipit incautum patriasq; obtruncat ad aras.

Nam ut augeatur scelus sacrilegæ necis ad publicam & patriam Delphorum aram Apollini consecraram interficit, quod & ab Euripide scribitur Andromachâ. Sunt nonnulli qui patrias Apollineas hic interpretati sunt, non à patris urbe Achaiæ ut Servius ibi exponit, sed è cognomine Apollinis qui πατρῷος à Græcis vocatur, ut refert in Atticis Pausanias. Athenis quoq; ut Pollux scribit, probatione quærebatur haberentne Apollinem patrium & Jovem Herceum. Alii allegatum

gatum locum Virgilii exponunt ita, quod Apollo pater sit, unde Maro dixerit :

Da pater augurium.

v.408. NON ALITER QUAM SI RADIANTIS ADIRENT) Descriptio est Aulæ Æteæ, quam & Apollonius facit, sed alio atq; alio modo. Verba ejus v.215. lib. III. sunt :

Ἕστιν δ' ἐν σκοπιῇσι πέλη πόρις ἔρκεϊ ἄντλῳ·
εὐρείης τε πύλας, καὶ κίονας ἀμφὶς ἔθειρε τοίχους
ἐξείης ἄνεχον. &c.

Quod autem de quatuor fontibus addit fabulosum est; nec tanto Poëta dignum; quanquam Poëtam Homerum sequi videatur. Odyss. ε. quem tamen ipsum post se relinquere videtur longissimè. Certè Noster πρωϊκέστερος addit, quo nomine Apollonium longo post se intervallo relinquit.

v.410. STAT FERREUS ATLAS) de Atlante vide Ovid. lib. IV. Metam. fab. X. Quod autem noster dicit v. seq.

At medij per terga senis rapit ipse nitentes
Altus equos curvoq; diem subtexit Olympo.

ex ejusdem Ovidii illo intelliges :

---- ---- ---- *hic Solis anhelis*
Æquora subdit equis & fessos excipit axes.

Medio enim tergore gibbosus fingebatur, ad sustinendum onus. Unde Martialis.

----ridetur Atlas cum compare gibbo.

Hinc apud priscos Columnæ, quæ ædes sustinebant à Græcis Atlantes, à Latinis Telamones dictæ sunt ut est apud Vutruvium. Nuncupabantur quoque isti Telamones gibbosi, quod ita fierent (ut ait Servius) ut gibbosos imitentur, dum onera sustinent. Causam cur Atlas cœlum ferre fictus sit Diodorus siculus lib. IV. & B. August. lib. XIIX. de Civ. Dei narrant.

v.415.

v. 415. Pleiades, Et Madidis Rorantes Crinibus Ignes) per rorantes ignes elegan. ter describit *Hyades*. Græci enim dictas putabant ὑπὸ τὸ ὕειν, quod noster indigetat satis obscurè; Latinis Suculæ dicuntur, non à succo ut ineptè Nigidius & Plinius testantur lib. II. c. 42, & lib XIIX. c 26. sed tanquam ὕαδες sint ὗες ὑποκοριστικῶς ut ait Scaliger. Cicero tamen notationem hanc ridet II. de Nat. Deorum. Nos à litera ὗ quam aliquomodo repræsentant in fronte Tauri commodè dici notavimus, in *Dissertatione nostrâ de PLVVIA*, quam Lipsiæ Anno cIↃ IↃc XXII. scripsimus.

v. 418. Ut Prima Sesostris) Initia Regni Colchici describit, in foribus depicta fuisse. Ea Sesostri cuidam adscribit, cùm bellum contra Gethas susciperet. Non illi, qui plurimas nationes subegit, & curru ex auro lapidibusq; preciosis constructis vehi solitus est, qui à quatuor Regibus à se victis trahebatur sed alii cuipiam ejus nominis Regi Ægyptiorum. Vide Admiranda Ethnicæ Theologiæ mysteria Joh. Frider. Hervart. parte I. cap. 268. Communi enim vel familiari nomine Reges ita in Ægypto appellabantur, ut olim Pharaones. Quod ex illo Ausonii apparet:

Et qui regnavit sine nomine mox Sesoostris.

Dicunt etiam aliquem nomine Pheron qui similiter Sesostris dictus sit. Ille etiam qui devictos à se reges curru subjungebat. *Susacus* appellatus proprio nomine non Sesostris, quod ex Josepho lib. IIX. Judaic. Antiq. observo cap 10. De primo hujus Nominis, qui Colchis originem dedit Diodor. in II. subjungit: *Sesostris Scytharum gentem ad Tanaim usq; fluvium qui Europam ab Asiâ dividit, pertransiit. Ibi multis Ægyptiis juxta Mœotim paludem relictis Colcherum genti originem præbuit.* Herodotus in Euterpe: *Sesostrim ad Phasim consedisse dicit, dubitatq; an rex diviso Exercitu copiarum*

ad eam partem regionem incolendam reliquerit, an militet aliqui tam longam peregrinationem pertæsi circa Phasim subsiliterint.

v. 423. PINGUEMQUE SINE IMBRIBUS ANNUM) alii legunt *Amnem* pro *annum*: Nilum, qui inundatione suâ totam Ægyptum irrigabat vice pluviæ, quæ eo loco deesse fertur intelligentes. Quia autem quotannis semel hoc fiebat, etiam tolerari posse autumo Annum. Quamvis (ut & hoc addam) non quovis anno ager Ægypti ex Nili inundatione pinguis vel fœcundus factus sit. Non enim usq; adeo felix suo flumine terra Ægyptiaca fuit, ut nunquam fefellerit spem agricolæ. Ecquid enim quod Moyses habet, aliud est, cum dicit: *Septennio Nilus Ægyptum non rigaverat*, quàm quod similis fuerit sterilitate frugum ceteris provinciis? Nec illo tantum tempore cum septennium universalis per Ægyptum famis esset, hoc accidisse, sed & postea continuis aliquando annis contigisse testatur Guntherus Monachus Helvetius, in Historiâ Constantinopolitanâ, quam ante annos abhinc plusquam quadringentos conscripsit. Veteribus etiam non ignotam hanc emansionem fuisse Philo docet lib. I. de vitâ Moysis: qui Nilum fœcundare terram addit, nisi impietas obstet incolarum. Malim ergo *Amnem* quam *Annum*. Quod autem Poeta dicit *impiadæ requirunt otia læta Phari*, cum illo Claudiani convenit, qui ad eandem beatitudinem respiciens ait:

Felix qui Pharias proscindit vomere terras.

Et ad sequentia:

Ægyptus sine nube ferax imbresq; serenos
Semper habet.

Ubi & significat irrigationem hanc sereno cœlo factam esse.

v. 424. ET JAM SARMATICIS PERMUTANT CAR-

Carbasa Braccis) Sarmatæ *totum corpus braccati sunt* inquit Pomp. Mela: *& nisi etiam quà vident ora vestiti*, Sunt autem braccæ genus vestis intonsæ, qua regionis frigidioris incolæ ad frigus propellendum utuntur: unde *braccata Sarmatia*. Et inter Belgas Vangiones braccatos dixit Lucan.

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones Bathaviq; truces.

Sulpit. *vocat eas vestes Braccas si sint breves si longæ Rhenones*. Carbasa autem sunt *vestes ex lino tenuissimo quod Ægyptiacum maximè commendatur*: ut meminit Herod. Euterpe. Dicere ergo vult Ægyptios vestes Carbaseas in braccas mutasse Sarmaticas. Vide Lutat. Placid. Theb. Statianæ lib. VII. p. 266.

v. 429. Flebant Populeæ Juvenem Phaethonta Sorores) Fabulam de Phaëthontis casu attingit. Phaethon enim ex sole conceptus & à Clymene Oceani & Tethyos filiâ procreatus, impetrata à Phœbo regendi currus solaris potestate, cũ multas regiones flammâ deviâ consumpsisset, fulmine à Jove ictus de curru præcipitatus est; quem Eridanus fluvius excepit. Sorores autem Heliades miserabilem casum fratris deflentes Deorum benignitate in arbores Populeas mutatæ sunt, quarum lacrumæ de ramis effluentes, coloreq; Solis induratæ in Electrum conversæ sunt. Confer Ovid. lib. Metam. II. fab. I. II. III. IV.

v. 436. Eadem Dea Flectit Habenas) Significat Poeta etiam Adventum Minyarum in foribus depictum, & à Vulcano adumbratum. Apollonius contrà aratri singularis meminit à Vulcano in Gratitudinis monumentum Æætæ fabrefacti lib. II. v. 213. Causamq; addit, nempe hospitii præstiti beneficium. Per Deam noster Palladem intelligit vel Junonem.

v. 439. Othrysio Gaudebant Carmine

PHOCÆ) Pisces marinos intelligit Orphei carminibus delectatos. Teterrimus est horum piscium odor quod etiam indicat Homerus hoc versu:

Φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλοώτατος ὀδμή.

Hac de causâ *turpes* Virgilio Georg. 4. & Ovid. Metam I. *deformes* vocantur. Cæterum quomodo Menelaus & tres ejus socij phocarum pellibus quas ab Edotheâ acceperant cooperti dormierunt in litore ut ex Proteo causam cognoscerent ob quam tamdiu retinerentur, fabulam cognosce apud Homerum Odyss. IV.

v. 452. STRUXERAT IGNIPOTENS.) Vulcanum intelligit qui hæc & ejusmodi ferro cælata Regi Colchorum donaverat, sed nondum illa noscenti.

v. 460. DISTULERANT SED BELLA TOROS.) Nuptias intelligit Styri, quæ dilatæ fuerint ob bellâ Styro gesta, idem ob Chalciopes filios absentes, *Phrixitin & Argum &c.* Diu enim quadrigam hanc fratrum â Chalciope expectatam, ex Apollonio disci potest v. 259. lib. III.

——— ——— τοῖον δὲ κινυρομένη φάτο μῦθον

Ἕως μὲν γὰρ ἐμείλεσ' ἀκηδείῃ με λιπόντες

Τηλόθι πλάγξασθε· μετὰ δ' ὑμέας ἔτρωπεν αἶσα.

Baptista Pius legit distulerant sed bella Cytoria, quod bella ad fluviũ Cytorũ â Styro gesta eum detinuerint, Cytorios enim dicit populos â fluvio cognominatos.

v. 461. ÆOLIDÆ) vocat quatuor Phryxi & Chalciopes natos Æolidas, ab atavo Æolo. Æoli filius Athamas Athamantis Phryxus, Phryxi isti quatuor. Colligitur Phryxi progenies paulo infra sic Iasone loquente: v. 477. *Namq; idem Cretheus, ambobus & Æolus auctor Cum Iove Neptunoq; & cum Salmonide Nympha* Confer etiam Apollonium sub finem lib. II. Hæc vero Scholiastes clarius: *Athamas filius Æoli frater Crethei primam uxorem Nephelen duxit duos filios ex ea Phryxon Hellenq; suscepit.* Defuncta Nephele superduxit

duxit alteram uxorem Ino, quæ insidiata Nepheles pueris persuasit indigenarum uxoribus fata ureren: At cum exustum semen fructus annuos non subministraret: Athamas in Delphos misit super sterilitate sciscitatus Donis vero persuasit Ino legatis, jugulādos Nepheles filios referrent, tanquam Deus Hellen & Phryxum jugulandos esse responderit, si vellent ut sterilitas cessaret. Persuasus igitur Athamas â legatis Hellen & Phryxum aris admovit. Cæterum eorum Dij miserti aurei velleris ariete sublimes evexerunt, quod Helle tolerare non valens in Hellespontum ab ea nuncupatum decidit. Phryxus autem in Colchicam terram delatus sacrificavit Phryxio Jovi, hoc est fugæ sospitatori, quod novercam effugisset, duxitque ibi Chalciopen uxorem. Æætæ Colchorum Regis filiam, ex qua *Argon, Cytisoron, Melana* & *Phrontin* suscepit. De Cythoro loco meminit Noster. super. v. 105.

Mox etiam Cromnam, atq; jugo pallent Cythoron.

Teq; cita penitus condunt Erythina carinam

v. 469. Jason Talia Miranti Propius Tulit Orsa Tyranno) Aliter primam Minyarum cum Rege Æætâ collocutionem exponit Apollon. lib. III. v. 317 Dicit enim post honorificam exceptionem illorum & finitam cœnam Æætæ, cùm Rex adventûs causam sciscitatus esset ex Argo comitatum uno, hunc pro omnibus respondisse, nec statim aurei velleris meminisse, sed longo demum post tempore. Urbana Argi responsio hæc est:

Αἴητα, κείνην μὲν ἄφαρ διέχθυσαν ἄελλαι
Ζωχρηεὶς· αὐτὰς δ' ὑπὸ δέρμασι πεπτηῶτας
Νῆσος ἐναλίοιο πὸ ξείνην ἔβαλε κῦμα
Λυγαίη ὑπὸ νυκτὶ. Θεὸς δέπας ἀμφὶ ἰούσῃσιν. &c.

v. 477. NAMQUE IDEM CRETHEUS AMBIGUUS ET ÆOLUS AUCTOR) Crethei Nepos Jasonem erat quod & superiùs indicavi. Apoll. lib. II. v. 1166.

Κρηθεὺς μέ' ἀθάμαντά τε καὶ γενεὴν ἀγάασθε
Κρηθῆος δ' ὑμεῖς ἐγώ.

Scholiastes lib. I. Αἰόλα δ' Ἑλλην. Κρηθεὺς καὶ Ἀθάμας Κρηθέως δ' Αἴσων· Αἴσονος δὲ ὁ Ἰάσων. Ipse Jason apud Pind. Pythion. Od. IV. ita ait:

Μία βᾶς Κρηθεῖτε μάτηρ
καὶ θρασυμήδει Σαλ-
μονεῖ. τρίταισι δ' ὐν γενεαῖς
ἄμμες ὠὺ κείνων φυτευθέν-
τες θεόν. Αελίᾳ χρύσεον
λαὸς ὀμῶ.

v. 482. CUI CYANEOS INTRARE FRAGORES?) Cyaneas petras intelligit (de quibus superius) quas Poëta fingit in mari fuisse duo saxa, quæ continuò agitata motu inter se coierint. Verba lib. IV. v. 655. sic habent:

Unda laborantes præceps rotat: ac fuga ponti
Obvia: miscentur rupes: jamq; æquore toto
Cyaneæ juga præcipites illisa remittunt.

v. 488. TAMEN ASPERA REGUM PERPETIMUR JUGA) respicit Poeta ad illa lib. I. v. 22.

Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis
Jam gravis & longus populis metus: & : 31. v.
Ergo anteïre metus, juvenemq; exstinguere
pergit
Æsonium, letiq; vias ac tempora versat. &c.

Eandem ferè Orationem de Jasone narrat Apoll. lib. III. v. 385.

Αἰήτη, χρέο μοι τεῦ δε πόλῳ· ἔπι δ' αὖτως
Ἀσὶν ἐὼν καὶ δῶμα δ' ἱκάνομαι, ὥς κε ἕολπας

Quòd

Οὐδὲ μὰν ἔμβυοι· τὶς δ' ἂν τόσον ἔδμα πιρῆσαι
Τλαίη χιὼν ὀφνεῖον ἐπὶ κτέρας· ἀλλά με δαίμων
Καὶ κρυερὴ βασιλῆος ἀπαυδάλιξ ὤρσεν ἐφετμή.

v. 514. Hæc Materni Texta Labores) Gloria erat veterum Matronarum; Nobilium & Heroinarum, vestes filiis, maritis, amicisq; discedentibus, manibus propriis confectas dedisse. De Alexandro & Xerxe Claud. I. de raptu.

Ipsa domum tenui mulcens Proserpina cantu
Irrita texebat redituræ munera matri.

Et de Consul. Olyb. & Probini.

Lætatur veneranda parens & pollice docto
Jam parat auratas trabeas currusq; micantes.
Stamine ---- ----

Sil. Ital. lib. VII.

Quod nostræ venere manus venerabile donum

Virgil. multis in locis aliis observatus lib. III. Æn. Andromache ad Ascanium.

---- *vestes manuum monumenta mearum.*

Et lib. IV.

---- ---- *Dives quæ munera Dido*
Fecerat & tenui telas discreverat auro.

Hinc Juv. de frugalitate Matronarum Sat. VI. v. 286.

--- --- *Somniq; breves & vellere Thusco*
Vexatæ, duræq; manus ---- ---- ----

v. 529. Cur Simul Aut Persen Illinc Sibi Moverit) Significat Poeta Ææten Regem Colchorum, animi incertum quid faceret, præsagia antiqua extimuisse, & duplici nomine attonitum fuisse, cùm quod Minyæ aureum vellus peterent, tum quod Perseus frater bellum suis agris intulisset. Perses enim

vel Perseus frater Æætæ fuit ex Helio. Scholiastes Apollon. ad v. 200. Ηελίῳ φησὶν ὑὸς γενέσθαι δύο ἐν τοῖς πάνυ ἐμπείροις. οἷς ὀνόματα ἦν Περσεὺς καὶ Αἰήτης.

v. 540. NAMQVE VIRUM TRAHIT IPSE CHALYBS) Sic malim pro *Iamq;*. Prosopopœiæ est qua Æætes Jasonem terrare conatur. Nam ad excitandas hominum commotiones permultum valet ipsarum rerum quibus ii commoveri solent præsens intuitus. Id clarè satis perspicitur, cum quis litigiosus & pugnax ferri armorumq; intuitu ad prælium excitatur. Hoc ab Homero eleganter primo omnium observatum. Ulysses enim Telemachū in urbem dimittens, armaq; domestica omnia seponi jubens, hanc illum vult ad procos hujus rei causam insuper dicere. Odyss. π.

Μήπως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν
Ἀλλήλους τρώσητε, καταισχύνητε δὲ δαῖτα
καὶ μνηστῆν, ἐπεὶ ἦ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

v. 560. STETIT EXPLICITO PRIUS AGMINE PUBES) Veteribus olim in more positum erat, ut duces militiæ ante conflictum milites explicato ordine statuerent. Idq; verbo veteri vocabant ἐξελίσσειν evolvere. Evolutiones autem ἐξελιγμούς. Hesychius ἐξελιγμὸς, κίνησίς τις παρὰ τοῖς τακτικοῖς ἢ ἐνόπλιος. Evolutio apud Tacticos motus quis est armaturæ. Sed ibi scribo cum doctissimo Arcerio τακτικοῖς ἢ ἐνόπλιος. Svidas κἄπα ἐνόπλιοι ὀρχήσεώς τινες ἐχρῶντο, καὶ ἐξελίξεις, καὶ ἐπῳδοί: inde discursiones quædam in armis fiebant, & evolutiones, & circumductiones. Hujus verbi usus etiam apud Xenophontem lib. IV. & VII. Hellenicῶν: καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ἐξελίξας τὸν φάλαγγα ἦλθε ἐπ' αὐτούς: atq; ille confestim facta Phalangis evolutione, eam in illos duxit. Claud. Ælianus cap. XXVI. in Tacticis *Duo illarum facit genera*: Ἐξελιγμῶν inquit ἰδέαι γένη δύο, τὸ μὲν κατὰ λόχους τὸ δὲ κατὰ ζυγάς. εἶδη δὲ αὐτῶν ἑκάστου

πρία· καλεῖται δ' ὁ μὲν Μακεδών, ὁ δὲ Δάκων, ὁ δὲ χορεῖος. De modis etiam quibus unaquæq; fit uberius illum consule, cap XXVII.

v. 561. Expertique Simul Si Tela Artus que Sequantur) Talis etiam mos à veteribus observabatur, ut milites ante pugnam periculum armorum facerent. Concutiebant enim hastas tentantes eo modo an etiam fractæ essent. Homeri Scholiastes Iliad. β. ἔθεσιν τὰ ἔγχη ὡς ἐν τῇ ἀφέσει μήποτε ἄρα κλασθῇ. Inde ἐγχεσπαλεῖ apud Homerum & alios Poetas. Hic mos etiamnum hodie servatur.

v. 570. Interea Læto Patitur Convivia Cultu) Alii legunt potitur, quod malim. Ter. Adelph. *Patria potitur commoda.* Pacuvius Iliona, *Vsi onere, credo, sceptrum patientur poti.* Convivii apparatum Apoll. lib III. exponit v. 199.

Δμῶες δ' ὁππότε δὴ σφιν ἐπαρτία δῶκαν ἐδωδὴ,
Αὐτίκ' ἀκηρύσσων ἐφοδεύοντο λοετροῖς,
Ἀσπασίως δόρπῳ τε ποτῆτι τε θυμὸν ἄρεσσαν.

v. 584. Quid Si Amnigenam Mirere Choaspen?) apud Tibullum hujus mentio lib. IV.

---- ---- *vel Regia lympha Choaspes.*

v. 585. Bellatoris Equi Potantem Cerne Cruores) Massagetas intelligit, de quibus Statius Papin. Achilleid.

Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceo.

Confer superius v. 124.

v. 594. Vide Lata Comantem Pectora) Sic Manilius dixit Respondere tertio ordine: lib. V.

Sic etiam magno quædam respondere mundo

cui Martialis succedit.

Si

Si quando veniet? dicet: respondè, Poeta
Exierat, veniet cum Cytharœdus erit.

Idem ultimo Epigr. lib. XI. *Lector salve, taces, dissimulasq́? Vale.* Argutè equidem! pro quo malè nonnulli substituunt *solve.*

v. 595. TURBANTEM POCULA BARBA) Vide Diodor. Sicul. lib. I.

v. 596. HINC ET IAXARTEM DICTIS STUPET HOSPES) Alii *Laxarten*: alii item *Laxastien.* Consule super hoc loco Strabonem & Hermolaum Barbarum in Plinium lib. VI. cap. 21 & 25. Ego plura hic congerere non de necessitate esse judico. Gentes fuerunt barbaræ, quibus in bello usus fuit Æætes, Scythis conterminæ, de quibus noster libr. sequente rectissimè:

Verum ego nec numero, memorem, nec nomine cunctos
Mille velora movens: neq́; enim plaga gentibus ulla
Ditior: æterno quamquam Mœotia pubes
Marte cadat: pingui nunquam tamen ubere defit
Quod geminas Arctos, magnumq́; quod impleat anguem,

v. 608. SAXIFERÆ SURGAT QUIBUS IMBER HARENÆ) Existimo Poetam respectum habuisse ad illam veterum armaturam, quæ lapides aut saxa vel silices manibus ejiciebat, quorum usum imbri hic comparat, ut Ferreum imbrem Ennius dixit Annal. lib. VIII.

---- ---- 2 -- stant polvere campi
Hastatei ssargunt hastas, stat ferreus imber

Imo ut ipse Virgil. *Saxeum imbrem.*

Quid

Quid trepidas tandē gressu pavitante viator?
Nocturnum furem saxeus imber habet.

Illi autem apud Pollucem & Thucydidem λιθόβολοι nominantur. Xenophon lib. V. Ἀναβάσεως: καὶ τὰς γυμνήτας λίθων ἔχειν μεστὰς τὰς διφθέρας. *Jussit & velites lapidibus pelles suas repletas habere.* His cum aliis velitibus etiam proprium fuit, sine ordine, quovis tempore, loco & viritim præliari. Polyb. lib. X. παῦσαι δὲ λαμνοηθεὶς τὸν μὲν πρώτην ἔδωκε πάξιν Διογένει συήσας αὐτὸ τοξότας, καὶ σφενδονήτας καὶ τῶν ὀρείων τέτταρας ἀκοντίζειν καὶ λιθάζειν δυναμένους, ὅπερ μὴν ἐκ ἔνεμον. Deq; efficaci eorundem usu & operâ multa addit. Vegetius etiam eorum usum apud Romanos novit lib I. cap. XIIX. *Ad lapides vero vel manibus vel fundis jaciendos exerceri diligenter convenit juniores.* Et mox: *Interdum evenit ut in lapidosis locis conflictus habeatur, ut aut mons aliquis sit defendendus aut collis, aut ab oppugnationibus castellorum sive civitatum lapidibus barbari, fundisq; pellendi sint.* Cumprimis autem respexisse autumo Nostrum ad Fundatum usum, quibus in omnibus veterum præliis Funditores (σφενδονῆται Græcis dicti) militabant, autore Vegetio lib I. cap. XVI. In bello etiam Trojano Homerus Iliad. ν'. v. 600

Σφενδονῆται δ' ἄρ' οἱ ἱερχάτων ἔκτοσθεν ἰόντες
λᾶων.

ad quem locum Eustathius: δῆλον ὅτι καὶ σφενδονῆτας εἶχεν ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος. A dextro fundæ usu laudati cumprimis fuere Baleares, apud quos etiam primo inventa creditur funda. Vegetius d. libro & capite: *Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores & invenisse & ita perite exercuisse dicuntur, ut matres parvos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex fundâ destinato lapide percussissent.* Suidas de Balearidibus: βαλεαρίδων νήσων σφενδονῆται ἱππόται. Idem de Parthis adserit idem: Καβάδχοι (leg. κἀρβάχοι) ita Parthos olim vocatos scribit Strabo lib. XVI. σφενδονῆται

τῇ ἄκρῃ. Etiam S. Scriptura mirandum in modum *exercitatos in fundæ usu refert ad Septingentos ex habitatoribus Gabaa.* Judic. cap. XX. πάντες ἄνδρες σφενδονῆται ἄκρῃ βάλλοντες λίθῳ ἐπὶ τὴν τρίχα, καὶ οὐ διαμαρτάνοντες, Quanta vero vi & per quantum spacium jactus fundæ ferri ac ferire poterat à Lipsio disce lib. V. de Militiâ. Dialog. XX. Non igitur in eorum hîc lectionem consentire possum; qui in Valerio pro harenæ supponunt habenæ, Phrasin autoris & veterum morem non noscentes. Est enim Metonymia: quia saxifera vocatur arena quod arena saxa nutriat, in qua & ex quâ sua augmenta sumunt, ut Physicorum scholæ docent. Neq; solum lapides fundâ jacere soliti, sed & plumbum, seu plumbeas glandes Ovidius:

Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit, volat illud, & incandescit eundo.

Et Lucret. lib. VI.

---- ---- ---- *Plumbea vero*
Glans etiam longo cursu volvenda liquescit.

Causam excandescentiæ & colliquationis reddit Seneca natural. Quæstion. cap. LVI. Cæterum quomodo Xenophon de Rodiis in exercitu Græcorum plumbearam glandium usum potiorem fuisse demonstret, quamq; adsignet causam, videatur III. Anabas. Item Onosander Strategici cap. XIIX. qui has addit causas, quod non tantùm incautè feriant, sed & gravius vulnus infligant, quàm saxa vel lapides.

v. 613. ET QUANTUM ELATÂ VALEAT PERTATA SECURI) Amazonam aliquam intelligit, quas Poetæ vocarunt Securigeras. Ita præcedente vers. *Mavortiam* vocat. Credebant enim Amazones à Marte se genitas. Noster lib. IV.

Inclyt-

Inclyta Amazonidũ magnoq; exorta Gradivo
Gens tibi.

v. 615. Et Occiduo Libat Cratera Parenti) Scholiastes Apollonii lib. I. tradit in more fuisse veteribus ut cum ituri essent cubitum vinum miscerent, & Mercurio linguas Victimarum sacrificarent, ac vinum libarent. Verba Scholiastæ sunt: ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, καθάπερ καὶ νῦν, ὅτε μέλλοιεν καθεύδειν καὶ τὰς γλώσσας τῶν ἱερείων ἐπιθύειν τῷ Ἑρμῇ καὶ σπένδειν οἶνον. Rationem instituti addit iden ibidem.

v. 620. Ambitumque Senem) Regem Colchorum designat quem Jasoa ob aureum vellus primo ambiit. Sic Capella *Ambitum* usurpat initio libri II.

Hoc quoq; Nisiacis quod sparsum floribus ardet
Multiplici ambitum redimitur lumine sertũ.

Claudian. I. Ruffin. CLXXX.

——— *& ambitos à principe vendit honores.*

v. 646. Virgineas præbes Si Cecropis Arces) Athenas intelligit à Minerva conditas, & à se cognominatas. Græcis enim dicta fuit Ἀθηνᾶ. Sophocles Oed. Colon.

ἵτ' ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεθα
πασῶν Ἀθηνῶν πιοτάτην πόλιν

Hyginus quoq; Minervam condidisse & à se Athenas appellasse dicit fab CLXIV. *Minerva à suo nomine oppidum Athes condidit.* Iterum fab. CCLXXV. *Minerva in Attide Athenas condidit, quas ex suo nomine appellavit.* Conditam ab ea urbem, etiam ait Julius Firmicus de Err. Prof. Relig. *Una (Minerva) est, Vulcani filia, quæ Athenas condidit.* Virgineas ergo vocat arces Poeta noster. Unde Prudentius contra Symmachum.

——— ——— ——— ——— *Antè*
Quàm Priami genitor conductis mœnia fabris

Extruc-

Exstrueret, quàm virgo suas fundaret Athe-
Pallas. (nas

Hinc θεοδμήτης Ἀθήνας dixit Euripides, Hippolyto.

Καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μολεῖν.

Et Pallados πόλιν, Æschylus Persis:

Θεοῖ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.

Athenas autem appellatas regnante Erechtheo tradit Marcianus in suâ ἐξηγήσει.

Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν πελασγὸς πρῶτον, ὕς δὴ καὶ λόγος
Κραναὸς καλεῖσθαι, μῦθος δὲ παῦλα Κεκροπίδας
Κέκροπος δωδεκάδυσωπος ὕστερον δὲ
χρόνοις, εὐσεβέως τῆς πόλεως ἡγεμένος
Ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν προσηγορίαν λαβεῖν.

Quod Cecropem attinet, quidam ab eo conditam esse urbem autumant. Hinc Euripides Supplicibus:

Αὐτόνυ' ἄνακτα, παῖδα κλεινὸν Αἰγέως
Καὶ τὰς σὺν αὐτῷ δεξίαν πεπαγμένας
Κέκροπος, παλαιῶς Κεκροπίας οἰκήτορας.

mox q; aucta in majus urbe Nomen istud arci manſit. Alii urbem non Cecropiam dictam à Cecrope, sed Athenas autores sunt: Cedrenus: Ὁ Κέκροψ διφυὴς ἀνεμάσθη ἤ δίμορφος σώματος, ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν δύο γλώσσας ἠπίστατο, ἤτοι, μὴ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς Ἀθηνῶν ἐσταλκότος χρόνους πεντήκοντα, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασε. Alii non conditam ab eo urbem verum instauratam tradunt. Augustinus de Civit. Dei lib. XIIX. cap. IIX. *Iam tamen Minerva tanquam Dea celebretur, regnante Athenienſibus Cecrope, ſub quo rege etiam ipſam vel inſtauratam ferunt vel conditam ciuitatem.* Porro ut Minerva urbem condidisse à quibusdam memoratur, ita Jupiter muris eam incluſisse. Gotfridus Viterbiensis Chronici Parte V.

Jupiter ecce ſuis muris cingebat Athenas.

Et

Et de Nomine imponendo Dii quoq; cum Minervâ tum Neptunus contendisse perhibentur. Contentionem istam fusè exponit Apollodorus lib III. Aliter tamen narrat August. è Varrone de Civit. Dei lib. XIIX. cap. IX. Cum Apollodori narratione consentit Ovid. ubi de Arachne agit cum Minervâ contendente. Metam. lib VI.

Cecropiâ Pallas scopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terræ de nomine litem
Bis sex cœlestes, medio Jove, sedibus altis
Augustâ gravitate sedent &c.

Ausonius in catalogo urbium de certamine eodem:

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenis
Pallados & Cossi quondam certaminis, arcem
Paciferæ primum cui contigit arbor olivæ.

v. 651. Non Tibi Bystonidæ) Vet Cod. aic Carrio Non tibi Byston idæ: alii Non tibi Aloidæ: Hanc fabulam vide apud Jan. Parrhasium super illo Claudiani:

Cum gemini fratres, genuit quos asper Alœus
Martem subdiderint vinclis.

v. 676. Habent Quoniam Sua Fata Furores) Stoici omnia fato accidere statuebant & ipsum fatum, supra Numen divinum collocabant, ut passim apud Senecam videre est & alios. Confer Lipsium in Manuduct. ad Stoicam Philos. Unde Satyricus:

---- ---- ---- ---- ---- *sed nos*
Te facimus fortuna Deam cœloq; locamus.

Ita Noster fato quodam Minyas & Persen in arma ruisse scribit, quod tamen sub imperio summi Jovis stare demonstrat, dum ab hac parte Mars, ab alterâ Pallas ad tribunal Jovis appellant. Certè Summi Numinis

permissione, & immissione bella fieri, Sacræ scripturæ passim testantur ad vindictam scelerum humanorum ut Lev. XXVI. v. 25. Deuter. XXHX. v. 36. 49. Judic. II. v. 13. Jesai. V. v. 25 Jer. V. v. 15. videre licet, & cœco fato ea adscribere, impium est. Impius ergo est & blasphemus Machiavellus, qui in libris suis de Republ. scribere nil veretur: Christianam Religionem, illam magnitudinem animi, quæ in antiquis elucebat funditus sustulisse. Romani Imperii ruinam, laudis & gloriæ labem, virtutis etiam militaris interitum, huic sanctissimi & summi Dei religioni adscribendum. Non attendens certas suas periodos esse regnis, imo non attendens supra allegatam causam. Quid? Antichristi in Ecclesiam Dei divinitus permissam sævitiam: quæ tamen ipsa suas habet periodos, ut nos Sacræ literæ apertè docent. Sed disputationem non instituo. Vide sis Tacticam Leonis, qui nonnihil penitius rem considerat, non ad robora corporum sed ad Dei timorem Ducem militiæ ablegans cap. XII. §. 3. ait: Καὶ γὰρ οὐχὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν, οὐδὲ ἡ ἄσκητος θρασύτης ἀδεὴς ἀπλῶς παρασκευὴ τοῦ πολέμου κρίνουσιν ἢ κατορθοῦσιν. ὡς τινες τῶν ἀπείρων νομίζουσιν. ἀλλὰ μᾶλλον θεοῦ βοηθείας καὶ φρονημάτων στρατηγικῶν, μᾶλλον τῆς εὐψυχίας ἢ στρατοῦ κατηφοῦς τοῦ πολεμοῦντος. Confer eund cap. V. §. 13.

v. 692. TUNC ADSVETUS ADEST PHLEGRÆAS REDDERE PUGNAS) Gigantomachiam intelligit quæ in Phlegræis campis accidit, ubi Gigantes à Jove fulmine sunt strati, de quo Valer. lib. VI. v. 169.

quærit ut sævo cum fulmine Phlegram
Jupiter atq; imis Typhoëa verberat arvis.

Vide Ovid. lib. I. Metam. fab. VI. VII. &c.

FINIS LIB. V.

IN VI. VALERII FLACC. LIBR. ÆGIDII MASERII ARGUMENTUM.

MArs furiis agitur. Minyarum fœdera Perſes
Quæritat. Auxilium Scythicis profertur ab oris.
Æſoniden Pallas ſequitur: fratremq; Me-
Candenti deturbat equo ſemotus Amychs (dontis
Candenti deturbat equo ſemotus Amyclis
Caſtor. Styre fugis: nec cæſum credis Anauſim.
Saucius. in Minyas compellit Jaziga Mavors
Geſandrum. Canthus rapitur pro corpore pugna.
Exoritur. curru Euryale indignata receptum.
Vindicat. inq; tui falces Ariaſmene currus
Laberis. ignotis Juno implet Colchida curis
Miratur virgo pugnas. cadit enſe Colaxes
Æſonie: damnat divorum Oracula Perſes.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON.

LIBER VI.

AT vigil hiſdem ardet Furijs Gradivus, & acri
Corde tumèt; nec quas acies, quæ caſtra ſequatur,
Invenit: ire placet tandem, præſensq; tueri,
Sternere ſi Minyas, magnoq; rependere luctu
Regis pacta queat; Grajamq; abſumere puppim.
Impulit hinc currus, monſtrum irrevocabile belli.

Concutiens, Scythiæque super tentoria sistit:
Protinus è castris fugit sopor; excita tela;
Turbati coiere duces: hos insuper ingens
Fama movet, ratè quæ sacra vulgabat Achivos
Advenisse, sui repetentes vellera Phryxi;
Quos malus hospitio, junctaq; ad fœdera dextra
Luserit Æetes, atque in sua traxerit arma.
Ergò, consilijs dum nox vacat alta movendis,
Legatos placet ire duces: mandataq; Perses
Edocet affari Minyas, fraudemque tyranni
Ut moneant; quisnã hinc animos averterit error;
Se primum Hæmonijs hortatum ea vellera terris
Reddere, & exuvias pecudis dimittere sacræ:
Hinc odium, & tanti venisse exordia belli.
Quin potiùs dextramque suam, suaque arma sequantur,
Aut remeent; neq; enim Æetæ promissa, fidemq;
Esse loco; abstineant alienæ à sanguine pugnæ:
Non illos ideo tantos venisse labores
Per maris ignoti. quid opus concurrere, nec quos
Oderis? hæc medio Perses dum tempore mandat:
Aureus effulsit campis rubor; armaq; & acres
Sponte sua strepuere tubæ: Mars sævus ab aliis
Hostis Io, conclamat, equis, agite, ite, propinquat:
Ac simul hinc Colchos, hinc fundit in æquora Persen:
Tunc & quæque suis committit prælia terris,
Voxque dei pariter pugnas auditus per omnes.
Hinc, age, Riphæo quos videris orbe furores

Musa.

Musa, mone; quanto Scythiam molimine Perses
Concierit, quîs fretus equis per bella virisque.
Verùm ego nec numero memorem, nec nomine cunctos
Mille vel ora movens; neque enim plaga gentibus ulla
Ditior: æterno quanquam Mæotia pubes
Marte cadat; pingui numquam tamẽ ubere defit,
Quod geminas Arctos, magnumq; quod impleat anguem.
Ergo duces, solasque, deæ, mihi promite gentes.
Miserat ardentes, mox ipse secutus, Alanos,
Hæniochosq; truces, jampridem infensus Anausis;
Pacta quod Albano conjunx Medea tyranno:
Nescius, heu, quanti thalamos ascendere monstri
Arserit, atque urbes maneat qui terror Achæas;
Gratior ipse deis, orbaque beatior aula.
Proxima Bisaltæ regio, ductorque Colaxes
Sanguis & ipse deûm; Scythicis quem Iupiter oris
Progenuit; viridem Miracen, Tibisenaq; juxta
Hostia; semifero (dignum si credere) captus
Corpore, nec Nymphæ geminos exhorruit angues.
Cuncta phalanx, insigne Jovis, cælataq; gestat
Tegmina, dispersos trisidis ardoribus ignes:
Nec primus radios, miles Romane, coruscis
Fulminis, & rutilas scutis diffuderis alas,
Insuper auratos collegerat ipse dracones
Matris Horæ specimẽ, linguisq; adversus utrimq;
Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemmæ.

Tertius unanimis veniens cum millibus Auchus
Cimmerias ostentat opes; cui candidus olim
Crinis inest, natale decus: dat longior ætas
Jam spacium, triplici percurrens tempora nodo:
Demittit sacro geminas à vertice vittas.
Dathin Achæmeniæ gravior de vulnere pugnæ.
Misit in arma Darabs; acies quem Martia circũ
Gangaridũm, potaq; Gerys quos efferat unda,
Quique lacum cinxere Bicen: non defuit Anxur,
Non Radalo cum fratre Fidon: Iacesinaq; lævo
Omine, fatidicæ Phryxus movet agmina cervæ.
Ipsa comes, setis fulgens, & cornibus aureis,
Ante aciem celsi vehitur gestamine conti;
Mœsta necis sævæ luco reditura Dianæ.
Movit & Hylæa supplex cum gente Syenem
Impia germani prætentans vulnera Perses.
Densior haud usquam, nec celsior extulit ullas
Silva trabes; fessæque prius rediere sagittæ,
Arboris ad summum quam pervenere cacumen.
Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris
Cyris in arma viros: plaustrisq; ad prælia cunctas
Coraletæ traxere manus: ibi sutilis illis
Et domus, & crudo residens sub vellere conjunx,
Et puer è primo torquens temone cateias.
Linquitur abruptus pelago Tyra; linquitur & mons
Ambenus, & gelidis pollens Ophiusa venenis.
Degeneresq; ruunt Sindi; glomerantque paterno
Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas.

Hos

Hos super æratam Phalces agit æquore nubem
Cum fremitu: densisq; levant vexilla Coralli:
Barbaricæ quis signa rotæ. ferratáq; dorso
Forma suum, trucesq; Jovis simulachra columnæ:
Prælia nec rauco curant incendere cornu;
Indigenas sed rite duces & prisca suorum
Facta canunt, veterumq; viris hortamina laudes.
Ast ubi Sidonicas inter pedes æquat habenas;
Illinc iuratos secum trahit Æa Baternas:
Quos duce Teutagono, crudi mora corticis armat,
Æquaque nec ferro brevior, nec romphea ligno.
Nec procul albentes gemina fert aclyde parmas,
Hiberni qui tergа Noæ, gelidumque securi
Eruit, & tota non audit Alazona ripa:
Quosq; Tarax, niveumq; ferax Euarchus olorum.
Te quoque venturis ingens Ariasmene sæclis
Tradiderim; molem belli, lateque ferentem
Undique falcatos deserta per æquora currus.
Insequitur Drangæa phalanx; claustrisq; profusi
Caspiade: quis turba canum, non segnius acres
Exilit ad lituos, pugnasque capessit heriles:
Inde etiam par mortis honos; tumulisq; recepti
Inter avos, positusq; virûm: nam pectora ferro,
Terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro
Latratuque cohors: quanto sonat horrida Ditis
Janua, vel superas Hecates comitatus ad auras.
Ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis
Varus: eum Scythiæ jam tertia viderat ætas,
Magnanimos Minyas, Argoaque vela canentem.

Illius & dites monitis ſpondentibus Indi,
Et centum geminæ longæva novalia Thebes,
Totaque Riphæo Panchaia rapta triumpho.
Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas,
Quas Otaces, quas Latris agunt, & raptor amoꝝ
Neurus, & expertes canentis Iazyces avi.
Namque ubi jam, viresque aliæ, notosque refutat
Arcus, & incœptus jam lancea temnit heriles;
Magnanimis mos ductus avis, haud ſegnia moriꝝ
Jura pati; dextra ſed caræ occumbere prolis
Enſe dato: rumpuntq; moras, natusq; parensq;
Ambo animis, ambo miſeri tam fortibus actis.
Hic & odorato ſpirantes crine Micelæ,
Ceſſæque manus; & qui tua jugera nondum
Eruis ignotis inſons Arimaſpe metallis.
Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.
Non ego ſanguineis geſtantem tympana bellis
Thyrſageten, cinctumque vagis poſt terga ſilebo
Pellibus, & nexas viridantem floribus haſtas.
Fama, ducem Jovis, & Cadmi de ſanguine Bacchum,
Hac quoque turiferos, felicia regna, Sabæos,
Hac Arabas fudiſſe manu; mox rumperet Hebri
Cum iuga, Thyrſagetas gelida liquiſſe ſub Arcto.
Illis omnis adhuc veterum tenor; & ſacer æris
Pulſus, & Eoæ memoratrix tibia pugnæ.
Iungit opes Eumeda ſuas: ſua ſigna ſecuti
Exomatæ, Torinique & flaui crine Satarchæ:

Mel-

Mellis honos Torinis; ditant sua mulctra Satar-
chen;
Exomatas venatus alit; nec clarior ullis
Arctos equis; abeunt Hypanin, fragilemque per
undam
Tigridis, aut sævæ profugi cum prole leænæ,
Mœstaque suspecta mater stupet aggere ripæ.
Impulit & dubios Phryxæi velleris ardor
Centoras; & diros magico terrore Choatras.
Omnibus in superos sævus honor; omnibus artes
Monstrificæ: nunc vere novo compescere frondes,
Nunc subitam trepidis Mæotin solvere plaustris.
Maximus hos inter stygia venit arte Choastes:
Sollicitat nec Martis amor; sed fama Citææ
Virginis, & paribus spirans Medea venenis
Gaudet auerna palus, gaudet jam nocte quieta
Portitor, & toto veniens Latonia cœlo.
Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonotis; comitumque celer mutator equorum
Mœsus; & ingentis frenator Sarmata conti:
Nec tot ab extremo fluctus agit æquore; nec sic
Fratribus adversa Boreas respondet ab unda;
Aut is apud fluvios volucrum sonus; æthera quantus
Tunc lituum concentus agit, lymphataque miscet
Millia: quot foliis, quot floribus incipit annus.
Ipse rotis gemit intus ager; tremebundaque pulsu
Nutat humus: quatit ut sævo cum fulmine Phlegram

Jupiter, atque imis Typhoëa verberat arvis.
Prima tenent illinc patrijs Absyrtus in armis
Et gener; ingentesque inter sua millia reges.
At circa Æsoniden, Danaûm manus, ipsaque Pallas,
Ægide terrificâ quam nec dea lassat habendo,
Nec pater horrentem colubris, vultuq; tremendâ
Gorgoneo, nec semineces ostendere crines
Tempus adhuc; primasq; sinit concurrere pugnas,
Impulit hos contra Mauors pater, & mala lœti
Gaudia, Tesiphoneque caput per nubila tollens
Ad sonitum litui, mediaque altissima pugna,
Nec dum clara, quibus sese fuga mentibus addat.
Illi ubi consertis junxere frementia telis
Agmina, virque virum galeis afflavit adactis;
Continuò hinc obitus, perfractaq; cædibus arma,
Corporaque: alternus cruor, alternaque ruina:
Volvit ager galeas, & thorax egerit imbres
Sanguineos: hinc Barbarici glomerantur ovatu,
Hinc gemitus, mixtaq; virûm cum pulvere vita.
Caspius Æeum correpto crine Monesen
Abstulit; hunc pariter Colchi, Graiq; sequuntur
Missilibus: rapit ille necem, prædamq; relinquit:
Nec socijs jam cura viri. Dipsanta Caresus,
Strimonaq; obscura spargentem vulnera funda,
Deicit: Albani cadit ipse Chremedonis hasta:
Jamq; latet, currusq; super, turmaq; feruntur.
Processere Melas, & Hidasmenus; incipit hasta
Ante Melas: levis ast abies, elusit utrumque;

Ensi-

Ensibus inde ruunt: prior occupat ære citato
Cassidis ima Melas; infracta est vulnere cervix;
Mixta perit virtus: nescit cui debeat Oebreus,
Aut cui fata Tyres. dum sibila respicit Iron,
Cuspidis Argivæ; Pyliam latere accipit hastam.
Viderat Hircanos paribus discurrere fratres
Castor equis; pater armento quos dives ab omni
Nutrierat, fatisque viam monstrarat iniquis:
Tum magis atq; magis, peditem candore notato
Tyndariden incendit amor: simul obvius hastam
Pectus in adversum graviter jacit alipedemque;
Constitit excusso victor duce: risit abalta
Nube pater, prensisq; equitem cognovit habenis.
At pariter luctuq; furens, visuque Medores,
Tyndariden petit; & superos sic voce precatur:
Hunc, age, vel cæso comitem me reddite fratri:
Primus & hic nostra sonipes cadat impius hasta;
Credita qui misero non retulit arma parenti,
Meq; venit contra, captivaq; terga ministrat.
Dixerat. Actæi sed eum prior hasta Phalari
Deicit: ad socias sonipes citus effugit alas.
Quis tibi fatales umquam metuisset Amyclas;
Oebaliamque manum tot Rhyndace montibus inter
Diviso, totidemq; fretis? cadit impiger unâ,
Inguine transfosso clari Taulantis alumnus
Semidea genitrice Tages; cui plurima silvis
Pervigilat materna soror, cultusq; laborat.
Tenuia non illum candentis carbasa lini,

Non

Non auro depicta clamis, non flava galeri
Cæsaries, pictoque juvant subtemine bracæ.
Jamq; novus media, stupefacta per agmina pugna
Vidit eques, densa spargens hastilia dextra;
Fulmineumque viris proturbans ingerit ensem;
Huc alternus & huc: cùm sævior, ecce, juventus
Sarmatica coiere manu, fremitusq; virorum
Semiferi; riget his molli lorica catena;
Id quoq; tegmen equis; agitur porrecta per arma;
Et caput ingentem campis hostilibus umbram,
Fert abies obnixa genu. vaditque virûm vi,
Vadit equûm, docilis relegi doctilisque relinqui,
Atque iterum medios non altior ire per hostes.
Orbibus hos rabidis, mollique per æquora Castor
Anfractu levioris equi, deludit anhelos,
Inmemoresque mori: sed non hisdem artibus æquè
Concurruni, ultroque ruunt in funera Colchi.
Campesus, impacta latus inter, & ilia quercu
Tollitur, ac mediam moriens descendit in hastam.
Oebasus infestum summisso poplite, Phalcen
Evasisse ratus; lævum per luminis orbem
Transigitur; tenera liquuntur vulnere mala.
Contrà autem geminis fidens thoracibus, ictum
Sustulit, & gladio Sibotes ferit ultima teli,
Nequiquam: jam cuspis inest, nec fragmina curat.
Ambenus, & trunco medium subit Otrea ligno.
Seminecem Taxes Hipanim vehit, atq; remissum
Pone trahit fugiens, & cursibus exuit hastam:
Dumq; recollectam rursus locat; irruit ultro,

Turba-

Turbatumq; Lacon, & adhuc invadit inermem.
Impulit adverſo præceps equus Onchea conto,
Nequiquam totis revocantem viribus armos.
In latus accedit ſonipes; accedit & ipſe
Frigidus: arma cadunt; rorat procul ultima cuſpis.
Qualem populeæ fidentem nexibus umbræ,
Si quis auem ſummi deducat ab arbore rami,
Antè manu tacita, cui plurima crevit harundo;
Illa dolis, viſcoque ſuper correpta ſequaci
Implorat ramos, atque irrita concitat alas.
Parte alia infeſtus (nam fors ita junxit) in armis
Styrus adeſt; lætusque virum cognoſcit Anauſin:
Et prior: En cujus thalamis Æetia virgo
Dicta manet, noſtrosq; feret qui victor amores:
En, ait, invitoque gener mutabere patri.
Tum ſimul adverſas collatis curſibus haſtas
Coniciunt: fugit adductis Albanus habenis
Saucius, atque datum leto non ſperat Anauſin,
Nec videt. ille autem; Telo moribundus adacto
Ad ſoceros, pactæque ſinus, ea, conjugis, inquit,
Styre fugis; vulnus referens, quod carmine nullo
Suſtineat, nullisque leuet Medea venenis.
Dixerat: extremus cùm lumina corripit error,
Voxque repreſſa gelu, percuſſaque vertice tellus.
Hinc animos acies auget; magnoque doloris
Turbine, Geſandrum Mauors rapit: ille morantes
Increpat, & ſtricto ſic urget Iazygas enſe:
Nempe omnes cecidere ſenes, nempe omnis ad-
emtus *Ante*

Ante pater. quæ vos subitò tam fœda senectus
Corripuit, fregitq; animos, atq; abstulit iras?
Aut mecum mediam juvenes, agite, ite per urbem
Argolicamq; manum; aut claris occumbite fatis.
Irruit, & patrias cœptis ferus advocat umbras:
Sancte mihi Vorapte pater tua pectora nato
Suggere nunc, animamq; parem; si fata perosо
Tarda tibi, turpesque moras, non segnius ipsi
Paruimus, parvique etiam didicere nepotes.
Hæc ait, auditurq; Erebo: tunc corripit ensem
Turbidus, & Furijs ardens quatit arma paternis.
Indigenis sacratas aquis, magnoq; sacerdos
Phasidis Arctoïs Aquites errabat in armis;
Populeus cui frondis honor, conspectaq; glauco
Tempora nectuntur ramo; te Cyrne parentis
Inmemorem duræ cupiens abducere pugnæ;
Jamq; omnes impunè globos, diversaq; lustrans
Agmina, quem quærit, nusquam videt, atq; iterum intrat.
Vociferans, iterum belli diversa peragrat:
Lancea cœruleas circum strepit incita vittas.
Opprimit ammissis ferus hunc Gesander habenis.
Ille manum trepidans, atq; irrita sacra tetendit:
Teq;, per hanc, inquit, genitor tibi si manet, oro
Caniciem, compesce minas, & sicubi nato
Parce meo. dixit. contrà sic victor adacto
Ense refert: Genitor, turpi durare senecta
Quem mihi veris adhuc; ipse hac occübere dextra
Maluit, atq; ultro segnes abrumpere metas.

Et tibi si pietas nati, si dextra fuisset;
Haud medij precibus tereres nunc tempora belli,
Præda future canum; juveni sors pulchrior omni;
Et certare manu decet, & caruisse sepulchro.
Dixerat. ille deos moriens, cœlumq; precatur,
Dextera ne misero talis foret obvia nato.
Te quoq; Canthe, tui non inscia funeris Argo
Flevit, ab invita rapientem tela carina:
Jam Scythicos miserande sinus, jam Phasidis amnem
Contigeras, nec longa dies, ut capta videres
Vellera, & Euboicis patrios de montibus ignes.
Illum ubi congressu subijt Gesander iniquo;
Territat his: Tu qui faciles, hominumq; putasti
Has Argive domos; alium hic miser aspicis annū,
Altricemq; nivem, festinaq; tedia vitæ.
Non nos aut levibus componere brachia remis
Novimus, aut ventos opus expectare ferentes:
Imus equis, quà vel medio riget æquore portus;
Vel tumida premit Hister aqua: nec mœnia nobis
Vestra placent: feror Arctois nam liber in aruis
Cuncta tenens mecum: omnis amor, jacturaque plaustri
Sola; nec hac longum victor potiere rapina.
Aſt epulæ quodcumq; pecus, quacumq; ferarum,
Mitte Asiæ, mitte Argolicis mandata colonis;
Ne trepident, numquam has hiemes, hæc saxa relinquant
Martis agro: subitam sævi duravimus annæ

Pro-

Progeniem, natosq; rudes: ubi copia leti
Tanta viris: sic in patrijs bellare pruinis
Prædariq; juvat, talemq; hanc accipe dextram.
Dixit, & Ædonijs nutritum missile ventis
Concitat: it medium per pectus & horrida nexu
Letifer æra chalybs: trepidus super advolat Idas,
Ac simul Oenides, pariterq; Menœtius, & qui
Bebricio propius remeavit ab hospite victor.
At verò ingentem Telamon procul extulit orbem,
Exanimem te Canthe tegens: ceu septus in arto
Dat catulos post terga leo: sic omnibus hastam
Æacides, gressumq; tenet, contraque ruentem
Septeno validam circumfert tegmine molem.
Nec minus hinc urget Scythiæ: manus armaque Canthi,
Quisq; sibi, & Grajo pœnam de corpore poscens:
Arduus inde labos; medioque in corpore pugna
Conseritur: magno veluti cùm turbine sese
Ipsius Æoliæ frangunt in limine venti,
Quem pelagi rabies, quem nubila, quemque sequatur
Illa dies: obnixa virûm sic comminus hæret
Pugna; nec arrepto velli de corpore possunt,
Ut bovis exuvias multo qui frangere olivo.
Dat famulis; tendunt illi tractuq; vicissim
Taurea terga domant: pingui fluit unguine tellus.
Talis utrimque labos; raptataq; limite in arcto
Membra viri miseranda meant. hi tendere contrà,

Illi contrà; alternæq; virûm non cedere dextræ.
Hinc medium Telamon Canthum rapit; hinc tenet ardens
Colla viri, & molles galeæ Gesander habenas:
Insonuit quæ lapsa solo, dextramque fefellit.
Ille iterum in clypei septemplicis improbus orbem
Arietat, & Canthum sequitur, Canthumque reposcit:
Quem manus à tergo socium rapit, atq; receptum
Virginis Euriales curru locat: advolat ipsa;
Ac simul Hæmonidæ, Gesandrumq; omnis in unũ
It manus: ille novas acies, & virginis arma
Ut videt, Has etiam contra bellabimus, inquit?
Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ;
Inde Thoen, qua pelta vacat, jamq; ibat in Harpẽ,
Vix dum prima levi ducentem cornua nervo,
Illabentis equi tendentem freta & Hemippen:
Cum regina gravem nodis, auroq; securim
Congeminans, partem capitis, galeæq; ferinæ
Dissipat; hic pariter telorum immanis in unum
It globus: ille diu conjectis sufficit hastis:
Quin gravior, nutuq; carens exterruit Idam.
Tunc ruit ut montis latus, aut ut machina muri,
Quæ scopulis, trabibusq; diu, confectaq; flammis
Procubuit tamen, atq; ingentem propulit urbem.
Ecce locum, tempusq; ratus, jamq; & sua posci
Prælia, falcatos infert Ariasmenus axes,
Sævaq; diffundit socium juga; protinus omnes
Grajugenas, omnes rapturus ab agmine Colchos.

Qualiter exosus Pyrrhæ genus, æquora rursùs
Jupiter, atq; omnes fluviùm si fundat habenas;
Ardua Parnasi lateant iuga, cesserit Othrys
Piniger, & mersis decrescant rupibus Alpes.
Diluvio tali paribusq; Ariasmenus urget
Excidijs; nullo rapiens discrimine currus.
Ægida tum primum virgo spiramq; Medusæ
Tercentum sævis squalentem sustulit hydris,
Quam soli vidistis equi: pauor occupat ingens
Excussis in terga viris; diramq; retorquet
In socios non sponte luem: tunc ensibus uncis
Implicat, & trepidos lacerat discordia currus.
Romanas veluti sæuissima cùm legiones
Tesiphone regesq; movet; quorum agmina pilis,
Quorum Aquilis utrimque micant, eademque parentis
Rura colunt; idem lectos ex omnibus agris
Miserat infelix non hæc ad prælia Tybris.
Sic modò concordes, externaq; fata petentes
Palladij rapuere metus; sic in sua versi
Funera concurrunt dominis revocantibus axes.
Non tam fœda virûm Laurentibus agmina terris
Efecere Noti: Libyco nec talis imago
Litore, cùm fractas involuunt æquora puppes,
Hinc bijuges, illinc artus tenduntur heriles,
Quos radij, quos frena secant; trahiturq; trahitq;
Currus cæde madens; atroq; in pulvere regum
Viscera; nunc aliis, aliis nunc curribus hærent.
Haud usquam Colchorũ animi: neq; cura cavere

Tela;

Tela; sed implicitos miseraq; in veste revinctos,
Confodiunt: ac forma necis non altera surgit;
Quam cervos ubi non Vmbro venatur edaci
Non penna petit, hærentes sed cornibus altis
Invenit, & cæca constrictos accipit ira.
Ipse recollectis audax Ariasmenus armis
Desilit: illum acies curvæ secat undiq; falcis,
Partiturq; rotis: atq; inde furentia raptus
In juga, Circæos tetigit non amplius agros.
Talia certatim Minyæ, sparsique Cytæi
Funera miscebant campis, Scythiamq; premebãt:
Cùm Iuno Æsonidæ non hanc ad vellera cernens
Esse viam, nec sic reditus regina parandos,
Extremam molitur opem; funesta priusquàm
Consilia, ac seras aperit rex perfidus iras.
Increpat & sævis Vulcanum masta querelis,
Cujus flammiferos videt inter regia tauros
Pascua, Tartaream proflantes pectore noctem.
Hæc etenim, Minyas ne iungere Marte peracto
Monstra, fatis jubebat Cadmei dentibus hydri,
Ante diem timet, & varias circumspicit artes:
Sola animo Medea subit: mens omnis in una
Virgine; nocturnis qua nulla potentior aris
Illius ad fremitus, sparsosq; per avia succos
Sidera fixa pavent, & avi stupet orbita Solis
Mutat agros, fluviumq; vias; suus alligat igni
Cuncta sopor: recolit fessos ætate parentes,
Datq; alias sine lege colus. hanc maxima Circe
Terrificis mirata modis, hanc advena Phryxus;

Quamvis Athracio lunam ſpumare veneno
Sciret, & Hæmoniis agitari cantibus umbras,
Ergò opibus magnis, & virginitate tremendam,
Iuno duci ſociam conjungere quærit Achivo:
Non aliam tauris videt & naſcentibus armis
Quippe parẽ, neq; quæ medio ſtet in agmine flãma:
Nullum mente nefas, nullos horreſcere viſus:
Quid ſi cæcus amor, ſævusq; acceſſerit ignis?
Hinc Veneris thalamos, ſemperq; recentia ſeris
Tecta petit, viſa jamdudum proſilit altis
Diva thoris, volucrumq; exercitus omnis amorũ.
Ac prior hanc blandis ſupplex Saturnia dictis
Aggreditur, veros metuens aperire timores
In manibus ſpes noſtra tuis, omnisq; poteſtas
Nunc, ait; hoc etiam magis annue vera fatenti.
Durus ut Argolicis Tirynthius exſulat oris;
Mens mihi non eadem Jovis, atque adverſa voluntas:
Nullus honor thalamis, flãmæve in nocte priores.
Da precor artificis blanda aſpiramina formæ
Ornatusq; tuos; terra cœloq; potentes.
Senſit diva dolos, jampridem ſponte requirens
Colchida, & inviſi genus omne exſcindere Phœbi.
Tum verò optatis potitur; nec paſſa precari
Vlterius, dedit acre decus, fecundaq; monſtris
Cingula, non pietas quibus, aut cuſtodia famæ,
Non pudor: at contra levis, & feſtina cupido,
Affatusq; mali, dulciſq; labantibus error,
Et metus, & demens alieni cura periclí.

Omnes

Omne, ait, imperium, natorumq; arma meorum
Cuncta dedi; quascumq; libet nunc concute metes.
Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,
Atq; hinc virgineæ venit ad penetralia sedis;
Chalciopen imitata sono, formaq; sororem,
Fulsit ab invita numen procul, & pavor artus
Protinus, atq; ingens Æetida perculit horror:
Ergo nec ignotis Minyas huc fluctibus, inquit,
Advenisse soror, nec nostro sola parenti
Scis socias junxisse manus? at cætera muros
Turba tenet, fruiturq; virûm cœlestibus armis.
Tu thalamis ignara sedes, tu sola paterna
Fixa domo? tales quando tibi cernere reges?
Illa nihil contra: nec enim dea passa: manumque
Implicat, & rapidis mirantem passibus aufert.
Ducitur infelix ad mœnia summa, futuri
Nescia virgo mali, & falsæ commissa sorori.
Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipuè quis vita brevis, totumq; parumper
Floret honor fuscis & jam Notus imminet alis.
Hanc residens altis Hecate Persëia lucis
Flebat, & has imo referebat pectore voces:
Deseris, heu nostrum nemus, æqualesq; catervas
Ah misera, ut Grajas haud spõte vageris ad urbes?
Non injussa tamen, neq; te mea cura relinquam:
Magna fugæ monimenta dabis: spernêre nec usquã
Mendaci captiva viro; meque ille magistram
Sentiet, & raptu famulæ doluisse pudendo.
Dixerat. ast illæ murorum extrema capessunt,

Defixaq; virûm lituûmq; fragoribus horrent.
Quales instanti nimborum frigore mœstæ
Succedunt ramis, hærentque pavore volucres.
Jamq; Getæ, jamq; omnis Iber, Drancæaq; densa
Strage cadit legio, & latis prosternitur arvis:
Semineces què duces inter sua tela suosque
Inter equos, sævam misero luctamine versant
Congeriem, & longis campos singultibus implent.
Victores contrà patrium Pæana Geloni
Congeminant: eadem redeunt mox gaudia victis;
Qua deus & melior belli respexit imago.
Quis tales obitus dederit, quis talia facta,
Dic age, tuque feri reminiscere Musa furoris.
Absyrtus, clypei radijs, curruque coruscus
Solis avi; cujus vibrantem comminus hastam
Cernere, nec galeam gentes potuere minantem;
Sed trepidæ redeunt, & verso vulnera tergo
Accipiunt, magnisq; fugam clamoribus augent:
Proterit impulsu gravis agmina, corporaq; atris
Sternit equis, gemitusq; premit spirantis acervi.
Nec levior comitatur Aron; horrentia cujus
Discolor arma super, squalentesq; ære lacertos,
Barbarica clamis arcet acu, tremefactaq; vento
Implet equum. qualis roseis it Lucifer alis,
Quem Venus illustri gaudet producere cœlo.
At non inde procul Ramelus, & acer Otaxes,
Dispuleranr Colchos, pariterq; inglorius armis
Fraude nova stabula, & furtis assuetus inultis
Depopulare greges: frontem cum cornibus auxit

Hispi-

Hispidus, ingq; dei latuit terrore Lycei.
Hac tunc attonitos facie defixerat hostes.
Quem simul ignota formidine bella moventem 535
Vidit Aron; Pavidos te, inquit, nunc rere magistros,
Et stolidum petiisse pecus: non pascua, nec spes
Hic tibi nocturnis, mitte hæc simulacra, rapinis
Neve deum mihi finge; deus quoque consere dextram.
Sic ait, intentaq; adjutum missile planta 540
Dirigit: & laxis patuerunt vulnera villis,
Nec minus Æolii proles Æetia Phryxi
Fertur & ipsa furens; ac se modò læta Cytæis
Agminibus, modo cognatis ostentat Achivis.
Atq; hos in medio duri discrimine belli: 545
Laudibus inque ipsis gaudens ubi vidit Iason;
Macte, ait, ò nostrũ genus, & jam certa progago,
Æoliæ nec opina domus: sat magna laborum
Dona fero, satis hoc visu quæcumq; rependo.
Dixit, & in Sueten, magniq; in fata Ceramni 550
Emicuit: clypeumq; rotans, hunc poplite cæso
Dejicit; illum aperit lato per pectus hiatu.
Argus utrumque ab equis ingenti porrigit ictu
Et Zacorum & Phalcen; peditem pedes haurit Amastrum.
Sanguinis ille globos, effusaq; viscera gestat. 555
Barbarus, & cassa frendens sublabitur ira.
Dat Calais Barisanta neci, semperq; propinquas
Riphea venali comitantem sanguine pugnas.

Centum læta hominum bellator corpora, centum
Pactus equos; his ille animam lucemq; rependit
Crudelis: tandem dulces jam cassus in auras
Respicit, ac nulla cœlum reparabile gaza.
Labitur intortos per tempora cærula crines,
Tunc quoq; materna velatus harundine Peucron.
At genitrix imis pariter Mæotis ab antris
Implevit plangore lacus, natumque vocavit,
Jam non per ripas, jam non per curva volantem
Stagna, nec in medio truncantē marmore cervos.
Eurytus Exomatas agit æquore. Nestoris hastæ
Immoritur primævus Helix: nec reddita caro
Nutrimenta patri, brevibus præreptus in annis.
At Latagum Zetenq; Daraps; illū exigit hasta,
Hunc fugat; ingentem subiti cùm sanguinis undā
Vidit, & extremo lucentia pectora ferro.
Ecce autem muris residens Medea paternis,
Singula dum magni lustrat certamina belli,
Atque hos ipsa procul densa in caligine reges
Agnoscit, queritq; alios Iunone magistra;
Conspicit Æsonium longè caput: ac simul acrēi
Huc oculos, sensuq; refert, animumq; faventem:
Nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret
Antevidēs: quotq; unus equos, quot funderet arma,
Orantesq; viros quàm densis sterneret hastis:
Quaq; iterum tacito sparsit vaga lumina vultu,
Aut fratris quærens, aut pacti conjugis arma,
Sævus ibi miseræ, solusque occurrit Iason.
Tunc his germanam aggreditur, ceu nescia, dictis:

Quis

Quis precor, is toto jamdudum fervere campo
Quem tueor, quemq; ipsa vides? nā te quoq; tali
Attonitam virtute reor. contrà aspera Juno
Reddit agens stimulis, ac diris fraudibus urget:
Ipsum, ait, Æsoniden cernis soror? æquore tanto
Debita cognati repetit qui vellera Phryxi.
Nec nunc laude prior generis, nec sanguinis usquā.
Aspicis ut Minyas inter, proceresque Cytæos
Emicet effulgens, quantisque insuli et acervis:
Et jam vela dabit, jam litora nostra relinquet,
Thessaliæ felicis opes, dilectaque Phryxo
Rura petens; eat atq; utinam, superetque labores.
Tantum effata, magis campis intendere suadet,
Cùm datur, ardentesque viri percurrere pugnas.
At simul hanc dictis, illum dea Marte secundo
Impulit, atque novas egit sub pectora vires:
Ora sub excelso jamdudum vertice coni
Sæva micant, cursusq; ardescit; nec tibi Perse,
Nec tibi virgo, jubæ lætabile sidus Achivæ.
Acer ut autumni canis, iratoque vocati
Ab Jove fatales ad regna injusta cometæ.
Nec sua Crethiden latuit dea, vimque recentem
Sentit agi membris, ac se super agmina tollit:
Quantus ubi ipse gelu, magnoq; incanuit imbre
Caucasus, & summas abiit Hibernus in Arctos.
Tunc verò ut fabulis qualis leo sævit opimis
Luxurians, spargitq; famem, mutatq; cruores;
Sic neq; parte ferox, nec cæde moratur in una;
Turbitus inq; omnes pariter furit: ac modò sævo

Enſe, modò infeſta rareſcunt cuſpide pugnæ.
Tunc & terrificis ſudantem crinibus Hebrum
Et Geticum Prionа ferit: caput eripit Auchi,
Brachiaq́, & vaſtis voluendum mittit harenis:
At genitus Jove complerat ſua fata Colaxes;
Jamque pater mœſto conſiſtat ſidera vultu,
Talibus ægra movens nequiquam pectora curis:
Heu mihi ſi duræ natum ſubducere ſorti
Molior, atque meis auſim confidere regnis:
Frater adhuc Amyci mæret nece: cunctaq́, divum
Turba fremunt, quorum nati cecidere cadentq́;
Quin habeat ſua quemque dies: cunctisq́, negatus,
Quæ mihi. ſupremos miſero ſic fatus honores
Congerit, atq́, animis moriturũ ingentibus implet.
Ille volat campis, immenſaq́, funera miſcet
Per cuneos: velut hiberno proruptus ab arcu
Imber agens ſcopulos, nemorumq́, operũq́, ruinas;
Donec ab ingenti Bacchatus vertice montis
Frangitur, inq́, novum paullatim deficit amnem.
Talis in extremo proles Jovis emicat ævo;
Et nunc magnanimos Hypetaona Geſithoumque,
Nunc Arinem Olbumq́, necat: jam ſaucius Apren
Et deſertus equo Tydrumpedes excipit haſta
Phaſiaden; pecoris cuſtos de more paterni
Caucaſus ad primas genuit quem Phaſidis undas:
Hinc puero cognomen erat; famulumq́, ferebant
Phaſidis, intonſo nequiquam crine parentes.
Jamq́, aliis inſtat atrox; cùm diva ſupremas
Rumpit in q ia co us, victorq́, advênit Iaſon.

Excit

Excipit hunc ſæva ſic fatus voce Colaxes:
Vos Scythiæ ſaturare canes, Scythiæq; volucres
Huc miſeri veniſtis, ait: ſaxumque prehenſum
Illius & dextræ geſtamen, & illius ævi,
Concuſſa molitur humo; quod regia Iuno
Flexit in admoti caput, infatumque Moneſi.
Præceps ille ruit: nato non depulit ictus
Jupiter; Æſoniæ vulnus fatale ſed haſtæ
Per clypeum, per pectus abit: lapſoque cruentus
Advolat Æſonides, mortemq; cadentis acerbat.
Spargitur hinc miſerisq; venit jam notus Alanis.
At regina virum (neq; enim deus amovet ignem)
Perſequitur luſtrans, oculisq; ardentibus hæret:
Etjam lætæ minùs præſentis imagine pugnæ,
Caſtigatque metus, & quas alit inſcia curas:
Reſpiciens, an vera ſoror: nec credere falſos
Audet atrox vultus, eademq; in gaudia rurſus
Labitur, & ſævæ trahitur dulcedine flammæ.
Ac velut antè comas, ac ſumma cacumina ſilvæ
Lenibus alludit flabris levis Auſter: at illum
Protinus immanem miſeræ ſenſere carinæ,
Talis ad extremos agitur Medea furores:
Interdum blandæ direptu monilia divæ
Contrectat, miſeroq; aptat flagrantia collo,
Quaq; dedit teneros aurum Furiale per artus;
Deficit: ac ſua virgo deæ geſtamina redit.
Non gemmis, non illa levi turbata metallo
Sed facibus, ſed mole dei: quem pectore toto
Jam tenet: extremus roſeo pudor errat in ore

Ai

Ac prior his: Credisne patrem promissa daturum
O soror, Argolicus cui dis melioribus hospes
Contigit? aut belli quantum jam restat acerbi?
Heu quibus ignota sese pro gente periclis
Obicit. hæc fantem medio in sermone reliquit
Incœpti jam Iuno potens, securaque fraudis,
Imminet è celsis audentius improba muris
Virgo, nec ablatam sequitur, quæritve sororem.
At quotiens vis dira ducum, densique repentè
Æsoniden pressere viri, cumq; omnis in unum
Imber ijt: obtiens saxis pulsatur & hastis.
Primaque ad infesti Lexanoris horruit arcus;
Alta sed Æsonium supra caput exit harundo.
Teq; Caice petit. conjunx miseranda Caico
Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.
Regius Eois Miraces interpres aboris
Venerat, ut Colchos procul atq; Æetia Parthis
Fœdera donato non irrita jungeret auro.
Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cytais,
At subiti Mavortis amor: simul armiger ibat
Semivir, impubemq; gerens, sterilemq; juventam,
Ipse pharetratis residens ad frena tapetis;
Nunc levis infesto procurrit in agmina curru,
Nunc fuga conversas spargit mentita sagittas.
At viridem gemmis, & Eoa stamine silva
Subligat extrema patriam cervice tiaram,
Insignis manicis, insignis acinace dextro:
Improba Barbaricæ procurrunt tegmina planta.
Nec latuere diu sævum spolia illa Syenem;

Perq

Perq; levem & multo maculatam murice Tygrin
Concita cuspis abit: subitos ex ore cruores
Saucia Tygris agit, vitamq; effundit herilem:
Ipse puer fracto pronum caput implicat arcu.
Sanguine tunc atro clavis ignea, sanguine vultus
Et gravidæ maduére comæ, quas flore Sabæo
Nutrierat, liquidoque parens signaverat auro.
Qualem si quis aquis, & fertilis ubere terræ
Educat, ac ventis oleam felicibus implet,
Nec labor assiduus, nec spes sua fallit alentem,
Jamq; videt primam tenero de vertice frondem:
Cùm subitò immissis præceps Aquilonia nimbis
Venit hiems, nigraq; avulsam tendit harena.
Haud secus ante urbem Miraces, atq; ipsius ante
Virginis ora cadit: sed non magis illa movetur,
Vnius agra metus quàm te Meleagre furentem.
Quàm Talaum videt, aut pugnas miratur Acasti,
At satis hos ipsa gentes, campiq; videbant
Tempestate pari versis incumbere turmis.
Ante oculos fuga fœda ducum, largumq; cadentum
Et cruor, & currus dominis ingentibus orbi.
Non tulit hos Perses gemitus, clademq; suorum,
Tergaq; versa tuens, his cœlum quæstibus implet.
Quid mè jam patrijs ejectum sedibus istas
Ut struerem pugnas, Scythiamq; in bella movere,
Vos superi, vos augurio insistis inani?
Quid fratris meritas tua Jupiter omnia pœnas
Promisere mihi? nobis Argoa parabas
Scilicet auxilia, & tantas conjungere vires.

Sæva

Sæva quidem lucis miseris mora: dent tamen ortus
Vnum illum mihi fata diem, quo fallere Achivos
Quisq; velit; quoq; hunc videam virtute superbū
Æsoniden, tantos flentem sine honore labores.
Dixerat hæc, pectusq; suis everberat armis,
Et galeam fletu, galeam singultibus implet:
Ibat & in medij præceps incendia belli;
Ni prior adversis Pallas vidisset ab armis:
Et secum; Ruit ecce ferox in funera Perses,
Quem genitor Colchis, solioq; reponere fratris
Jam statuit; nostra vereor ne fraude parentum
Increpet, & culpā hanc magno terrore rependat.
Hæc dicens, atro nebulam diffundit amictu,
Stridentesq; viri circum caput amouet hastas.
Ille super socias clementi turbine gentes
Erigitur, paullumq; levi raptatus in æthra,
Jam tandem extremas pugnæ defertur in oras:
Fortè ubi serus Iber, Essedoniæque phalanges,
Marte carent, solisq; juvant clamoribus agmen.
Nox simul astriferas profert opabilis umbras,
Et cadit extemplo belli fragor: ægraque muris
Digreditur, longum viro perpessa timorem.
Vt fera Nyctelij paullis per sacra resistunt
Mox rapuere deum, jam jam quocumq; parate
Thyades: haud alio remeat Medea tumultu,
Atq; inter Grajumq; acies, patriasq; phalanges
Semper inexpletis agnoscit Iasona curis,
Armaq;, quiq; cava supereſt de casside vultus.

LAMP.

LAMP. ALARDI IN VALERII FLACCI ARGONAUTICON LIBR. VI. NOTAE.

VERS. 8. PROTINUS È CASTRIS FUGIT; SOPOR EXCITA TELA) Ita legit Carrio & distinguit; nullo sensus habito respectu. Emendo ergo: *Protinus è castris fugit sopor; excita tela*; vel ut etiam sequentis versus habeatur ratio: *Ad cita Tela Turbati coiere duces*. Ita suus constabit versui contextus & sententiæ.

v. 14. CONSILIIS DUM NOX VACAT ALTA MOVENDIS) Nocturnæ vigiliæ studiis & consiliis aptissimæ, eo quod omnia ad excogitandum propter silentium accommodata sunt. Unde illud: *plus oleî quàm vini* quosdam absumpsisse, quâ de causâ Poëtæ noctem εὐφεγγῆ à meditationis promptitudine vocitant. Epicharmi dictum est: *si quid scitu dignum quæras nocte meditandum*. Plutarchus adhæc in Sympos. Decad VII. *apud Lacedæmonios fuisse ait νυκτερινὸν σύλλογον nocturnum conventum gravissimorum*. Quare non incongruum lucubrationis symbolum est *lucerna*. Unde Demosthenis illæ ac Aristophanis Grammatici & Cleanthis lucernæ celebratissimæ, atq; illa Epicteti tam frequenter â Nostris quàm Græcis autoribus decantata, ut nulla apud omnes celebrior, nulla præciosior habeatur. Meminit Varro lib. I. de Ling. Lat. Hinc illud τὸν λύχνον ὄζει. Demosthenem quoq; à Pytheâ objectum quod ejus enthymemata lucernam olerent, quippe qui nihil ex tempore diceret, sed meditatione & vigiliis elucubraret: Neq; segnis in respondendo Demosthe-

mosthenes, qui non eodem pretio sibi & illi constare lucernam, subijciebat; nocturna scilicet illi convivia exprobrans. Æschines quoq; nimiam hanc hominis diligentiam incessens λυχνοφόρον eum appellat: sive quòd semper è scripto diceret, sive quod in utriusque partis favorem subinde scriptitaret. Unde jocus ille apud Aristophanem Irene: *de Lucernarum fabro & quod omnia consilia jam ad lucernam sint consultaturi.* De Æneâ Virgilius idem habet quod noster de Perseo:

Nec minus Æneas se matutinus agebat.

Unde consilium Hesiodi lib. II.

Ὄρθρος ἀνὴρ ἀρότοιο· ἴτω τοι βίος ἄρκιος εἴη
Ἠὼς ἢ τ' ἔργοιο τύτλῳ ὑπαείσεται ἄμπυξ.
Ἠὼς τοι σεύει μὲν ὁδὸν σεφέρει δὲ καὶ ἔργῳ
Ἠὼς, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθε
Ἀνδράσιν, ποσσοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βοῶν πέδησεν.

v. 40. QUOD GEMINAS ARCTOS, MAGNUMQUE QUOD IMPLEAT ANGUEM) Draconem, Septentrionale sidus intelligit, qui spiris suis cingit ursas Arctoas vel Septentrionales, aliaq; ejus loci sidera.

v. 42. MISERAT ARDENTES, MOX IPSE SECUTUS ALANOS) Alanos etiam Tactica Claudij Æliani inter bellicosos numerat in Adriano. Dionysius tamen eos discriminat, ut qui uno loco Alanos ad ostium Mœotidis paludis collocat, altero Massagetas ad mare Caspium. Quod autem ardentes vocat Alanos Poeta, calorem illis tribuens ex illo Claudiani intelliges VI. Consol. Honorij:

Ni calor micanti male festinatus Alani
Dispositum turbasset opus.

Quo audaciam horum populorum nobilitat. Duritiem & fortitudinem addit Lucanus lib. VIII. qui *æterni Martis & duros* nominat.

---- ---- *peterem cum Caspia claustra*
Et sequerer duros æterni Martis Alanos.

Confer

Confer descriptionem Ammiani lib. XXXI. Solinus de his populis scribit, quòd posteri Iasonis haberi voluerint. c. XX.

v. 44. PACTA QUOD ALBANO CONIUX MEDEA TYRANNO) Desponsata erat Medea Albanorum Regi Styro, de quo Noster. lib. V. v. 459.

Tum gener Albanis Styrus qui advenerat oris.

v. 48. PROXIMA BISALTÆ REGIO) Plinius lib. IV. cap. XI de his populis *Thracia sequitur inter validissimas Europæ gentes in strategias L. divisa: Populorum ejus quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextrò latere Denseltha & Medi, Bisaltæ supra dictos lævo.* Et capite præcedente: *Libera gens Bisalta à fluvio Bisalta, sive Bisalta Solis, & Terræ filio, ubi leporis duplici jecinore sunt, ut Theopompus tradit.* Ptolomæus in Propontide ponit Bisaltiam iter inter Heniochos, quibus origo græca est, ut scribit Plinius: nam & Bisaltæ sunt inter Strymonem fluvium, & Edonicum sinum.

v. 48. DUCTORQUE COLAXES) Malim cum nonnullis exemplaribus *Coraxes*, utpote sic dictum à populis Coraxis, de quibus Plin. lib. VI. c. V. *Subjicitur Ponti regio Colchia, in qua juga Caucasi ad Riphæos montes torquentur, altero latere in Euxinum & Mæotin devexa, altero in Caspium & Hircanium mare: Reliqua litora ferè nationes tenent Melanchlani, Coraxi, urbe Colcherum Dioscuriade, juxta fluvium Antemunta, nunc deserta. Sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis putant, à quibus ortam Heniochorum gentem ferant conflat.*

v. 53. CUNCTA PHALANX IN SIGNE JOVIS) Phalanx in bello vocata est coagmentatio militum ex plurimis decuriis. Claud. Ælianus Tactică cap. VII. Τὸ ὅλον τὸ σύγμα ἢ πλήθος τῶν λόχων φάλαγξ καλεῖται. Confer sequentia. Ejus olim magnus erat terror.

Hinc Arrianus lib. II. καὶ τῆς δόξης φάλαγξ ὡς ἀμάχῳ δὴ ἐς τὸ τότε ἀξιοθεσμένης. id est: Laude Phalangis tanquam invincibilis, etiam tum omnium ore celebrata. Paulus Æmylius Consul, cùm primùm Phalangem Macedonum instructam vidisset dicere est solitus, se nunquam terribilius quicquam vidisse. Svidas è Polybio: Λεύκιος δὲ ὁ ὕπατος ἐκ ἐωρακὼς φάλαγξα τὸ πρώτον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἐπὶ Περσέως, πολλάκις ἀνωμολογεῖτο πρός τινας ἐν τῇ Ρώμῃ, μηδὲν ἑωρακέναι φοβερώτερον Μακεδόνων φάλαγγος, καὶ πεῖραι πολλὰς οὐ μόνον πεζομάχους, ἀλλὰ καὶ χειρωσαμένους ἀγῶνας ἐι καί τις ἄλλος. Idem Plutarchus profitetur in ejus vitâ.

v. 53. INSIGNE JOVIS CÆLATAQUE GESTAT TEGMINA) Insignia milites in clypeis gerebant, quæ & aliàs veteribus usitatissima. Virgilius lib. VII. de clypeis.

Pulcer Aventinus, clypeoq; insigne paternum
Centum angues cinctamq; gerit serpentibus hydram.

Et infra:

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.
Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram
Sustinet, Ætneos efflantem faucibus ignes.
Quam magis illa fremens & tristibus effera flammis
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At levem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat jam setis obsita, jambos
Argumentum ingens & custos virginis Argus
Cælatusq; amnem fundens pater Inachus urna.

Ovi-

Ovidius de Theſei agnitione, quæ patri facta ex inſignibus gladii. Metam. lib. VII.

Agreſtes aconita vocant, ea conjugis aſtu
Ipſe parens Ægeus nato porrexit, ut hoſti:
Sumſerat ignarâ Theſeus data pocula dextrâ
Cùm pater in capulo gladij cognovit eburno
Signa ſui generis, facinuſq; excuſſit ab ore.

Adhæc diverſa diverſis cohortibus ſcuta dabantur diverſimodè inſignita. Commemorat Livius lib. IX. *Diverſa diverſis exercitibus ſcuta data*; Flav. Veget. lib. II. c. XVIII. *Ne milites aliquando in tumultu prælii à ſuis contubernalibus aberrarent, diverſis cohortibus diverſa in ſcutis ſigna pingebant: ut ipſi nominant δείγματα, ſicut etiam nunc moris eſt fieri.* Præterea in adverſo ſcuto uniuſcujuſq; militis erat nomen adſcriptum, addito, ex qua eſſet cohorte, ex quâ centuriâ. Accerſam huc nonnullas formas unâ adhibito titulo ſeu nomine ipſorum militum & Magiſtrorum quibus ſuberant. Primo loco vide inſignia aliquot eorum qui ſub Magiſtro, peditum per occidentem Romanis militabant.



Batavi: Herculiani: Celtæ:

Vide etiam clypeo centra aliquot eorum, qui ſub Magiſtro equitum per occidentem militabant.



PROMOTI COMITES MARCOMANNI.

v. 55. MILES ROMANE CORUSCI FULMINIS) Legionem Romanorum significat, quæ in clypeorum insignibus fulmen gerebat, & dicebatur legio fulminatrix. Narrat Dio in Antonino & alibi. Verùm tamen de M. Antonino rem aliter exponit: Cum enim M. Antonini exercitus diebus quinq; aquæ penuriâ laboraſſet, & milites in anguſtiis montium Germaniæ à Quadis circumcluſi ſiti propemodum conficerentur; Imperatorem anxium & conſternatum adiit Præfectus prætorii, dictitans nihil eſſe, quod Chriſtiani precibus impetrare non poſſent à Deo: & eſſe in Legione XII. cohortem militum, qui omnes Chriſtum colerent. Ea re cognitâ Antoninus, petiit ab eis, ut Deo ſuo ſupplicarent. Quod cum illi poſitis in terrâ genibus & ad Chriſtum profuſis gemitibus feciſſent, ſubita pluvia largiſſima divinitus miſſa eſt: quam Romani ore & ſcutis excipientes recreati ſunt, cum è contrario Quados alioſq; Germaniæ populos fulmina perſequerentur. Quare ſtupefactus Imperator Chriſtianos magnis adfecit honoribus & in perpetuam rei memoriam Legionem illam, in quâ illi militabant FULMINATRICEM nominavit, Græcè κεραυνοβόλον. Sic Quadi Chriſtianorum beneficio à Romanis victi ſunt; & M. Antoninus Imperator VII. appellatus eſt. Confer Capitolinum, Tertullian. in Apologet. Euſebium lib. V. Cæterum Conſtantini Imperatoris alia fuit ſen-

ten-

sentia. Is & in cæteris negotiis religionis nostræ devotissimum cultorem se exhibuit, id quod etiam in Militiæ disciplinâ curavit: & cum alij. Imper imagines suas in signis præferri curarent, hic labarum in crucis signum mutavit, ipsamq; crucis figuram hastis præferri curavit. Signa quoq; clypeorum sui exercitûs cruce idem exornari voluit, atq; ipsi Labaro Christi nomen adhiberi curavit. Autor est Prudentius lib. I. contra Symmachum:

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorũ insignia Christus
Scripserat.

Ibidem paulo ante:

Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

Quod autem Labarum clypeorumq; insignia Christi nomine inscripta dicit Prudentius, Græcis id literis fieri consuevit, eo modo quo id veteres repræsentant nummi, quos inter est Magnentij, in quibus est ipsius effigies cum inscriptione tali: Dn. Magnentius. P. F. Augustus, cujus parte aversâ tale exaratum signum, cum eadem inscriptione:



In quâ figurâ majorem literam nonnulli putarunt esse P, Latinum, cum sit Ro. Græcorum.

v. 58. COLLEGERAT IPSE DRACONEM MATRIS HORÆ SPECIMEN) Fuerunt & hæc singularia Clypeorum insignia, quæ ex superius positis figuris aliquomodo cognoscas. Dum enim autor ait :

____ ____ ____ linguisq; adversus utrimq;
Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemmæ.

Vide annon ad tertium peditum ordinem, qui Celtarum est, conveniat.

v. 66. MISIT IN ARMA DARABS ACIES QUEM MARTIA CIRCUM GANGARIDUM) Gangaridas quosdam inter Scythiæ populos Poeta ponit. Fuerunt alias Gangaridæ Indiæ populi invicti & exterorum armis semper intacti : quorum victoriam Virgilius Augusto ominatur lib. III. Georg.

In foribus pugnam ex auro solidoq; elephanto
Gangaridûm faciam.

A Ptolemæo illi populi Gangaridæ vocantur lib. VII. ab aliis tamen Gangaridæ. Diodor. lib. III. Ἀπολαμβάνων εἰς τὸ ἀνατολικὸν μέρος τὸ ἔθνος τὸ τῶν Γαγγαριδῶν πλείστας ἔχων καὶ μεγίστας ἐλέφαντας διὸ καὶ τῆς χώρας ταύτης οὐδεὶς πώποτε βασιλεὺς ἔπλευσε στράτευσε. Eorum etiam regio à Strabone lib. XV. Gandaritis appellatur.

v. 69. NON RODALO CUM FRATRE FIDON) alii legunt *Sydon*. Barbara sunt nomina, & pleraque barbaræ gentes: nec interest diu in illis commorari. Quos Geographi enumerent Scythiæ populos (hic à Poetâ enumerandos) adi & confer Plinium, Strabonem, Melam, Diodorum, alios. Nostri enim instituti non est, hæc prolixius persequi.

v. 70. FATIDICÆ MOVET AGMINA CERVÆ. (Fuit & hæc legio, vel singularis militum ordo: ita à cervæ insignibus discriminatus. Quod autem Poeta deinde dicit : *Mœsta nece sæva luce redituræ Dia-*

ræ, intelligendum ex eo est, quod cervi & cervæ in tutela Dianæ erant. Hinc Servium Tullum ædem in Aventino Dianæ sacrasse ferunt, diemq; instituisse Idibus Augusti, quo die ipsi cerva nata esset. Mos verò erat ut Deæ ara ex *cornibus* fieret cæsorumq; cervorum capita valvis & parietibus adfigerentur. Cæterum quod Poeta *cornua* cervæ tribuit; exinde videre est, quam Latini vates diligentes & superstitiosi Poetarum Græcorum fuerint imitatores, ut quemadmodum delectabat Balbinum polypus Agnæ, sic eos delectent aliorum vitia. Homerus enim primus fortasse ejus rei autor, quem Noster sequitur, ab Aristotele tamen in arte Poet. reprehensus eam ipsam ob causam. Quæ adeo res est, quod nuper ejus sententiæ fuerim, pro Cervæ scribendum Cervo, nisi me vers. 73. qui sequitur revocasset. Ita enim habet:

Mœsta necis sævæ luco reditura Dianæ.

Erant enim apud Romanos machinæ bellicæ peculiares, quas Cervos appellabant, quasq; castris ad munitionem præfigebant. Meminit eorum Virgil. in Eclogis:

Atq; humiles agitare casas & figere cervos.

Tibullus lib. IV.

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Qua deceat tutam castris præducere fossam,
Qualiter adversos hosti defigere cervos,
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo.

v. 74. Movit Et Hylæa Supplex Cum Gente Syenem) Syenem Plinius insulam facit lib. V. cap. IX. *Incipit à fine Æthiopiæ Syene, ita vocatur Insula C. M. pass. ambitu, in qua Cerasæ sunt latere Arabia & ex adverso insulæ IV. Philæ D. C. M. pass. & à Nili fissurâ unde appellari diximus Deltam.* Mela urbem Ægypti eo nomine recenset. lib. I. cap. IX. sub finem.

quem consule. Horum populorum nemora in tam proceram sublimantur excelsitatem, ut transiaci nesagittis quidem possint, teste Solino, cap. LV. Unde Noster vers. seq.

Densior haut ullas, nec celsior extulit usquam
Silva trabes fessæq; prius redire sagittæ
Arboris ad summum quã pervenere cacumen.

Sed Virgilium imitatus videtur qui Georg. 2. sic inquit:

---- ---- ubi aëra vincere summum
Arboris haut ullæ jactu potuêre sagittæ,
Et gens illa quidẽ sumtis non tarda pharetris.

v. 83. è PRIMO TORQUENS TEMONE CATEIAS) Cateia teli genus est, quod projectum retrahi potest, Virg.

---- -- soliti torquere cateias.

v. 88. HOS SUPER ÆRATAM PHALCES AGIT ÆQUORE NUBEM) Quam autor intelligat nubem æratam facile erit conjicere illi, qui ex ære Clypeos apud veteres fieri norit. Eademq; locutione nubem hanc vocat, quâ anteâ sub finem lib. V. dixit *saxifere, imbrem arenæ*, v. 608. Talis ex ære Clypeus fuit ille, quo Democritus Abderites usus ad effodiendos oculos, ut est apud Agellium, Virg. I. Æn.

Aere cavo clypeum magni gestamen Abantis

lib. XI.

---- ---- clypeumq; ex ære sinistræ
Subligat.

Ennius quoq; simpliciter æs posuit pro clypeo ex eâ materie Festus: *Prolato ære apud Ennium significat scuto ante se protento.* Loquitur ergo Poëta de clypeis, quorum condensatio nubem adsimilet, vel quorum unusquisq; nubem adæquet, Hyperbolice: Nam id insignia testan-

testantur quæ his adsignat v. 90. Fuerintne autem clypei isti ex solido ære dubitet forte quis rudior. Quis enim credat militem, galeâ, thorace, aré; tibialibus ex ære cunctis istis armatum (quales veterum illi fuerunt) insuper tanto oneri gerendo nedum tractando parem esse potuisse. Verosimilius est externam superficiem clypeorum, ære obductam fuisse, cùm ad munimentum, tum ad tutelam, reliquas partes ex multiplicatis boum pellibus. Ovidius de Achillis clypeo Metam. XII.

Dixit & hæsurum clypei curvamine telum,
Misit in Æacidem, quod & æs & proxima rupit,
Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum est.

Ubi decem orbes ipsi adsignat, unum æneum, reliquos è pellibus. Inde Hesychius ἐπίχαλκον vocat ἀσπίδα ἐπίχαλκον· ἄσπις ἔχει δὲ χαλκὴν τὴν ἐπιβολήν. Etiam Polyæn. ἐπιχάλκων ἀσπίδων *meminit*. lib. VII. Crœso, com. I. ἦγε μὲν ἀνὴρ τῶν ἐπιχάλκων ἀσπίδων τὰς ὄψεις τῶν ἀξεστικῶν ἵππων ἀπέστρεφεν. Lucani è vimine faciebant scuta, corioque tegebant teste Salustio. Meminit etiam Pollux alius materiæ, unde confieri solebant utpote *viminum, ligni, &c.* Ira enim inquit ἄσπις οἰκεία, ἄσπις δὲ καὶ ξύλα, ἄσπις ἀπὸ βύρσης, ἄσπις ὠμοβοίνη, ἄσπις χαλκῆ *&c.*

v. 91. Ferrataque Dorso Forma Suum) Clypeorum aliquos insignitos fuisse dicit formâ suum. Variæ enim erant formæ. Claudianus in Consulatu Probini & Olybrii de Romæ Clypeo.

Flava cruentarum prætenditur umbra jubarum,
Et formidato clypeus Titana lacessit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.

Hic patrius Mavortis amor, fetusque notantur
Romulei: post amnis ineſt, & bellua nutrix,
Electo Tyberis, Pueri formantur in auro:
Tingunt ara Lupam, Mavors adamante coruſcat.

Diogenes Laertius lib. IIX. Apollini ſacratum clypeum deſcribit his verbis: εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπίδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα, ἔφη δ' αὐτὴν ὑπ' Ἀσπασίνου ἐκ Τεγέας, ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα. Λέγεται πᾶσαν ἡδὺ, μόνον δὲ λαμπρεύειν τὸ ἐλεφάντινον πρόσωπον. Cætera quæ ad veritatem clypeorum pertinent vide apud Lipſium III. de militiâ Romanâ.

v. 92. PRÆLIA NEC RAUCO CURANT INCENDERE CORNU) Veteres non lituo tubâve aut tympano in conflictu uſos ad animos militum inciendos, ſed fortium virorum laudibus Poeta ſcribit, cumprimis corallos: Idem Horatius à Tyrtæo ante factum ſcripſit, de arte Poeticâ ad Piſones, ſed verſibus:

Tyrtæusq; mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit.

Inde Claudius Ælianus Tacticâ: δεῖ δ' ἐφίζειν τὰς ἀωμείς τὰς πεζικὰς, καὶ τὰς ἱππικὰς τὰ μὲν φωνῇ, τὰ δὲ σημείων ἀρχόντων, ἵνα καὶ ἐκάστην ἐπιτηδειότητα τὸ στρατιωτικὸν ᾖ χρήσιμον.

v. 96. HINC JURATOS SECUM TRAHIT ASIA BATERNAS) quos Poeta vocat Baternas, Geographis Baſternæ ſunt. Appianus in Mithradatico: *Transmare in Europâ Sarmatarum gentes, Baſilii, Iazyges, Coralli, Thracum item quæcunq; Iſtrum flumen & Rhodopen, Æmumq; montem accolunt & inſuper Baſternæ omnium horum fortiſſimi.* Hermolaus quoq; in Plinium lib. IV. c. 12. pro

12. pro Jagyges & Absternæ scribendum, inquit, *Iazyges & Basternæ*. Dionysio quoq; sunt *Basternæ*. Confer Strabonem & Ptolemæum.

v. 98 ÆQUAQUE NEC FERRO BREVIOR NEC ROMPHEA LIGNO) Romphea vel Romphæa Thracum volunt esse telum, freti autoritate T. Livii cujus hæc sunt I. Decad. l. I. verba: *Thracas Romphæa ingentis & ipsa longitudinis inter adjectos undiq; ramos impediebant.* Confer Isidor. in framea & vetus Glossar. Bapt. Mant. Parthenicê. II.

Quã gerit adversas feriat Romphæa conhortes.

Quod vero *Romphea*: Noster habet correpta secundâ: Maserius M. Scripto excusat, ubi *Romphia* fuisse scribit. Ab aliis quoq; *Rumfea* vocatur. Abbo de Obsid. Luth.

Quos valide numero bellantes sub duodeno
Rumfea, vel formido Danum non terruit.

v. 103. ARIASMENE BELLIS TRADIDERIM MOLEM BELLI) *Moles belli*, Immanem hominem, & robustum significat. Sil. Ital. *Molem viri* dicit:

Moles illa viri, validoq; habitata Gradivo
Pectora ---- ---- ---- ----

Idem. XVII. de Equo:

----- *subitæ occulto collapsa tremore*
Cornipedis moles. Sic Manil. lib. IV. *Molem Elephanti* dixit.

v. 105. UNDIQUE FALCATOS DESERTA PER ÆQUORA CURRUS) de his currubus Claud. Ælianus Tacticâ cap. XXII. Τοῖς δ' ἅρμασι οἱ μὲν ψιλοῖς καταχρῆσαντο οἱ δὲ δρεπανοφόροις κατεσκεύασαν. Illis Macedonas primum usos reperimus. Hesychius: δρεπανοφόρα ἅρματα φασὶ πρῶτος τὸς μακεδόνας χρήσασθαι. De Falcatorum curruum usu ap. veteres qui plura desiderat adeat. Vege-

Vegetium lib. III. cap. XXIV. & quæ Stevvechius prolixè ibi notat.

v. 107. CASPIADÆ QUEIS TURBA CANUM NON SEGNIUS ACRES) Mirum est, quod de canibus Caspiadum Poeta narrat. Ne quid tamen Poeticâ Hyperbole ab eo dictum existimes: ecce simile quid narrat Salinus de canibus Alanis, cap. XX. dum inquit: *Apud hos populos nati canes feris omnibus anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, detinet quicquid objectum est &c. Mox: Garamantum Regem ducenti canes ab exilio reduxerunt præliati adversus resistentes. Colophonij & Castabalenses canibus in bella productis primas acies instruebant.* Cæterum de Caspiis Portis idem autor cap. L. *Caspia Porta, inquit, panduntur itinere manu facto, longo 3. millibus passuum. Nam latitudo vix est plaustro permeabilis. In his angustiis etiam illud inter alia difficile, quod præciforum laterum saxa liquentibus inter se salis venis exsudant humorem adfluentissimum, qui mox vi caloris constrictus velut in glaciem coit. Præterea octo & viginti millium passuum tractus omnis, quoquo inde pergitur nullis puteis vel fontibus humo arida sine præsidio sitit. Tu serpentes undiq; gentium convenæ, à verno statim die confluunt. Ita periculi ac difficultatis concordia ad Caspios nisi hyeme accessus negatur.* De populi hujus moribus vide plura apud Eusebium lib. I. c. 3. de præp.

v. 118. ET CENTUM GEMINÆ LONGÆVA NOVALIA THEBÆ) Thebe vel Thebæ urbs in Bœotia, teste, Mela lib. II. c. 3, Plinius de illâ sic lib V. c. 9. *Ægyptus super cæteram antiquitatis gloriam XX. M. urbium ibi Amasi regnante habitata prædicat: nunc quoq; multis etiamsi ignobilibus frequens; celebratur tamen Apollinis, mox Leucozoë & Diospolis magna eadem Thebe portarum centum nobilis fama; copiosa Indicarum Arabicumq; mercium, Nilo proximum emporium.* Hunc numerum portarum respicit Satyricus cum dicit:

Rari

Rari quippe boni, vix sunt numero totidē, quot
Thebarum portæ vel divitis ostia Nili.

v. 122. EXPERTES CANENTIS IAZYGES ÆVI) lego *Iaziges* ex Apiano & Hermolao in Plinium, quorum verba citavi paulo ante vers. 96. De his scribit Poeta, quod non canescant, hoc est ad maturam ætatem perveniant, sed simulac vires deficiunt, statim à natis interficiantur. Confer Historicos.

v. 129. HIC ET ODORATO SPIRANTES CRINE MICELÆ) Solebant veteres Romani crines unguento delibutos habere: Nec solum illi, verum & aliæ gentes. Hinc Callimachus Hymn. ν. λιπαρὸν πλόκαμον dixit Synes. Epist. 32. ὁ ἡδὺν τὸν περὶ τῆς κεφαλῆς σταζόντα μύρον τῆς ἀγορᾶς, ὃν στέφανοι καὶ μύρτοι μεθύοντες καὶ κωμάζοντες. Horatius Lib. II. Carm. Od. XI.

Cur non sub alta vel platano, vel hâc
Pinu jacentes sic temerè & rosâ
Canos adorati capillos
Dum licet, Assyriâ nardo
Potamus uncti?

Et apud Ovidium, Juvenalem, & alios, cumprimis Catullum, Tibullum, Propertium.

v. 135. THYRSAGETEN) De Thyrsagetis Pomp. Mela lib. I. cap. XXI. *Iuxta Mæoticos, Budinos, & Gelonos Thyrsagetæ sunt, & cum Thurcis vastas sylvas occupant, aluntur venando. Hi populi* à Baccho oriundi & nomen & sacra ejus retinuerunt. Dicuntur enim à *thyrso*; hasta videlicet: bacchicâ pampinis involuta.

v. 142. ET EOÆ MEMORATRIX TIBIA PUGNÆ) de pugnâ Bacchi apud Indos superius dixi. Tu adi & cum his Nonni Dionysiaca. Item Horat. lib. II. Carm. Od. XIX.

v. 144. ET FLAVI CRINE SATARCHÆ) à fla-

va

vâ Cæsarie Satarchas Poeta commendat, quæ non parum commendationis habebat. Ælianus lib. XII. de Aspasiâ: ἦν δὲ καὶ τὴν κόμην ξανθὴ, καὶ ἕλκει τὰς τελχὰς ἐρέμα. Et de Atalantâ lib XIII. Ξάνθη δὲ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, ὅπερ καὶ πολυπραγμοσύνη γυναικεία καὶ βαφαῖς ἅμα καὶ φαρμάκοις. Horatius lib I, Od. XXXII. idem de nigrâ habet, Nam & illa prædicabatur:

Et Lycum nigris oculis, nigroq;
Crine decorum.

Varro apud Nonium in Rictus. *Ante auris nodosa soboles & cincinni parvuli intorti demittebantur. Oculi suppatuli nigellis pupillis.* Sed inquiet aliquis hoc in Italiâ, ubi meretricum capillus flavus. Sed ecce Græcum autorem de nigro crine: Aristænetus lib. I. Epistola Cyrtionis: ἐξέλαμπε δὲ καὶ ποδῶν τε καὶ μελαίνης κόμης λαμπρὸς μὲν τρόχηλος. Ita veteres nigra etiam supercilia inter pulcherrima habebant: Aristenætus in Laidis suæ descriptione ὀφρῦς τε μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον. Gregor. Nyssenus lib. περὶ παρθενίας. cap. III. ἐαν τὰ πέμπτα τῆ νεότητι καὶ ὅσα παρὰ τῶν ἀνοήτων καταδάζεται καλλωπίσμη οἷον ὀφθαλμὸν τοῖς βλεφάροις λάμπουσα, καὶ ὀφρῦν ἐγκεχυμένην τῷ ὄμματι. Hac de causâ mulieres oculos stibio illinebant, quem morem etiam Pollux tangit lib. V. cap. XVI. Hieronymus in Epist. quadam ad matrem viduam. *Non benè morata mater est; res seculi cupit, amat divitias, oculos stibio linit.* Et in vitâ Paulæ. *Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso & cerussâ & stibio sæpè depinxi.* Naumachius etiam hoc reprehendit in Gnomicis, ut matronâ honestâ indignum.

Μηδὲ μέλαινε τοῖσιν ὑπὸ βλεφάρεσσιν ὀπωπὰς
ἀ ῥ' ἠλυτέρεσσι δίμας ὤπασεν ἡμιτέλεστον
Μορφὴν, ὄφρα καὶ ἄλλα θεοὶ χερσὶ τεχνήσαιντο.

Cyprianus de Habitu Virginum id vocat modò *oculos*

(stib)

circumducto nigrore fucare, modo *nigro pulvere adulterare*. Confer Auguſtin. de Doctr. Chriſtianâ lib. IV. cap. XXI. & Ambroſium lib. de Virginitate. I. Porro de Satarchis Plin. lib. IV. cap. XII. Mela lib. II. cap. I. ab initio.

v. 146. Exomatas Venatus Alit) legunt alii *Iaxomatas* quod malim, quos Stephanus ponit juxta Mœotin. Item Mela lib. I. c. 22. *Oram quæ à Boſporo ad Tanaim uſq; deflectitur Mæotici incolunt, Toreatæ, Arrichi, Phicores, & oſtio fluminis proximi Iaxamatha.* Valerium tamen *Exomatas* ſcribere voluiſſe inferius v. 569. patet.

v. 146. Nec Clarior Ullis Arctos Equis) Commendat Poeta *Exomatas* & finitimos populos à re Equeſtri. Quod & Pompon. Mela facit. lib. I. *Apud hos populos eaſdem artes fœmina quas viri exercent, adeo ut ne militiâ quidem vacent. Viri pedibus inhærent, ſagittisq; depugnant, illæ equeſtre prælium ineunt. Nec ferro dimicant, ſed quos laqueis intercepere trahendo conficiunt.* Laudati aliàs veteribus, præ cæteris Theſſali qui artem Equeſtrem exercuerint. Xenophon IV. Hellen. Θεσσαλοὶ κράτιστοι ἱππεῖς εἶναι δοκοῦντες. Idem IV. Hellen. Ageſilaum de victis Theſſalis gaviſum fuiſſe narrat: μάλα ἡδόμενον. ὅτι τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ ἱππικῇ συνήκει σὺν ᾧ αὐτὸς ξυνέλεξεν ἱππικῷ. Etiam Alexandri magni equitatus è Theſſalis maximè conſtitit autore Livio lib. IX. Theſſalus etiam erat Alexandri Bucephalus autore Plutarcho. Etiam ſecundum oraculum datum Magarenſibus, vel ut quidam Æginenſibus, equi Theſſali habiti optimi:

Γαίης μὲν πίσης τὸ πλατυγκὸν Ἄργος ἀμείνων
Ἵπποι θεσσαλικοί, λακεδαιμονίᾳ δὲ γυναῖκες.

Notandum tamen quod Theſſali equites conjuncti, in acie invicti & incomparabiles fuerint, disjuncti autem & ſeorſim, inutiles. Polyb. lib. IV. Θεσσαλῶν γὰρ ἱππεῖς

ἱππεῖς κατ' ἴλην μὲν καὶ φαλαγγηδὸν ἀνυπέρβατοι, χωρὶς δὲ ἐπιφανοτάξεως, σεσὸς κατὰ τόπον κατ' ἄνδρας κινδυνεύοντα δύζηνοι καὶ βραδεῖς.

v. 157. ET PARIBUS SPIRANS MEDEA VENENIS) hoc est pari arte certans in Magicis cum Medea, quæ & ipsa insignis venefica erat.

v. 160. GEMINIS ÆQUANTES CORNIBUS ALAS BALLONOTI) est descriptio aciei militaris. *Ala* enim (Græcis ἴλη, unde & dicitur, teste Lipsio II. de Militia) *est acies*. Svidas ἴλη σύστημα, στρατιᾶς, πλῆθος ἱππικὸν. Ala est Systema, conversio, acies multitudinis equestris. Hesychius etiam ἴλην exponit: ἴλαι στρατιᾶς φύλων multitudinis collectionem. Cornua autem sunt duæ summæ partes aciei, secundum Claudii Ælian. Tacticam, c. VII. Διαιρεῖται δὲ ἡ φάλαγξ ἅπασα εἰς μὲν ὁλοχερῆ μέρη, διὰ δὸς τῆς μετώπου διχοτομίας δι' ὅλου, ἥ βάθους· ὧν τὸ μὲν ἥμισυ δεξιὸν καλεῖται, κέρας καὶ κεφαλή, τὸ δὲ λοιπὸν εὐώνυμον λέγεται κέρας καὶ οὐρά. id est: *Dividitur Phalanx in duas partes summas facta bissectione à Fronte per totam altitudinem; quarum dimidia pars altera cornu dextrum & caput vocatur; reliqua, cornu sinistrum & cauda.* Confer figuram quam ad v. 147. lib. III. notavi. Ista turma binas habet acies vel alas, & bina cornua; alterum dextrum, alterum sinistrum, hoc pacto:



v. 169. COMITUMQUE GELER, MUTATOR EQUO-

Equorum Mœsus) Desultorem Equum intellegit, qualem Cloëlio adscribit Silius, de quo Poëta lib. X.

Milite non illo quisquam felicius acri
Insultarat equo, vel si resupina citato
Projectus dorso ferret cum membra, vel idem
Si nudo staret tergo, cum rapta volucris
Transigeret cursu sonipes certamina campi.

Talem etiam describit Manilius lib. IV. ubi aurigæ officia enumerat.

Nec non alterno desultor sidere dorso
Quadrupedem, & stabilis poterit defigere plantas
Per quos vadit equos, ludet per terga volantũ
Aut solo vectatus equo, nunc arma movebit.
Nunc licet in longo per cursus præmia circo
Quicquid te tali studio formatur, habebit.

Per concaquetarnatos quoq; desultasse veteres Homerus canit Iliad. ο.

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵππουσι κελητίζων ἐὺ εἰδὼς
ὅς τ' ἐπεὶ ὲκ πολέων πίσυρας σωὰείρῃ ἴππους
ζκεύας ὲκ πεδίοιο μέγα ἄστυ δι' ὤκεα δίωκει
λαοφόρου καθ' ὁδὸν· πολέες τέ ἑ θήησαν τε
ἀνέρες· ὴ δὲ γυναῖκες· ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
θρῴσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλου ἀμείβεται· οἱ δὲ πέτονται.

Vetus Scholiastes ita habet. Δημήτριος ὁ Φησίτε ἡνιοχικά τινα μεταβαίνοντα, ὡς ὁ Ποιητὴς λέγει, κατέχοντα τὰς χαλινὰς, καὶ ἀνεμποδίστως τηροῦντα τὸν δρόμον τῶν ἵππων καὶ ὁπηνίκα ὰν βούληται.

v. 160. Comitumque Equorum) comites equos vocat junctos. Ἀμίππους rectè vocares, quos quidam desultores interpretantur. Hesychius: ἄμιπποι δύο ἵπποι συνεζευγμένοι. Jul. Pollux lib. I. c. 10. ἄμιπποι (indubiè legendum ἄμπποι) δύο εἰχον ἔπι ἵππους, καὶ ὁ

ἵππεις· ἐξεπόντισε γὰρ τὸν ἕτερον καὶ μεμελετήκεσαν μεταπηδᾶν ἐκ θατέρου, ἢν δὲ αὐτοῖς τὸ σύφιεμα ἐπικαιριώτερον χρῆσθαι πρὸς τὰ ἔργα τοῖς ἵπποις, ὅταν δὲ τε μαχεσάμενοι κατανοήσειαν, καὶ εἰς αὐτοὺς ἀκοπώτεροι. Livius de Numidis equitibus lib. XXIV. *Nec omnes Numida in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpè pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamq; docile equorum genus est.* Lubet hîc addere de alio Equitum genere, qui Διμάχαι appellabantur, & pro loci oportunitate Equitum vel Peditum munere fungebantur. Jul. Pollux ἦν δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἱππέων Διμάχαι, Ἀλεξάνδρου τὸ εὕρημα κεφοτέρων πεζοῦ ὁπλίτου καὶ βαρυτέρου ἱππέως, ἔχοντες σκεῦος, ἡνίκα μενοι πρὸς ἄμφω καὶ τὴν ἐκ γῆς, καὶ τὴν ἀφ' ἵππου μάχην. Alexandri hoc vocat inventum, quia primum his usus Alexander in persequendo Dario. Curtius lib. VI. *delectis Equitum VI. Millibus CCC. quos dimachas appellant adjungit, dorsa hi graviora arma portabant, cæterum equis vehebantur. Cum res locus q; poscerent, Pedestris acies erat.* Hos ab ἀμφίπποις Scal. junior distinguit in Manilio suo: Sed quod pace tanti Viri dixerim fallitur & fallit: Hesychius exsertè: Διμάχαι οἱ λεγόμενοι ἄμφιπποι, ὅτινες ὅτε μὲν πεζῇ, ὅτε δ' ἐφ' ὑπποις μάχονται. Harpocr. Ἄμφιπποι οἱ σωὶ ἵπποις συντεθόρηκοι. ἔνιοι δὲ φασιν ὅτι ζεύγνυταί τινες πρὸς ἀλλήλους ἵπποι κέλητες, ὁ δὲ ἕλκων ὠνεῖται τὸν ἕτερον, μὴ πεπαλεικώς, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἰσχύων. Vide Mauslacum ad eundem locum. Explicationem etiam à nobis exspecta in Notis, quas in eundem Autorem minamur. Non absimiles illis etiamnum hodie sunt equites in militia nostra, Dragoner appellati. Bombardas enim gestant oblongas ex humeris dependentes & equis utuntur desultoribus, ut pro re natâ & equitum & peditum munia exsequantur.

v. 162. Ingentis Frenator Sarmata Conti) Nonius cap. XII X. Num. 24. Conti hastæ longiores & robustæ. Lamb. Hortensius in Lucani lib. VI.

Nunc sude, nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris, & valli summa tenentes.

Virg. V. Æn.

Ferratasq; sudes, & acutos cuspide contos
Expediunt ---- -- - ----

De Sarmatis idem telum usurpat Stat. II. Achill.

Quo Macetæ sua gesta citent, quo turbine contum
Sauromates, falcemq; Getes —

v. 176. Nec Semineces Ostendere Crines Tempus Adhuc) Palladis Ægis vel clypeus gestabat Gorgonis caput, quod serpentibus multis ceu comis scatebat, quos Poeta vocat femineces crines. Ideo de Pallade Ovid. lib. IV. Met.

Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hostes
Pectore in adverso quos fecit sustinet angues.

Maximum autem hic clypeus terrorem incutiebat; quod Poeta innuere vult cum dicit:

---- ---- *quam nec Dea laxat habendo.*

(ita enim legi malim pro *lassat*) Hinc Domitianus eodem signo uti solebat ad stuporem incutiendum, quem adfectabat de se in vulgus concitari. Statius Papinius:

---- ---- *secta prætendens colla Medusæ*
Ceu stimulis accendit equum.

Ubi idem de stupore testatur. Quare autem

Domitiano hoc signum usurpatum, facile est conjicere. Arrogabat enim sibi ipse apud vulgum Dei, nomen ut autor Svetonius: *Pars arrogantiâ cum Procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic incipit: DOMINVS ET DEVS NOSTER SIC FIERI IVBET.* Quod non indiligenter observans Martialis multis locis non aliter nominat lib V. Epigr.

Edictum Domini, Deiq; nostri.

Et de ejus statuâ lib IX. *Postquam pulchra Dei Cæsaris erageris.* Et postea illo defuncto ac designato jam Imperatore Trajano. lib. X.

Dicturus Dominum Deumq; non sum.

v. 190. GRAIIQUE SEQUUNTUR MISSILIBUS) Missile parvam significat hastam, & qui ea utebantur ἀκοντισταὶ Græcis dicebantur. Hesychius: ἀκοντὸν ἰσοδύναμον μικρὸν λόγχην. Jaculum, spiculum, missile, sagittam, pilum, Latini vocant. Silius Ital. lib IX.

At quos deinde tenet retrorsum inglorius ordo
Missilibus certant pugnas æquare suorum.

Et Horat. lib. III. Carm. Od. 6.

Penè occupatam seditionibus
Delevit urbem Dacus & Æthiops,
Hic classe formidatus, ille
Missilibus levior sagittis.

His qui pugnabant levis vocabantur armatura. Philo lib. I. de vita Mosis: ἄπασαν τὴν ἐπιπλὴν δύναμιν, πεζὴν λαβὼν, ἀκοντιστάς τε καὶ σφενδονήτας, καὶ ἱπποτοξότας καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι τῆς κούφης ἀπλίσεως. Svidas vocat πεῖραν ἀκροβολιστικὴν τοῦ ψιλοῦ ordinem inglorioſissimum & Sil. d. l.

At quos deinde tenet retrorsum inglorius ordo.

Hiq; illi erant qui crus dimidio tegmine munibant, ut vibrantibus spiculis vehementior ictus esset. Unde Juven. Sat. lib. II.

Qua-

Quale decus rerum, si conjugis auctio fiat
Balteus, & manicæ, & cristæ, currisq; sinistræ
Dimidium tegmen.

Græci vocant περικνημίδας. Nostri *Tibiale*. De his vide Doctissimi Arcerii notas ad Claud. Ælian. Tact. c. 2.

v. 193. Spargentem Vulnera Funda) In omnibus veterum præliis Funditores militasse autor est Vegetius lib. I. c. 16. In bello etiam Trojano Homer. Iliad. N. v. 600.

Σφενδόνη ἦν ἄρα οἱ Τρώων ἔχε πειμένι λαῶν.

ad quem versum Eustathius: δῆλον ὅτι καὶ σφενδονῆται εἶχεν ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος. A frequenti & laudato fundæ usu cumprimis celebres Balearides ut Vegetius dicto libro & capite autor est. Post hos Scythæ, quos hîc Valerius describit. Erant enim Scythæ eidem qui Parthi. Eustath ad Dionys. φασὶν *Parthos etiam Parthyeos vocant quidam, ajuntq; gentem esse Scythicam atq; è fugâ coloniam transtulisse in Medos, ideoq; ita vocatos. Nam Parthos Scythæ Fugitivos nominant.* Apud Svidam item Parthi Persica lingua Scythæ. Πάρθοι περσικῇ γλώσσῃ Σκύθαι, ἃ κατῴκισε Σεσωσρις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς ὑποτάξας Ασυρίοις. Et modò citatus Dionys. φησίν

Ἀλλ' ἤτοι πυλέων μὲν ὑπαὶ πέδα κάσσιάων
Πάρθοι γαιετῶσιν ἀρηΐοι, ἀγκυλοτόξαι.

De Parthis ergo Svidas testis est cum inquit: Καρδοῦχοι vel ut quidam legunt Καρδοῦχοι σφενδονῆται ἄριστοι Carduchi funditores præstantissimi. Carduchos autem hos populos olim vocatos scribit Strabo lib. XVI.

v. 203. Viderat Hircanos Paribus) De populis Hircanis ita Plinius lib VI. c. XVI. *à Caspio ad orientem versus, regio est Zapavortene dicta, & in ea fertilitatis inclyta loca Darieum mons, gentes Tapyri, Anariaci, Stauri, Hyrcani, à quorum littoribus idem, mare*

Hyrcanium vocari incipit à flumine Syderi. Respicit autem Poeta vers. 79. superiorem.

v. 204. PATER ARMENTO QUOS DIVES AB OMNI NUTRIERAT) Per patrem, Cyrin intelligit Titanium, quem ab armentis commendat. Olim enim Regium, non vile munus erat pecora pascere. Varro de re Rust. lib. 2 cap. 1. *De antiquis illustrissimus quisq; pastor erat. ut ostendit Graca & Latina lingua, & veteres poeta, qui alios vocant πολυάρνας & πολυμήλους, alios πολυβότας. Qui etiam ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt.* Didymus ad Odyss. XIII. τὰ παλαιὰ γὰρ οἱ τῶν βασιλέων παῖδες πώεσι παῖδες (alii legunt πεντήκοντα) ἐνεμέντο καὶ ἐποίμαινον. Hesiodi Scholiastes lib. I. τὰ παλαιὰ βασιλεῖς πολυτίμητοι καὶ πολυχρύσους ἔζων τὸν βίον. Confer Herodotum.

v. 227. PICTOQUE JUVANT SUBTEMINE BRACCÆ) Varro lib. IV. de vestium generibus loquens etiam subteminis meminit cum inquit: *Stamen à stando quod eo stat omne in tela velamentum, subtemen quod subit stamini. Trama quod frameat filum genus vestimenti densum: densum à dentibus pectinis quibus feritur.* Antonii ibidem hæc est lectio: *subtemen quod subit stamini: trama quod trameat filum, genus vestimenti, densum; à dentibus pectinis quibus feritur:* hanc augem emendationem adjuvare videtur, Servius in Virg. lib. III. Æn. ubi *auri subtemine*, id est, inquit filo, quod intra stamen currit, quod PerEus Sat. VI. tramam dixit:

---- ---- ---- *mihi trama figuræ*
Sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter.

Statius Papin. lib. VII.

Et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax

v. 232. SARMATICÆ COIERE MANUS) Sarmatæ iidem sunt qui Sauromatæ Plinio & aliis. Plinio lib. IV. cap. XII.

v. 233.

v. 233. Riget His Molli Lorica Catena) Loricas olim gestabant soli graviter armati, de quarum varietate vide, quæ optimè commentatus est Lipsius III. De Militiâ, ubi etiam ἡμιθωρακίων meminit è Polluce, quarum inventor fuerit *Iason*. Pollux lib. I. cap. X. Ἰάσων δὲ ὁ Θετταλὸς καὶ ἡμιθωρακία πρῶτος ἐξεῦρε. Hinc autem gravis armaturæ milites, qui quandoque θωρακίται appellantur ap. Polyb. lib. X. & XI. Item θωρακοφόροι apud Xenophontem παιδ. V. θωρακοφόρος βαρύτατον εἶδος τεγανόματος. De hoc munimento Eustath. agit ad Iliad. α. exponens unde ἀκνημίδες *Græci Homero dicuntur*: ἄσπερ θώρηξ ἔπλου ὁ ἐπὶ τὸν ἕτερον σώματος θώρακα, ὅτι καὶ κνημὶς τὸ σκέπον τὰς κνήμας τῶν στρατιωτῶν· ἀφ' ἧς εὐκνημίδες Ἀχαιοὶ, ὁπλῖται εὐόπλοι.

v. 234. Id Quoque Tegmen Equis Aligitur Porrecta Per Arma) lego *per armos*. *Porrecta* autem pro adverb. *porrectè* more Græcis usitato ut Prima pro primo: lib. I. v. 1. *Primo Deûm magnis canimus freta pervia nautis*. Et v. 38. libr. eodem:

Tunc juvenem tranquilla tuens
pro tranquillè ---- ---

Intelligit autem equites Cataphractos, qui equos habebant pari modo munitos. Servius in Æn. XI. *Cataphracti equites dicuntur, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent*. Salustius. *Equites Cataphracti ferreâ omni specie, equis paria opperimenta erant*. Apud Suidam scriptor quidam de Parthis: ἁπλίζεσι δὲ καὶ τὸν ἵππον ὁμοίως σιδήρῳ πάντα μέχρι τῶν ὀνύχων, διὰ τὸ μὴ δίδυμον μήτε αὐτοῖς ὄφελος ἂν εἴη ἰδίων ὅπλων, εἰ ὁ ἵππος αὐτοῖς ἀχρεῖος εἴη, Nazarius Panegyrico, Constantino dicto: *Operimento ferri, equi pariter & homines obsepti superne omnibus tectis equorum corporibus demissa lorica, & crurum tenui pendens sine impedimento gressus à noxa vulneris vindicabat*, vers. seq. post Caput ponens distinctionem.

v.236. FERT ABIES OBNIXA GENU) Sarissas procul dubio intelligit; de quibus Svidas σαρίσσαι, εἶδος ἀκοντίου ἑλληνικοῦ, δόρυ μακρὸν παρὰ μακεδόσι, *Sarissæ species hastilis Græcanici, hasta longa apud Macedones.* Quas qui gerebant tibias & genu ocreis muniebant vel tibiali (Juven. vocat Dimidium tegmen ut supra indicavi) Polyænus lib. VI. lucem dat, inter arma quæ Philopæmon gestare Græcos edocuit etiam hæc enumerans: ἐδίδαξε τὰς ἀχαιὰς ἀντὶ μὲν θυρεοῦ καὶ δόρατος ἀσπίδα, καὶ σάρισσαν λαβεῖν, κράνεσι δὲ καὶ θώραξι καὶ κνημῖσι φράξεσθαι h.e. *docuit Græcos loco scuti & hastæ clypeum ac sarissam gestare, galeis verò ac loricis atq; ocreis se munire.* Confer Veget. lib. I. cap. XX.

v.262. SI QUIS AVEM SUMMI DEDUCAT AB ARBORE RAMI) Durum & auribus insuave cadit, *ab arbore rami*, nisi hypallagen admittere velis; nimis insuavem. Rectius igitur ante Carrionem lectum fuit unanimi librorum fide: *ab aëre rami.* Quam lectionem mihi confirmat locus ille apud Virg. II. Georg.

Aut quos Oceano propior gerit India tellus
Extremi sinus orbis: ubi aëra vincere summum
Arboris haut ullæ jactu potuere sagittæ.

Nil elegantius, nihil correctius hac lectione. Atq; eccum Scaligerum in eundem Virgil. locum lib. Poet. *Locutionem attendas. Vincere summum arboris aërem. Plebejus dixisset: Arboris cacumen.* Bene hæc scripseram, cùm oblatus Maserii Codex idem confirmavit. At Christoph. Bulæus, Juvenis harum literarum non imperitus, etsi correctionem meam elegantiâ suâ non fraudavit, tamen illud *ab arbore rami* non aliunde nisi ab ipso Valerio esse valdè pertendit, fide suâ recipiens, hujus generis plura non solùm ex Nostro, sed & aliis principibus poetis annotari posse.

v.305.

v.308. GENITOR, TURPI DURARE SENECTÆ QUEM MIHI RERIS ADHUC) Respicit versum 122. præcedentem. Erat enim mos inter hos populos, quos Jazycas vocat, ut parentes filii trucidarent, quando vires deficiebant; nec quisquam eorum ad senilem ætatem perveniebat: unde superius vocavit canentis expertes ævi, & 127.

---- ---- ---- *natusq; parensq;*
Ambo animis ambo miseri tam fortibus ausis.

v.314. ET CARUISSE SEPULCHRO) Invisa magnoperè veteribus ea mors, quam privatio sepulturæ sequebatur. Hinc Valer. Max. lib. V. cap. III. *Post obitum nullam Attica regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebam invenit.* Ideo quoq; Deus passim apud Prophetas inter alias pœnas & iræ minas, se immissurum dicit gladium, qui populum suum privet honore sepulturæ. Unde lex apud Græcos neminem in sepulturam linquere. Sophoclis Scholiastes ἀνηρήκη. Οἱ γὰρ νεκροὺς ὁρῶντες ἄταφον, κἀμὲ συναμυνοῦσιν, εὐαγεῖς εἶναι ἐδόκουν. Ælian. ποικ. ἱστορ. lib. V. Νόμος καὶ ἦν ἀπλοῦς, ὃς ἂν ἀτάφῳ ἐντύχῃ σώματι ἀνθρώπου πόνῳ ἐπιβάλλειν γῆν. Quintilian. Decl. V. *Ignotis cadaveribus humum congerimus; & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocunq; veneretur aggestu.* Declamat. VI. *Nobis (rerum natura) adversus exanimos genuit non solùm miserationem, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiam religionem. Inde ignotis quoq; corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde injecta ab alienis humus.* Romani hoc *Iusta facere* mortuo appellabant, qui facere istud cogebantur ante novarum frugum gustationem: sin quis neglexisset, porcam præcidaneam Cereri mactabant: Festus lib. XIV. *Præcidanea agna vocabatur, qua ante alias cadebatur. Item porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, id est, glebam non objecisset: quod mos erat eis*

facere prius, quàm novas fruges gustarent. Atque post glebæ injectionem mortuus *Humatus*, at ante glebæ injectionem *Humilis* vocabatur. Causam vide ex notatis libri præcedentis ad v. 11.

v. 336. SUBITAM SÆVI DURAVIMUS AMNE PROGENIEM) Solebant quondam partum è matris utero prodeuntem ad flumina deferre, cùm ut abluerent, tùm ut aquæ rigori adsuefacerent, ac dura feliciùs natum. Callimachus hymno in Del.

——— ——— εἶδε καὶ ἄλλας
Λευκιμένας ἐπ' ἰμῶ λεχωΐδας ———

Virgilius:

——— ——— *natos ad flumina primum*
Deferimus, rigidoque gelu duramus & æstu.

Ennius Andromedâ apud Nonium in Lavit. *Nam ubi introducta est, puerumque ut lavent, locant in clypeo.* Apollonius lib. II. de Tibarenis agens:

——— ——— ταὶ δ' ὡς κομέουσιν ἰδοῦσα
Ἀνέρος, ἠδὲ λοετρὰ λεχωΐνοις πίσι πίνουσαι.

Alii hoc modo verum natorum ortum explorabant. Prolem enim natam ad Rhenum ferebant, clypeoque imponebant, si undis abriperetur, notham censebant: si innataret, genuinam, & suam. Claudian. in Rufinum:

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Julianus in Epist. ad Maximum: πάντως δὲ ὁ ῥῆνος, ὡδίκει τὰς Κελτὰς, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ποιεῖς δίνας πέμπει, καθαίρεσθε καθαρᾷ σπέρματος ὑπερμένει δ' ὕδατος αἰωρεῖ, καὶ τῇ μητρὶ τερμέσθαι πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν ὥσπερ ἀδίκασαν τινα μαρτυρίαν αὐτῇ καθαρῶν καὶ ἀπέμπτων γάμων τὴν δ' παιδὸς σωτηρίαν ἀπέδωκεν. Meminit & Galenus de sanitate tuendâ: Et Gregorius Nazianzenus de Celtis in Epigr.

ὡς νόθον εὐγενέως Ῥῆνος κρίνει ῥείθροις.

Hinc

Hinc & ἐλεγχίμαχος Rhenus in Epigr. dictus lib. Anthol. & à Nonno in Dionysiacis. Meminit etiam hujus rei Aristoteles lib. VII. Polit. c. 7. Et Proverbium vide apud Apostolium ὁ ῥῆνος ἐλέγχει. Lipsius etiam in notis ad Tacitū Rheni etymon hinc petendum existimat, quasi purgatoris & vindicis conjugiorum. Purus enim sermone nostro dicitur Reyn. Plura vide ad Nonni Dionys. lib. XLVI. Gerard. Falkenb. Noviomag. ad p. 477.

v. 340. Ædoniis Nutritum Missile Ventis) lego *Ædonis*. Venti enim *Ædoni* vel *Ædonii* (apud Græcos in medio est. ω. mega) sunt illi, qui in Thracia fiant mari Ægæo infesti. Virg. XII. Æneid.

Ac velut Ædoni Boreæ quùm Spiritus alto
Insonat Ægæo ---- ---- ----

Ad eundem modum Statius dixit: *Edonas hyemes* pro frigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ. *Nutritum autem ventis* tale telum intelligit, quod medicamentis vento duratis ita præparatur, ut alicui inflictum nullum admittat medicamentum, qualia etiamnum hodie Sicarii parare norunt. Cæterum *Ædonus* legendum constanter adfirmo. Video enim eundem errorem & in aliis Poëtis. Certè Servius ad v. 365. lib. XII. Æn. eo nomine Donatum corrigit, *quòd dicat Ædonii legendum, ut Do brevis sit.* Claud. I. Stil.

---- *quoties sub pellibus egit*
Ædonias hyemes, ubi M. Scripta & Veneta editio rectius *Ædonias*.

v. 349. Septeno Validam Circumfert Tegmine Molem) Clypeum intelligit ex ordinibus septem pellium bovinarum complicatum. Ita Ovidius Ajacis clypeum describit:

Surgit ad hos clypei Dominus septemplicis
Ajax.

Nostri

Noster infra v.367.

Ille iterum in clypei septemplicis improbus orbem
Arietat.

v.358. UT BOVIS EXUVIAS MULTO QUI FRANGERE OLIVO) Olim athletæ oleo se ungebant. Unde Virg. Æn. V.

Cætera populeâ velatur fronde juvento
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit.

Ovidius in Epist. Paridis ad Helenam nitidam vocat palæstram.

More tuæ gentis nitidâ dum nuda palæstra
Ludis ---- ---- ----

Unctos etiam cæstus, ut ad palæstram aptiores essent, ex his Valerii verbis videre est. Duri enim erant & alias intractabiles. Virgil. Æn. V.

In medium geminos immani pondere cæstus
Projecit, quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroq; intendere brachia tergo.

Vide quæ ad v.250. lib. IV. notavi, unde huic loco lux non exigua.

v.375. INDE THŒN QUA PELTA VACAT) Pelta parvus est clypeolus. Svidas. πέλτη, μικρός τις ἀσπιδίσκη, κοὶ κέφη. Et Isidorus: Pelta, scutum brevissimum. Item Glossæ antiquæ πελτάριον parmula & πελτικὸς parmularius. Revera tamen parma à pelta diversa fuit. Probus in vitâ Iphycratis: *Cum ante illum Imperatorem Graci maximis clypeis, brevibusq; hastis, minutis gladiis uterentur, ille è contrario Peltam pro parmâ fecit, à quo postea Peltastæ pedites appellati, ut essent ad motus concursusq; leviores.* Livius, qui peltas gerebant, non tantum Peltastas sed & Cetratos, appellat lib. XXXI. *Nocte cetratos, quos Peltastas vocant, in insi-*

diz abdiderat. Cetratos autem ideo, quia ut ait idem lib. XXIIX. Pelta cetræ haut dissimilis est.

v. 387. Falcatos Infert Ariasmenus Axes) falcatos currus intelligit, de quibus supra v. 105.

Undiq; falcatos deserta per æquora currus
Insequitur Drangæa phalanx

v. 390. Qualiter Exosus Pyrrhæ Genus) Diluvium tangit celebre illud, quod sub Deucalione accidit, & ab Ovidio describitur lib. I. Metam. fab. IX. & Decimâ.

Nec cœlo contenta suo Jovis ira, sed illum
Cæruleus frater juvat auxiliaribus undis,
Convocat hic amnes: qui postquã tecta tyrannã
Intravere sui: non est hortamine longo
Nunc, ait, utendum: vires effundite vestras.

Horatius de eodem lib. I. Carm. Od. 2.

Terruit gentes grave næ rediret
Seculum Pyrrhæ, nova monstra questæ
Omne cum Protheus pecus egit altos
Visere montes:

Diluvium hoc quartum fuit si Xenophonti credimus; qui in libro de Æquivocis quinq; enumerat: *Primum* trimestrem sub Ogyge prisco; *secundum* Niliacum menstruum sub Hercule & Prometheo Ægyptiis: *tertium* bimestrem in Achajâ: *quartum* Thessalicum trimestrem sub Deucalione: *quintum* etiam trimestrem sub Proteo Ægyptio, qui Paridi Helenam eripuit. Nonno in hoc cum Xenoph. non convenit qui Dionysiac. lib. III. tres κατακλισμὸς enumerat, cui suffragatur etiam Isidorus Orig. lib. XIII. cap. 22.

v. 403. Tisiphone Regesque Movet) In antiquioribus scriptoribus Imperator Romanus sub-

subinde Rex appellatur, quod Barthius in adversariis cum cura notat. Et hic Valerium Noſtrum habet ſuffragantem.

v. 403. QUORUM AGMINA PILIS) pilum, parva erat haſta ſeu ſagitta, de qua ante ad v. 190. dixi. Deſcribit autem hac allegata comparatione civilia Romanorum bella. Cum enim bonam orbis partem imperio cepiſſent, mole ſuâ quodammodo laborarunt, & vires in ſua viſcera verterunt. Quod Lucanus tangit:

---- populumq; potentem
In ſua victrici converſum viſcera dextrâ.

Auguſt de Civit. Dei XIIX. cap. XLV. *Tunc jam Roma ſubjugaverat Africam; ſubjugaverat Gratiam, lateq; etiam aliis orbis partibus imperans tanquam ſe ipſam ferre non valens, ſe ſuâ quodammodo magnitudine fregerat.* Et quæ ſequuntur. Totus Poetæ locus ex illo Lucani intelligetur, ubi porrò canit.

---- infeſtiſq; obvia ſignis
Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

Et ex illo Sil. lib. IIX.

Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo
Nec mos pĕnigeris pharetrā impleviſſe ſagittis
Pila volant, brevibusq; habiles mucronibus enſes.

Pilum enim, haſta breviſſima eſt, cujus deſcriptionem habes apud Polyb. Megapol. Hiſt. c. 6. editione Caſauboni. Ab eo *Milites Pilani* dicti. Ovid. I. Faſt.

——totidem PILANUS habebat. Et PILATA COHORS apud Mart. lib. X. Ep. 48.

v. 404. QUORUM AQUILIS UTRINQ; MICANT) Romanorum Imperatorum inſigne eſt *Aquila*, quam primò Romanis legionibus C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo propriam dicavit: Plinius lib. X. c. IV. Hinc

Deus

Deus παντελεσίων Judæis nuncians, Aquilam illis minatur, h.e. exercitum Vespasiani, Imperatoris Romani Deut. c. XXVIII. v. 49. *Deus populum super te congregabit è longinquo, è finibus Terræ, sicut Aquilam volantem.* Et illata primùm hæc in Judæam Anno XIII. Neronis: in vexillis Romanorum depicta, primumq; in terra sancta conspecta est abominatio, de qua Christus prædixit, desolationem futuram prætendens. Erat etiam hoc Persarum Regum insigne. Xenoph. exped. Cyri lib. I. Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετὸν πινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης. Et plerumq; in heroum clypeis olim videre erat *Aquilas*. Inde Aristoph. Ranis:

——— ——— ἢ ἀσπίδων ἐπόνθεις
Γρυπποίτας χαλκηλάτας.

Scholiastes ibidem: εἰώθασι γὰρ ζωγραφεῖν εἰς τὰς ἀσπίδας ἀετούς. Euripides μελεάγρῳ,

Τελαμὼν δ' χρυσοῦν ἀετὸν πέλτης ἔπι
σῴζημα δηρὸς ἦν σ.

Philostratus senior εἰκόνων lib. 2. καὶ τὸ σημεῖον τὸ βασίλειον ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης ἀετός.

v. 420. UMBRO EDACI) id est, cani ex Umbriâ Italicæ regione oriundo. Umbor enim dicitur canis venaticus ejus regionis. Sensus ergo est: Cæduntur Ariasmeni equites & milites impediti, ut corvi cornuorum altitudine præpediti, quos venatores non opus habent canibus fallere, aut pinnis. Sunt autē pinnæ quasi avium pennæ in funibus venatoriis seu retibus suspensæ ad terrendas feras. Seneca Hippol.

Picta rubenti linea pinnâ
Vano claudit terrore feras.

v. 434. Cuius FLAMMIFEROS VIDET INTER REGIA TAUROS) De tauris ignivomis scribit, quibus ærei fuerint pedes in aulâ Æetæ, quosq; Æetes contra Minyas in bello emiserit. De his Apollonius lib. III. v. 1282.

Παπῆς·

Πικτήνας δ' ἀνὰ νειὸν ἴδε ζυγὰ χάλκεα ταύρων
Αὐτογόνοιο· ἐπὶ τοῖς πύρεϊ ἀδάμαντι· ἄροσεν.
Χείμῳ δ' ἐπειδὴ κιών· παρὰ δ' ὄβριμον ἤγκει· ἐπῆεν
Ὀρθὸν ἐπ' ἀλλάχῃ, κωλεὴν δ' ἀπεκάτθετ' ἐρεισας
Βῆ δ' αὖτ' ἐπὶ στείρῃσι σὺν ἀπλοΐδι νηλεῖ ταύρων
Ἴχνια μαστεύων· οἱ δ' ἔκ ποθεν ἀφρέφατο
Καὶ δμῳὴ· χθονίη, ἵνα τε σφίσιν ἔσπε βέαυλα
Καρπερὰ λιγνύοεντι πέλεξ εἰλυμένα καπνῷ·
Ἀμφω ὁμῶ προγένοντο πυρὸς σίλας ὠμπνείοντες

Cæterum observandum hîc venit: Valerium longè alium observare ordinem ab Apollonio. Quando enim Noster hoc libro, primitus desctibit bellum Minyarum cum Perse & postmodum Junonis apud Venerem de Jasone intercessionem, unde Medea Junonis astu, sub personâ Chalciopes sororis tentata, amore Jasonis exarserit, viamq; ipsi ad obtinendum vellus aureum aperuerit: Apollonius primò Junonem introducit, cum Pallade super Jasonis auxilio consultantem, veneriſq; artes ad decipiendam Medeam accersentem. Posteà demum post Jasonis apud Æætam sollicitationem acceptamq; repulsam de aureo vellere; quomodo Jason Medeæ auxilio ad bellum se præparaverit Tauroſq; domuerit ignivomos prolixiùs enarrat.

v. 442. ET AVI STUPET ORBITA SOLIS) Solem, Medeæ avum dicit: Æetes enim ex communi opinione Colchorum rex, & filius Solis fuisse traditur, de quo superius plura. Noster de Æete lib. V. v. 456.

Cum se Sole satus patriis penetralibus infert
Filius hunc juxta primis Absyrtus in annis
Dignus avo, quemq; insontē meliora manerent.

v. 444. RECOLIT FESSOS ÆTATE PARENTES) Arte Medea Magicâ Senibus juvenilem reddebat ætatem, quod de Æsone Jasonis patre Ovidius narrat

narrat lib. VII, Fab 3, Fulgentius lib. 2. Mythol. scribit: *Medea ejus naturæ florem invenit, qui capillos albos nigrosq; faciendi potestatem habebat, quo omnibus à canicie liberari volentibus capillos nigros apparere fecit. Invenit quoq; prima lavacri cujusdam calidi usum, vim medicam habentis, quo volentibus omnibus medebatur, atque hæc non quidem in publico sed clam agebat, ne quis medicorum talia addisceres. Hæc verò compositio quâ utebatur παραψὶς dicebatur. Quicunq; igitur hac paropsi utebantur agiliores prorsus saniorescq; fiebant. Ex hoc Medea præparationem hanc quicunq; videbant, lebetem scilic. lignum, homines elixando à Medeâ æqui existimabant.*

v.447. Quamvis Athracio Lunam Spumare Veneno) Ad Lunæ lumen lectas herbas efficaciores veneficiis credebant: quod Lunam veneficiis præesse censerent, & herbas suâ quadam Spumâ & salivâ inficere: Lucanus lib. VI.

Donec suppositas propior despumet in herbas.

Et Noster eodem modo lib. IIX.

Contra Tartareis Colchis spumare venenis.

Confer lib. IIX. v. 83.

v.480. Fulsit Ab Invita Numen Procul) Significat Poëta etiamsi Juno in decipienda Medea, habitum Deæ dissimulaverit: ab invitâ tamen lumen aliquod divinum effulsisse, quod Chalciopen veram non decuerit. Cæterum cum à Nostro hæc Junoni adscribuntur, Apollonius nullo Poetici ornatûs habito respectu, simpliciter rem exponit, & Chalciopen sororem Medeæ loquentem introducit: quo nomine à Nostro iterum vincitur. vide lib. III. v. 449.

χαλκιόπη δὲ χόλον περιφραγμένη εἴητο,
Καρπαλίμως θαλαμόνδε σὺν ἠϊόσιν ὄρσε βεβήκει.
Ἄυτως δ' αὖ μήδεια μενήνοχε· πολλὰ δὲ θυμῷ
Ὄρμαιν', ὅσσατ' ἔρωτες ἐποτρύνουσι μέλεσθαι
Πρῶτα δ' ἄρ' ὀφθαλμῶν ἴπι οἱ ἰνδάλλετο πάντα &c.

v. 494. FUSCIS ETIAM NOTUS IMMINET ALIS) Ventum Austrum intelligit, cujus aura calidâ & æstuosâ statim languescunt flores pulcherrimi. Stat. lib. III. Sylv. III.

Pubentesq; rosæ primos moriuntur ad Austros.

v. 495. HANC RESIDENS ALTIS HECATE PERSEIA LUCIS FLEBAT) Cui scilicet Medea sacrificare solebat, utpote Magistræ artis veneficiæ, unde hanc vocat famulam v. 502. Lucem adfert lib. V. v. 397.

---- *patriumq; viam detorquet ad amnem*
Sacraq; terrificæ supplex movet irrita nocti.

Perseiam autem vocat, quia Hecate juxta communem opinionem fuit filia Persei, unde ab Apollon. & Ovid. lib. VII. vocata est Perseis. Confer superiora.

v. 513. EADEM REDEUNT MOX GAUDIA VICTIS) Ex illo Virgilii est:

Quondã etiam victis redit in præcordia Virtus.

v. 525. SQUALENTESQUE ÆRE LACERTOS BARBARICÂ CHLAMYS ARCET ACU) Chlamydem intelligit, quæ ἐφαπτὶς Græcis: Pollux lib. IV. ἐφαπτὶς πυρρομάλλιον τι φοινικοῦν, ἢ πορφυροῦν, ὁ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες, ἢ θηρῶντες. Athenæus in V. de Equitib. Antioch. πάντες δὲ οἱ περιπόλοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας, πολλοὶ δὲ καὶ ἀλεκτρύονας καὶ ζωστάς. Eratque hic habitus Ducum & Magnatum in bello, & quantum conjicere est, vetus ille Romanorum Gabinus. Sic enim Persii interpres vetus, Satyr. V. Gabino habitu cinctuq; Dii Penates formabantur, ob voluti togâ circà humerum sinistrum, dextro nudo. Unde Virg. lib. VII.

Ipse Quirinali trabeâ cinctuq; Gabino
Insignis reserat stridentia limina Consul.

Coripp. lib. IV.

Cen-

Censuramq; piam servans gravitate resedit
Cæsareos augens habitus, ritusq; Gabinos.

Etiam Exercitus cinctus hoc habitu, quantum ex Festo colligere est, & Procincta classis vocabatur. Festus: *Procincta classis appellabatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus.* Discolorem etiam hanc legionem vocat Claudian. IV. Consol. Honorii.

Patritios sumant habitus, & more Gabino
Discolor incedat Legio. ---- ---- ----

Vide quæ de hoc habitu notavimus ad v. 118. lib. III.

v. 530. Pariterque Inglorius Armis) Erant in veterum militiâ aliqui non pugnantes, sed ad usum reliquorum, militiam sectantes: Græcis σκευοφόροι dicti, quod sarcinas aliaq; impedimenta ferrent, quales posteà Romanis fuere Calones sui & Caculæ. Multi etiam vilioris quæstûs gratiâ sequebantur, puta lavandi; coquendi. &c. Illi, cum reliqui milites in acie starent; discurrebant & stabula, pecudesq; depopulabantur. Unde à nostro *Inglorii* dicuntur. Et fallor: vel inglorius Orbis vel Ordo scribere voluit pro *Inglorius armis*, procul dubio illud Statii ob oculos habens, lib. IX.

At quos deinde tenet retrorsum inglorius ordo
Missilibus certant pugnas æquare suorum.

Suidas πέζοι vocat ἀχρειοτάτους. Item ψιλούς. ψιλοὶ δὲ μὴ καθωπλισμένοι μηδὲ ἐν καιρῷ δὲ τῆς μάχης τῷ παρατυχόντι, ἢ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀργάνῳ χρώμενοι. De his vide Claud. Æliani Tacticam cap. II.

v. 570. Nec Cara Nestoris Hasta Immoritur Primævus Helix) Helixè Tyronibus militum erat, ideoq; primævum vocat. Illi enim decimo sexto anno militabant. Virg. Æn. VII.

Ante urbem pueri, & primævo flore Juventus
Excercentur equis ---- ---- ----

Isidorus: Tyrones dicti, qui antequam sacramento probati sint milites non sunt: Romanæ autem militiæ mos fuit puberes primo exerceri armis. Nam decimo sexto anno Tyrones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant.

v.570. NEC CARA PARENTI NUTRIMENTA DEDIT, BREVIBUS PRÆREPTUS IN ANNIS) Eodem modo Homerus Iliad. IV. de Simoisio scribit:

——— ——— ἑδὲ τοκεῦσι
Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν
ἔπλετ'.

Lege enim Solonis liberi parentibus amicisq; à quibus educati essent educationis præmium reddere cogebantur, quod qui facere renuisset, illi pœnam divinam & miserum vitæ exitum paratum esse credebant. Quintilianus Declam. VI. *Vultis scire quantus nomini nostro debeatur adfectus? quanta veneratio? Non est beneficium, quod paseitis: sed facinus, quod negatis: LIBERI PARENTES ALANT. Pudet sacrorum Nominum, pudet religionis humanæ. Hac ergo lex erit?* Hinc Græcis hæc educationis præmia θρέπτρα, τροφεῖα nuncupata. Hesiodus ἔργων lib. I.

——— ——— ἑδὲ μὴν οἵ γε
Γηρόντεσσι τοκεῦσιν ἐπὶ θρεπτήρια δοῦσιν.

Scholiastes οἱ παλαιοὶ τοῖς γονεῦσιν ἐδίδουν τὰ θρέπτρα. Menander Dardano citante Theone in Progymn.

ἀρδεῖς πίνητ' ὕες ἐπὶ θρεμμάτῳ
ἐκ ἐξ ὑπαρχόντων ὁρῶν ἠχύνετο
τὸν πατέρα μικρὰ ἔχοντα· παιδαλθεὶς δ' εὖ
τὸν καρπὸν ἐν ὑμῖν ἀπέδωκε χάριτ' ἀγαθόν.

Phalaris in Epistolâ ad Lacritum: Νομίσας οὖν ἀξίως παρ' ὑμῶν χάριτος ἀπενηνέχθαι γλυκύτητος καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν μεμενήκαμεν. Eximebantur tamen ab hac lege spurii, & qui incuriâ parentum artem

tem non didicissent, quâ vitam tolerarent, ut Plutarchus & Synesius docent.

v.534. Facie Defixerat Hostes) Defixerat est quasi fascinaverat, qua ratione Noster inferius lib. VII. v. 82. dixit:

---- --- *& mœstâ stabat defixus in irâ.*

Et eodem libro.

Carmina nunc totos solvit figitq; per artus
Æsonidæ. —— Apulejus de Herbis c. IIX. *Si quis devotatus defixusq; fuerit in suis Nuptiis, sic eum resolvas.* Alio verbo hoc dicebant *devotare* h. e. diris devovere. Unde ipsi incantati *Devoti* dicebantur.

v.577. Densâ In Caligine Reges Agnoscit) Duces belli olim Reges nuncupabantur. Noster v. 404.

Romanas veluti sævissima cum legiones
Tisiphone Regesq; movet, quorum agmina pilis
Quorum Aquilis utrimq; micant.

v.608. Ab Jove Fatales Ad Regna Injusta Cometæ) Ab Jove, frequens scriptio apud Autores: Virgil. Bucolicis.

Ab Jove principiũ Musæ, Jovis omnia plena.

& Æneide:

---- ---- *Et mi genus ab Jove summo.*

Calpurnius Eclog 4.

Ab Jove principiũ si quis canat æthera sumat.

Græci ἐκ διὸς: Aratus sua phænomena ordiens:

ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα.

Cæterum quod Poëta dicit Cometas ad regna injusta à Jove irato vocari, vide ut ad illud lib. V. v. 259. conveniat:

Interea augurijs monstrisq; minacibus urbem
Territat antemonens semper Deus, & data
Signa mali.

Quotiescunq; enim Deus regna bello concutere, aut gentem aliquam evertere, vel aliud insigne malum immittere decrevit, hoc prænuncio iram suam terræ prædicat. Adeo ut in veri verbium jam abierit:

—— nunquam spectatum impune Cometam.

Considera sis illum, qui per totum annum supra Diam Hierosolymarum urbem verticalis fuit. Immo vel unicum illum qui anno Christi clɔ Ioc CXIIX. Germaniæ iram Dei minatus est. Vah quantas turbas, quantas florentissimarum Rerumpublicarum eversiones dedit! O mea Germania, quantum mutata à pristino illo statu! O verbum nunquam de te scribendum! Non ergo vana superioris dominii ætherezque auiæ portenta sunt. Nec sine insigni memorabilique eventu Superiorum Planetarum conventus (qualis præcedentibus annis in Leone fuit) unquam exstitisse testes sunt harum rerum observatores. Quid etiam totalis Solis Eclipsis anno futuro clɔ Ioc XXX. portendet (qui & ipse, annus Mundi Jubilæus CXI. erit) experientur, qui tum vivent:

v. 621. AT GENITUS JOVE COMPLERAT SUA FATA COLAXES) Jupiter hunc progenuerat in Scythiâ, de quo Poeta superius egit v. 48.

Proxima Bisaltæ regio, ductorq; Colaxes
Sanguis & ipse Deum, Scythicis quem Jupiter oris
Progenuit, viridem Miracen, Tibisenaq; juxta
Ostia, semifero (dignum si credere) captus
Corpore, nec Nymphæ geminos exhorruit angues.

v. 648 SAXUMQUE PREHENSUM ILLIUS ET DEXTRÆ GESTAMEN ET ILLIUS ÆVI) Saxis etiam veteres pugnabant quod superius indicavi. Lucem dat illud Ovidii Metam. XII.

—pavo

---- ---- . pavor occupat illum
Ante oculosq; natant tenebræ, retroq; ferentì
Aversus passus medio lapis obstitit armo
Quem super impulsum resupino corpore cycnũ
Vi mulcâ vertit, terræq; adfixit Achilles.

Juvenal. Sat. XV.

Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere, domestica seditione,
Tela: nec hanc lapidem, quales & Turnus & Ajax
Vel quo Tydides percussit pondere coxam
Æneæ: sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ
Namq; genus hoc vivo jam decrescebat Homero.

Virgilius Æn. XII.

---- ---- saxum circumspicit ingens
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat,
Limes agri positus, litem ut discerneret arvis
Vix illud lecti bis sex cervice subirent,

Hinc Agathii Scholastici de saxo Ajacis Epigramma, quo ille Hectorem percusserat lib. Floril. II.

Μή με τὸν Αἰάντειον ἀναχμάσσεσθε λίθῳ
Πίστεσι ἀκοντιστὴν σῆδε θ' ἑκτορέην.
Εἰμὶ μέλας, τραχύς τε· σὺ δ' εἴρεο δεῖον ὁμιλῶν
Πῶς τὸν Πελασγὸν ἐξεκύλισσα πέδῳ
Νῶϊ δὲ μόλις βαῖοι με παρηχλίζεσιν ἀρηῖφ
Ἀνδρῶν· χρυσῆς ἄορα λαυγαλίης
Ἀλλά με τὶς κρύψειεν ἐπὶ χθονός· αἰδέομαι γὰρ
Πάγχυ, ἑ παιδοῖς ἀνδράσι γιγνόμενος.

Verso nem nostram habes in Laurifolius.

v. 657. AT REGINA VIRUM PERSEQUITUR LUSTRANS, OCULISQUE ARDENTIBUS HÆRET) Graphycè depingit mores amantium, quorum sensus omnes in rei amatæ corpus solent exulare. Nonnius de Jove amante Semelen lib. VII.

Καὶ Διὸς αἰθερίοιο νόος, μετανάσιος ἔρπων
Νηχομένῃ Σεμέλῃ σωσενήχετο.

Idem de Morrheo Chalcomeden lib. XXXIII.

Αἰεὶ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα, πάθῳ δεδονημένος ἰῷ
Παρθένῳ ἦκι βέβηκε, δυσίμερος ἥτε μερόπων.

Præcipuè oculi semper eò intenti. Unde vetus proverbium ὀφθαλμὸς ὀφθαλμοῦ. Musæus:

Ὀφθαλμὸς δ' ἐσθλὸς ἐστιν, ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

Philemon:

ἐρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' εἰς ἐπιθυμίαν
εὖτ' ἐπιθέωρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδ' ἐνέπεσαν
ἅπτω γίνεται δὲ τέτων ἔρως.

Propertius lib. I. Eleg. I.

Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis
Contactum nullis ante cupidinibus.

Aristenætus lib. II. Διὰ τῶν ὀμμάτων ἐρωτικῶς διεθερμάνθη. Elegantèr Philostratus de oculis. ὦ κακοὶ δαδοῦχοι ἔρωτος, πρῶτοι μὲν ὑμῖν τὸ κάλλος ἐπυρσεύσατο. Hinc Curtius de Roxane lib. IIX. quæ quanquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se. Lucianus Imaginibus: εἰ δὲ κἀκείνη προσβλέψει δέ τις, ἔσται μηχανὴ λοπρήναι αὐτῆς. ἁπάξει γὰρ σε ἀναδησαμένη ἔνθα μὲν ἐθέλῃ ὅπως ἦκι ἡ λίθος ἡ Ἡρακλεία δρᾷ τὸν σίδηρον. Hinc visus prima amoris linea. Æl. Donatus Eunuch. Act. IV. Scen. II. *Quinq; linea perfecta sunt ad amorem: prima visus, secunda loqui, tertia tactus, quarta osculari, quinta coitus.* Et hinc vulgares ni fallor circumferuntur versus, quibus idem comprehenditur,

quos

quos tamen ne in hâc re nimius sim non adscribam.

v. 670. Quaque Dedit Teneros Aurum Furiale Per Artus) respicit vers. lib. hujus 470.

Tum vero optatis potitur, nec passa precari
Vlterius, dedit acre decus, fœcundaq; monstris
Cingula, non pietas quibus aut custodia famæ &c.

v. 677. Aut Belli Quantum Jam Restat Acerbi) Nihil amantibus gravius in amore, quam longæ moræ, quibus etiam una hora totus est dies. Consule super hoc amorum Triumviros Cat. Tibull. Propert. lt. Ovidium & alios.

v. 688. Et Primo Domus Imperfecta Cubili) Olim qui uxorem duxerant prolis suscipiendæ, domum ædificabant: cum verò fato functi essent præmaturè, & sine prole; imperfectam dicebantur relinquere domum. Inde Apulejum intellego cum dicit: *Decumo jam partu viri fundavit familiam.* Afranius in Privigno etiam mulierem Firmamentum appellat simili modo:

Uxorem quæris firmamentum familiæ,
Scias abesse ab ijs lustris ingenium procul.

Exq; hoc natum credo illud Hesiod. 2. ἔργ.

Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε.

Nam & apud Theocritum quæ à Satyrisco mulier efficitur & loco uxoris habenda est, eum interrogat, domúmne sibi sit ædificaturus, idq; ipsi pollicetur:

Τεύχεις inquit φιλάμυς τεύχεις ἢ δῶμα ἢ αὐλάς.

Respondet τεύχω σοι φιλάμυς. Ita è contra apud Homerum cum Protesilaus ad Ilium uxore ducta profectus & anno nondum vertente interfectus esset, ἢ δέμω ἡμιτελὴς à Poeta vocatur quæ à Nostro *Imperfecta.*

v.698. NUNC FUGA CONVERSAS SPARGIT MENTITA SAGITTAS) Significat Poeta Miracen ipsa fugâ sagittas in insequentem hostem retorsisse. Ejus enim agilitatis Toxotæ erant ut equis hærentes & fugientes nihilominus tela in hostem mitterent, quæ etiam dexteritas in hunc usq; diem ab Indis reliquisq; populis τοξοφορίᾳ usurpata laudatur.

v.699. AT VIRIDEM GEMMIS) Tiara gestamen erat propriè Persarum. D.Hieron.in Daniel.c.3. *Tiara genus est pileoli, quo Persarum Chaldæorumq; gens utitur.* Quæ à Mitrâ discernebatur. Nam Max.Tyrius Serm. X. *Mitrephorum à Tiarophoro* distinguit. Ea autem gemmis & Margaritis ornabatur ut ex hoc Nostri patet, & Dimidiatæ Lunæ effigiem repræsentabat. Sidon.Apoll.Carm.II.v.51.

Interea te Susa tremunt, ac supplice vultu
Flectit Achemenius lunatam Persa Tiaram

Idem Carm.XXIII. v.255.

Lunatam tibi flecteret Tiaram.

v.704. PERQUE LEVEM ET MULTO MACULATAM MURICE TYGRIN) id est per pellem qua indutus erat, quæq; è Tygride erat: Consuetum enim erat priscis heroibus ut pellem gestarent. Scholiastes Apollonii lib.I. Σκυτέας τοῖς ἥρωσι τὸ δερμάτινον φορεῖν. Ita Apollonius de Argo:

Δέρμα δ' ὁ μὲν ταύρειον ποδηνεκὲς ἀμφέχετ' ὤμῳ
Αργῷ ἀρεσσαμένης λάχνῃ μίλαν.

Et paulo ante de Augeo lect. 10.

Τῇ δ' ὄγε Μαινάλιος ἄρκτῳ ἐοικὼς &c.

Theocritus Διοσκούροις:

αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο κὴν αὐχένι ἠωρεῖτο
ἀκρῶν δέρμα λέοντος ἀφημμένον ὤμοισιν.

Virgil. Æn. V. de Aceste.

---- ---- *occurrit Aceſtes*
Horridus in jaculis & pelle Libyſtidos urſæ.

Et lib. VII. de Aventino:

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis.

Et lib. IX.

Dat Niſo Mneſtheus pellem horrentisq; Leonis
Exuvias.

Illis etiam ſtratis pro lecto utebantur veteres: Juven. Sat. VI.

Silveſtrem montana thorum cum ſterneret uxor
Frondibus, & culmo, vicinarumq; ferarum
Pellibus.

Tendebanturq; funibus ita ut penſiles eſſent Lucil. lib. XI. apud Nonium:

Hic ubi conceſſum, pelleſq; ut in ordine tentæ.

v. 708. Sanguine Tunc Atro Clavis Ignea) lego chlamys, quæ veſtis eſt militaris, de qua quid ſuperius dixerim confer. Fiet operæ pretium. Scripſeram hæc, cum in Editionem Maſerii incidi, quæ hoc ante me ita emendavit. legendo Chlamys ubi Noſter Clavis.

v. 709. Et Gravidæ Maduere Comæ Quas Flore Sabæo) Capillos olim Priſci unguento habebant delibutos ut ſuperius docui. Unde Horat. lib. II. Carm. Od. XI.

Cur non ſub alta vel platano, vel hâc
Pinu jacentes ſic temerè, & roſâ
Canos odorati capillos
Dum licet &c.

Quod autem Poeta ſeq. verſ. dicit:

---- ---- *liquidoq; parens ſignavérat auro*

Forſan ſignificare eo voluit aureos funiculos, quos capillo

capillo innectere solebant. Quem morem Ovidius tangit lib. XII Met.

Barba erat incipiens, barbæ color aureus aureaque
Ex humeris medios coma depēdebat in armos,

Coluthus etiam de Baccho.

χρυσείοις δ' ἑκάτερθε πλοκάμοισι.

Juvenal. Satyr. II.

Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.

Petronius:

Fundunt colla rosas, & cedit crinibus aurum.

v. 750. SOLISQUE IUVANT CLAMORIBUS AGMEN) Ordines apud priscos in militia erant, qui clamore pugnabant, hoc modo terrorem incutientes militibus quod & superius attigi. Tales hodiēnum sunt illi, quos in nostra militiâ vocant Dragoner, qui primi in acie horribili terrore campos implent; & vel hoc solo plurimos enecant.

v. 759. SEMPER INEXPLETIS AGNOSCIT IASONA CURIS) Inexpletas spectandi curas vocat, quibus Medea in Jasonem exarserit. Sic Varro Atacinus inexpletum studium lavandi dixit:

Tum licet cœli volucres, tardæq; paludis
Cernere inexpleto studio certare lavandi
Et velut insolitum pennis infundere rorem.

Arguit autem ejusmodi conspectum summi amoris indicium in Medeâ fuisse. Virgil. De Didone lib. I. Æn.

Expleri mentem nequit ardescitq; tuendo.

Lucr. lib IV.

Nec satiare queunt spectando corpora coram.

Martialis:

Inspexit molles pueros oculisq; comedit.

Lun-

Eundem ad modum Terent. Phorm. 1.2. dixit oculos pascere: & Ovid. III. Amor.

---- ---- *oculos pascat uterq; suos.*

Huc pertinent illa Nonni lib. XLII. v. 236.

Πάντων δ' κόρος ἐστὶ παρ' ἀνδράσιν, ἠδὲ καὶ ὕπνου,
μολπῆς τ' ἀκελάδοιο, καὶ ὀπλοτέρη καμάτοιο
ἐς θρῆνον ὀρχηστῆρος· γυναιμανέοντι δὲ μούνῳ
ἀ κόρος ἐστὶ πάθων.

De patre filium adipiciente Catull. in Ariadna.

---- ---- *cui languida nondum*
Lumina sunt nati cara saturata figura.

Plautus Prolog. Pseudoli:

Aures, oculi, animus ampliter fient saturi.

Seneca Epist LIX. *Calator oculos diu intentos remittit ac relaxat, & ut dici solet, pascit.* Isidor. Peluſiot. lib. III. ἀκορεστίαν ὀφθαλμοῖς ἐστιᾶν τὸ πάθος. Euripid. Androm. ὄμματ' ἐμπίμπλαμαι. Senec. cap. XIIX. de Consol. ad Mart. *satiare oculos spectaculo.*

Finis Lib. VI.
Θεῷ δόξα.



IN

IN VII. VALERII FLACC. LIBR. ÆGIDII MASERII ARGUMENTUM.

MEdeam urit amor: promissum perfidus aurum
Rex Æeta negat: nisi serpens Martia justo
Congressu ignotam fateatur victa quietem.
Et juga flammivomi subeant nisi ferrea tauri:
Terrigenæq; armis cedant: mirata parentem
Phasias ingratum Cytharæo proditur æstu:
Et juvenis miserata necem sublimia linquit
Mœnia: datq; herbas: viroſa aconita: novercis
Cognita Thessalicis: thalamos non spernit Jasonis.
Fatales panduntur agri: tauriq; domantur
Vomere vertuntur glebæ: ferus emicat arvis
Miles: & effusis fratrum cadit ense venenis.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER VII.

TE quoque Thessalico jam serus ab hospite vesper
Dividit, & te jam tua gaudia virgo relinquunt:
Noxque ruit, soli veniens non mitis amanti.
Ergo ubi cunctatis extremo in limine plantis,
Contigit ægra thoros; & mens incensa tenebris;

Ver-

Vertere tunc varios per longa insomnia quæstus,
Nec pereat quo scire modo: tandemq; fateri
Ausa sibi, paullum medio sic facta dolore est:
Nunc ego quo casu, vel quo sic pervigil usque
Ipsa volens errore trahor? non hæc mihi certè
Nox erat ante tuos juvenis fortissime vultus,
Quos ego cur iterum demens iterumq; recordor
Tam magno discreta mari? quid in hospite solo
Mens mihi? cognati potiùs jam vellera Phryxi
Accipiat, quæ sola petit, quæque una laborum
Causa viro. nam quando domos has ille reviset?
Aut meus Æsonias quando pater ibit ad urbes?
Felices medijs qui se dare fluctibus ausi,
Nec tantas timuere vias, talemque secuti
Hunc qui deinde virum: sed sic quoque talis abito.
Tum jactata thoro, tumq; exspectata cubili,
Ecce videt tenui candescere lumen Eoo:
Nec minùs insomnem lux orta refecit amantem,
Quam cùm languentes levis erigit imber aristas;
Grataque jam fessis descendunt flamina remis.
At sua longarum Minyas jam cura viarum
Ammoner, inúe ipso nequiquam tempore regem
Lætitiæ, meritique petunt; quem passus Iason
Vota priùs, captasque deis accendere prædas,
Prominet, atque oculos longè tenet, aurea si jam
Pellis, & oblatis clarescant atria villis.
Ille autem jam jam vultus, vocesque paratas
Antè aperit, rumpitque moras, inq; ipsa morantis
Prosilit ora viri, talique effunditur ira:

Orbe

Orbe fatos alio, ſua litora regnaque habentes
Quis furor has medijs tot fluctibus egit in oras
Quisve mei vos tantus amor? tu prima malorum
Cauſſa mihi tu Phryxe gener: non te aquore merſum
Quo ſoror; ut felix nullos nunc nomine Graios
Noſſe ego; quis regũ Pelias, quis Theſſalus aut quæ
Græcia: quod nam hominum cerno genus aut ubi cautes
Cyaneæ? venit Scythicas en hoſpes in oras:
Quinquaginta Aſiã (pudet heu) penetravit Iaſon
Exulibus, meque ante alios ut ſpreverit una,
Vna ratis, ſpolium ut vivo de rege reportet?
Ipſum offerre meos, ipſum me pandere lucos
Imperet, & nullo dignetur vincere bello?
Cur age, non templis ſacratu avellere dona
Omnibus, atque ipſas gremijs abducere natas
Prædo libet? vobisne domos, vobisne patentes
Eſſe putem, ratis infandis quos ſola rapinis
Sævaque paſcit hiems, & quos credamus ut ipſis,
Rex ſuus illiſit pelago, vetuitque reverti?
Scilicet Æoliæ pecudis potiretur ut auro?
Ante meus cæſa deſcendet Caucaſus umbra,
Ac prior Hæmonias repetet ſuper æquora predas:
Haud ego cum vittis ſtatui feralibus Hellen.
Si tamen his aliter perſtas non cedere terris,
Teq; pudor caſſi reditus movet, ac latet una
Neſcio quid plus puppe viris; haud ipſe morabor
Quæ petitis: modò noſtra prior tu perfice juſſa,

Marti-

Martius ante urbem longis jacet horridus annis
Campus, & ardentes ac me quoq; vomere presso
Me quoq; cunctantes interdum agnoscere tauri.
His magis atq; magis rabiem nunc nostra senectus
Luxuriemq; dedit: solitoque superbior ignis
Ore fremit: succede meæ fortissime laudi,
Et nostros recole hospes agros. nec semina deerunt,
Quæ prius ipse dabã, & messes quas solus obibam.
Consilijs nox una satis; tecumque retracta,
Cumque tuis hæc jussa deis: ac si quid in isto est
Robore, prædicti venies in rura laboris
Ipse incertus adhuc, tenebris protinus illis
Involui, flammisque velim durare parumper;
An magis everso jacias dum semina campo,
Ac tibi Cadmæi dum seminis exeat hydri
Miles, & armata floreſcant pube novales.
Filia prima trucis vocem mirata tyranni
Hæsit, & adjuvenem pallentia retulit ora,
Contremuitq; metu, ne nescius audeat hospes,
Seq; miser ne posse putet. perstrinxerat horror
Ipsum etiam, & mæsta stabat defixus in ira,
Non ita Tyrenus stupet, Ioniusque magister,
Qui portus Tyberine tuos, claramque serena
Arce Pharon, præceps subijt: nusquam hostia, nusquam
Ausoniam videt, & sævas accedere syrtes.
Tum tamen infando quæ det responsa tyranno
Colligit, & tandem obtutu consurgit ab alto:
Non, ait, hos reditus, non hanc Æeta dedisti

Spem Minyis: cùm prima tuis pro mœnibus arma
Induimus. quo versa fides? quos vestra volutant
Iussa dolos? alium hîc Pelian, alia æquora cerno.
Quin agite hoc omnes, odijsq; urgete tyranni
Imperijsq; caput: quanquã mihi dextera, nec spes
Defuerit mox iussa pati, nec cedere duris.
Vnum oro, seu me illa suis seges obruet hastis,
Hauriet adverso seu crastinus ignis hiatu;
Nuncius hinc sævas Peliæ mittatur ad aures
Hîc periisse viros; & me, si vestra fuisset
Vlla fides, reducem patriæ potuisse referri.
Talibus attonitos dictis natamq; patremque
Linquit, & infida præceps prorumpit ab aula.
At trepida, & medios inter deserta parentes
Virgo silet: nec fixa solo servare parumper
Lumina, nec potuit mœstos non flectere vultus:
Respexitque fores, & adhuc invenit euntem:
Visus & heu misera tunc pulchrior hospes amanti
Discedens: tales humeros ea terga relinquit.
Illa domum, atq; ipsos paullum procedere postes
Optat, & ardentes tenet inter limina gressus.
Qualis ubi extremas Io vaga sentit harenas,
Fertq;, refertq; pedem; tumido quã cogit Erinnys
Iremari, Phariaq; vocant trans æquora matres:
Circuit haud aliter, foribusq; impendet apertis,
An melior Minyas revocet pater: oraq; quærens
Hospitis, aut solo mæret defecta cubili,
Aut venit in caræ gremium, refugitque sororis.
Atque loqui conata silet; rursusque recedens

Quæris

Quærit, ut Æais hospes consederit oris
Phryxus, ut aligeri Circen rapuêre dracones.
Tum comitum visu fruitur miseranda suarum,
Explerique nequit; subitoq; parentibus hæret
Blandior, & patriæ circumfert oscula dextra.
Sic assueta thoris, & mensæ dulcis herili
Ægra nova jam peste canis, rabieque futura;
Ante fugam totos lustrat queribunda penates.
Tandem etiam molli sese semel increpat ira:
Pergis, ait, demens; teque illius angit imago
Curaque, qui profuga forsan tenet alta carina.
Quiq; meum patrias referet nec nomen ad urbes?
Quid me autem sic ille movet, superetne labores,
An cadat, & tanto turbetur Græcia luctu?
Saltem sata virum si jam suprema ferebant;
Iussus ad ignotos potius foret ire tyrannos.
O utinam, & tandem non hac morereturin urbe:
Namq; & sidereo nostri de sanguine Phryxi
Dicitur, & caram vidi indoluisse sororem;
Seq; ait has jussis actum miser ire per undas.
At redeat quocumq; modo, meque ista precari
Nesciat, atque meum non oderit ille parentem.
Dixerat hæc, stratoq; graves projecerat artus;
Si veniat miserata quies; cùm sævior ipse
Turbat, agitq; sopor: supplex hinc sternitur hospes,
Hinc pater: illa nova rumpit formidine somnos,
Erigiturque thoro, famulas, carosque penates
Agnoscit, modò Thessalicas raptata per urbes.

Turbidus ut pœnis, cæcisque pavoribus ensem
Corripit, & sævæ ferit agmina Oreſtes;
Ipſum angues, ipſum horiſoni quatit ira flagelli;
Atque iterum infeſtæ ſe fervere Lacænæ
Credit agens, falſaque redit de ſtrage dearum.
Feſſus, & in miſeræ collabitur ora ſororis.
His ubi nequiquam nutantem Colchida curis
Iuno videt, nec dum extremo parêre furori;
Non jam mentitæ vultum, vocemque reſumit
Chalciopes; quando ardor hebet, leviorque pudore
Mensque obnixa malo; tenues ſublimis in aurus
Tollitur, & fulvo Venerem veſtigat olympo:
Sum memor, ut totum mecum partita laborem;
Illa nimis ſed dura manet, converſaque in iram,
Et Furias, dolet, ac me nunc Furiata reliquit:
I, precor, atque iſtum, quo me fruſtratur, amorem
Vince precor, patrijs ut tandem evadere tectis
Audeat, atque meum caſu defendere ab omni
Æſoniden: quin illa, ſacro quo freta veneno,
Illum etiam totis aſſtantem noctibus anguem,
Qui nemus omne ſuum quique aurea (reſpice) perno
Vellera tot ſpiris circum tot auctibus implet,
Solvat, & inſomnos ingenti ſolvat ab orno.
Hæc tibi; nunc Furijs, atque ipſi cætera mando.
Tum Venus aligerum mater ſic fatur amorum:
Nec tibi cùm primos aggreſſa flectere ſenſus
Virginis, ignotaque animum contingere cura;
Deſinimus: data continuò ſed cingula ſoli
Noſtra tibi, quis mota locis, labefactaque ceſſit.

Haud

Haud satis est; sed me ipsa opus est: cunctantia
poscunt
Pectora me, dubiusq; pudor: jam fœdera faxo
Æsonij petat ipsa viri, metuatque morari.
Tu face lætiferæ citus ad delubra Dianæ
Deveniat, sacras solita est ubi fundere tedas
Cölchis, & æquali dominam lustrare caterva.
Nec te nunc Hecates subeat metus, aut mea fortè
Ne impediat nunc acta time, quin audeat, opto.
Continuò transibit amor, cantuq; trilingui
Ipsam flammiferos cogam compescere tauros,
Amplexuque peti. volucrem tunc aspicit Irin,
Festinamque jubet monitis parêre Diones,
Et juvenem Æsonium prædicto sistere luco.
Protinus hinc Iris Minyas, Cytherea petivit
Colchida: Caucaseis speculatrix Iuno resedit
Rupibus, attonitos Ææa in mœnia vultus
Speq; metuq; tenens, & adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus prospexerat arces;
Virginis ecce novus mentem perstringere languor
Incipit. ingeminant commotis quæstibus æstus.
Ergo iterum sensus varios super hospite volvens
Mœret, & absenti nequiquam talia fatur.
Si tibi Thessalicis, nunc si tua forte vœnenis
Mater, & heu si qua est, posset succurrere conjunx;
Quid ve tuos virgo possim nisi flere labores?
Hoc satis; ipsa etiam casus spectare supremos,
Atq; iterum duræ cogar comes esse sorori.
Et nunc ille sua non quemquam sorte moveri,

Non ullum meminisse putat: cumq; omnibus odi
Me quoq; : si quando fuerit tamen ulla potesta,
Illum ego qui diris cinis ultimus hæserit arvis,
Ossaque, quis tauri, sæuusq; pepercerit ignis
Componam, sedemq; dabo. fas tunc mihi manes
Dilexisse viri, tumuloq; has reddere curas.
Dixerat. ecce thoro Venus improvisa resedit,
Sic ut erat mutata, deam mentitaque pictis
Vestibus, & magica Circen Titanida virga.
Ipsa velut lenti fallatur imagine somni
Sic oculos incerta tenet, magnique sororem
Paullatim putat esse patris: tum flebile gaudens
Prosiluit, sævaque ulro tulit oscula divæ.
Ac prior: O tandem vix tandem reddita Circe
Dura tuis; quæ te bijugis serpentibus egit
Hinc fuga? quæve fuit patrijs mora gratior oris?
Antè & Thessalicæ Phasin petiere carinæ,
Perque tot infelix frustra vada venit Iason,
Quàm patriæ te movit amor? tum cetera rumpit,
Occurritq; Venus: Tu nunc mihi causa viarum;
Sola tuæ venio, jampridem ignava, juventæ:
Cetera parce queri, neu me meliora secutam
Argue: quippe etiam repetentur munera divûm,
Omnibus hunc potius communem auimantibus orbem,
Communes & crede deos; patriam inde vocato,
Qua redit itq; dies: nec nos dis nata malignis
Cluserit hoc uno semper sub frigore messis,
Fas mihi non habiles, & fas tibi linquere Colchos.

Et

Et nunc Ausonij conjunx ego Regia Pici?
Nec mihi flammiferis, horrent tibi pascua tauris?
Meq; vides Tusci dominam maris. at tibi qui nam
Sauromatæ miseranda proci? cui vadis Ibero,
Hei mihi, vel sævo conjunx non una Gelono?
Illa deæ contra jam dudum spernere voces:
Non ita me immemorem magnæ Perseidos, inquit,
Cernis, ut infelix thalamos ego cogar in illos.
I, precor, atq; unum pro me dimitte timorem.
Sed magis his miserā, quoniam potes, eripe curis.
Vnde metus æstusque mihi, quæque aspera mater
Perpetior duræ jam dudum incendia mentis.
Nulla quies animo, nullus sopor: ardua amanti.
Quære malis nostris requiem, mentemq; repone,
Redde diem, noctemq; mihi; da prendere vestes
Somniferas, ipsaq; oculos componere virga.
Tu quoque nil mater prodes mihi; fortior antè
Sola fui: tristes thalamos, infestaq; cerno
Omnia; vipereos ipsi tibi surgere crines.
Talia verba dabat, collapsaq; flebat iniquæ
In Veneris Medea sinu, pestemque latentem
Ossibus, atq; imi monstrabat pectoris ignem.
Occupat amplexu Venus, & Furialia figit
Oscula, permixtumq; odijs inspirat amorem.
Dumq; illam varijs mærentem vocibus ambit,
Inq; aliò sermone tenet; quin hoc, ait, audi,
Atq; attolle genas; lacrimisq; hæc insit oborti:
Cùm levis a superis ad te modò laberer auris;
Forte ratem primo fugientem litore cerno,

Qualem noſtra ſuo numquam dimittere portu
Vellet, adhuc omnes quæ detinet inſula nautas.
Vnus ibi ante alios, qui tum mihi pulchrior omni
Viſus erat, longeq́ ducem mirabar, & ipſe
Advolat, atq́ unam comitum ratus eſſe tuarum:
Per tibi ſi quis, ait, morituri protinus horror,
Et quem non meritis videas occurrere monſtris;
Hæc precor, hæc dominæ referas ad virginis auris;
Tu fletus oſtende meos: illi has ego voces
Quà datur, hasq́ manus ut poſſum à litore tendo,
Ipſa, ego quas mecum per mille pericula traxi,
Defecere deæ: ſpes & via ſola ſalutis,
Quam dederit, ſi fortè dabit, ne vota repellat.
Ne mea: totq́ animas, quales nec viderit ultra,
Dic precor auxilio juvet, atq́ hæc nomina ſervet.
Si Pelopis duros prior Hippodamia labores
Expediit, totq́ ora ſimul jugulata procorum
Reſpiciens, tandem patrios exhorruit axes;
Si dedit ipſa neci fratrem Minoia virgo;
Cur non hoſpitibus fas ſit ſuccurrere dignis
Te quoq́, & Æacos jubeas miteſcere campos?
Occidat æterna tandem Cadmæia morte
Jam ſeges, & viſo ſpumantes hoſpite tauri.
Hei mihi quod nullas hîc poſſum exſolvere grates.
Ut tamen hoc ſæva corpus de morte receptum,
Hanc animam ſciat eſſe ſuam; miſerebitur ergo,
Dic, ait, an potius? ſtrictumq́ rucbat in enſem.
Promiſi, ne falle precor; cumq́ ipſa moveret
Alloquio, caſuq́ viri, te paſſa rogari

Sum

Sum potius: tu laude nova, tu supplice digno
Dignior: est & fama meis jam parta venenis.
Torserat illa gravi jam dudum lumina vultu
Vix animos, dextramq; tenens, quin Ipsa loquentis
Iret in ora deæ; tanta pudor æstuat ira
Verba cavens. horror molles irrvaserat annos.
Jamq; thoro trepidas infelix obruit aures,
Nec quo ferre fugam, nec quo se vertere posset
Prensa videt: rupta condi tellure, premique
Jamdudum cupit, ac duras evadere voces.
Illa sequi jubet, & portis exspectat in ipsis.
Sævus Echionia ceu Penthea Bachus in aula
Deserit, infectis per roscida cornua vittis
Cùm tenet ille deum, pudibundaq; tegmina patris
Tympanaq;, & mollem subitò miser accipit hastã.
Haud aliter deserta pavet, perque omnia circum
Fert oculos, tectisque negat procedere virgo.
Contrà sævus amor, contrà periturus Iason
Urget, & audita crescunt in pectore voces.
Heu quid agat? videt externo se prodere patrem.
Dura viro famam scelerum jamq; ipsa suorum
Prospicit, & questu superos questuque fatigat.
Tartara: pulsat humum, manibusque immurmurat uncis,
Noctis Heram, Ditẽq; ciens; succurrere tandem
Morte velint, ipsumq; simul demittere leto,
Quem propter furit: absentem sævissima poscit,
Nunc Pelian, tanta juvenem qui perderet ira:
Sæpe suas misero promittere destinat artes,

Denegat, atq; una potius decernit in iras:
Ac neq; tam turpi cessuram semper amori
Proclamat, neque opem ignoto, viresq; daturam
Atque thoro projecta manet: cùm visa vocari
Rursus, & impulso sonuerunt cardine postes.
Ergo ubi nescio quo penitus se numine vinci
Sentit, & abscisſi quicquid pudor ante monebat;
Tum thalami penetrale petit, quæ maxima nostræ
Auxilia, Hæmoniæ quærens pro rege carinæ.
Vtque procul magicis ſpirantia tecta venenis,
Et sevæ patuêre fores, oblataque contra
Omnia, quæ ponto, quæ Manibus eruit imis
Et quæ sanguinea Lunæ distrinxit ab ira:
Tune sequêris, ait, quicquam, aut patiere pudendum,
Cum tibi trt mortis, scelerisq; brevissima tanti
Effugia? hæc dicens qua non velocius ulla
Pestiferam toto nequiquam lumine lustrat.
Cunctaturáq; super morituráq; colligit iras.
O nimium incunda dies, quam cara sub ipsa
Morte magis stetit, & sese mirata furentem est:
Occidis, heu prime potes hoc durare sub evo?
Nec tu lucis, ait, nec videris ulla juventæ
Gaudia, nec dulces fratris pubescere malas?
Hunc quoq; qui nunc est primævus, Iasona nescis
Morte perire tua nunc invocat unam;
Qui rogat, & nostro quem primum in litore vidit
Cur tibi fallaces placuit conjungere dextras
Tunc? poteráq; istis juvenê non perdere monstris

Proti-

Protinus? ipsa etiam, fateor, tunc ipsa volebam.
Testor cara tuas Circe Titania voces,
Te ducente sequor: tua me grandæva fatigant
Consilia, & monitis cedo minor. hæc ubi fata,
Rursus ad Hæmonij juvenis curamque metumque
Vertitur: hunc solum propter se vivere gaudens
Sive mori; quodcumq; velit: majora precatur
Carmina, majores Hecaten immittere vires
Nunc sibi; nec notæ stabat contenta venenis.
Cingitur inde sinus, & qua sibi fida magis vis
Nulla, Prometheæ florem de sanguine fibræ
Caucaseum, tenitru nutritaq; gramina promit,
Quæ sacer ille nives inter, tristesq; pruinas
Durat, editquæ cruor; cum viscere vultur adeso
Tollitur è scopulis, & rostro irrorat aperto.
Idem nec longi languescit finibus ævi
Inmortale virens: idem stat fulmina contra
Sanguis, & in medijs floreſcunt ignibus herbæ.
Prima Hecate Stygijs duratam fontibus harpen
Intulit, & validas scopulis effodit aristas:
Mox famulæ monstrata seges, quæ lāpade Phœbes
Sub decima, juga feta metit, sævitq; per omnes
Relliquias, saniemq; dei; gemit irritus ille
Colchidos ora tuens: totos tunc contrahit artus
Monte dolor, cunctaq; tremunt sub falce catenæ.
Talibus infelix contra sua regna venenis
Induitur, noctiq; tremens infertur opacæ.
Dat dextram, vocemq; Venus, blandisq; paventem
Alloquijs, junctoque trahit per mœnia passu.

Quæ

Qualis adhuc teneros supremum pallida fetus
Mater ab excelso produxit in aëra nido,
Hortaturq; sequi, brevibusque insurgere pennis
Illos cærulei primus ferit horror olympi,
Jamq; redire volunt, assuetaq; quæritur arbor.
Haud alia Æææ per mœnia deficit urbis
Incedens, horretque domos Medea silentes.
Hic iterum extremæ nequiquam in limine portæ
Substitit, atque iterum fletus, animique soluti:
Respexitq; deam, paullumque his vocibus hæsit:
Ipsè rogat certè, meque ipse implorat Iason.
Nullane culpa subest? labes non ulla pudoris,
Nullius amor, nec turpe viro servire precanti?
Illa nihil contrà, vocesque abrumpit inanes.
Et jamjam magico per opaca silentia Colchis
Cœperat ire sono, monstrataq; condere vultus
Numina, cumque suis averti collibus amnes:
Jã stabulis, gregibusq; pavor, strepitusq; sepulcris
Inciderat; stupet ipsa gravi nox tardior umbra:
Ipsa tremens longè sequitur Venus, utq; sub altis
Pervenere trabes, divaq; triformis in umbram;
Hîc subitò ante oculos nondum speratus Iason
Emicuit: viditque prior conterrita virgo.
Atq; hîc se profugam volucris Thaumantias alis
Sustulit: inde Venus dextræ delapsa tenenti.
Obvius ut sera cùm se sub nocte magistris
Impingit, pecoriq; pavor; qualesve profundum
Per chaos occurrunt cæcæ sine vocibus umbræ:
Haud secius in medijs noctis, nemoriq; tenebris

Inde

Inciderant ambo attoniti, juxtaq; subibant,
Abietibus tacitis aut immotis cypariſſis
Aſſimiles, rapidus nondum quas miſcuit Auſter.
Ergo ut erat vultu defixus uterque ſilenti
Noxq; ſuum peragebat iter; jamjam ora levare
Æſoniden, fariique cupit Medea priorem.
Quam ſimul effuſis pavitantem fletibus Heros,
Flagrantesq; genas vidit, miſerumque pudorem;
Has tandem voces dedit, & ſolatus amantem eſt:
Férsne aliquam ſpem lucis, ait? miſerata laborem
Nempe venis. an & ipſa mea lætabere morte?
Ne precor infando ſimilem te virgo parenti
Geſſeris: haud tales decet inclementia vultus.
Haſcine nunc grates, hæc exſpectata laborum
Dona dari decuit? ſic te ſub teſte remitti
Fas mi virgo tuum, juſtas da vocibus aures,
Nec pater ille tuus, tantis me opponere monſtris?
Quid meritũ? aut tales voluit me pendere pœnas?
An jacet externa quod nũc mihi cuſpide Canthus?
Quodq; meus veſtris cecidit pro mœnibus Iphis?
Aut Scythiæ tanta inde manus? juſſiſſet abire
Perfidus, atque ſuis extemplo cedere regnis.
Spem mihi promiſſam per quæ diſcrimina rurſus
Et reddat, qua lege vides: occumbere tandem
Poſſumus idq; ſedet, quam non quacunq; ſubire
Patris juſſa tui. numquam ſine vellere abibo
Hinc ego: degenerem nec me tu prima videbis.
Hæc ait, illa tremens ut ſupplicis aſpicit ora
Conticuiſſe viri, jamq; & ſua verba repoſci;

Nec

Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo
Quove tenus, prima cupiens effundere voce
Omnia, sed nec prima pudor dat verba timenti.
Hæret, & attollens vix tandem lumina fatur:
Quid precor in nostras venisti Thessale terras?
Unde mei spes ulla tibi? tantosq; petisti
Cur non ipse tua fretus virtute labores?
Nempe ego si patrijs timuissem excedere tectis,
Occideras: nempe hanc animam pars sæva manebat.
Funeris. en ubi Iuno, ubi nunc Tritonia virgo?
Sola tibi quoniam tantis in casibus assum
Externæ regina domus: miraris; & ipsa
Credo: nec agnoscunt hæ nunc Æetida silvæ.
Sed fatis sum victa tuis. cape munera supplex
Nunc mea: teq; iterum Pelias si pertere quæret,
Inq; alios casus, alias te mittet ad urbes;
Heu formæ ne crede tuæ. Titania jamq;
Gramina, Perseasq; sinu depromere vires
Cœperat; his iterum compellat Iasona dictis:
Si tamen aut sumtis aliquam spem ponis in armis,
Aut tua præsenti virtus educere leto
Si te forte potest; & jam nunc deprecor, hospes,
Me sine & insontem misero dimitte parenti.
Dixerat. extemplo (neq; enim matura ruebant
Sidera, & extremum suffixerat axe Booten)
Cum gemitu & multo juveni medicamina fletu
Non secus ac patriam, pariter famamq; decusq;
Obicit. ille manu subita, & vim corripit omnem.

Inde

Inde ubi facta nocens, & nõ revocabilis umquam
Cessit ab ore pudor, propiorq; implevit Erinnys;
Carmina nunc totos solvit, figitq; per artus
Æsonide, & totum septeno murmure fertur
Per clypeum, atq; vire graviorem reddidit hastam:
Jamq; sui tauris languent absentibus ignes.
Nunc age, & has, inquit, cristas, galeamq; resumes;
Quam modò funerea tenuit discordia dextra.
Hãc face per medias, cùm verteris æquora, messes,
Protinus in sese conversa furoribus ibit
Cuncta phalanx, atq; ipse fremens mirabitur, & me
Respiciet fortasse pater. sic deinde locuta,
Jam magis atq; magis mentem super alta ferebat
Æquora: pandentes Minyas jam vela videbat
Se sine: tum verò extremo percussa dolore
Arripit Æsoniden dextra, ac summissa profatur:
Sis mèmor oro mei, contrà memor ipsa manebo
Crede tui. quando hinc aberis, dic quaso, profundi
Quod cœli spectabo latus? sed te quoq; tangat
Cura mei quocumq; loco, quoscumq; per annos:
Atq; hunc te meminisse velis, & nostra fateri
Munera: servatum pudeat nec virginis arte.
Hei mihi, cur nullos stringunt tua lumina fletus?
An me mox merita morituram patris ab ira
Dissimulas? te regna tuæ felicia gentis,
Te conjunx. natæq; manent: ego perdita obibo:
Nec queror, & pro te lucem quoq; læta relinquã.

Pro-

Protinus hospes ad hæc (tacitis nam cantibus ille
Flexerat, simili jamdudum afflarat amore)
Tune, ait, Æsoniden quidquam te velle relicta
Credis & ulla peti sine te loca? redde tyranno
Me potius: recipe ingratos atq; exue cantus,
Quis mihi lucis amor? cur amplius optem,
Si non & genitor te primam amplectitur Æson,
Teq; tuo longè fulgentem vellere gaudens
Spectat, & ad primos procumbit Græcia fluctus?
Respice ad has voces, & jam precor annue cõjunx.
Per te, quæ superis, diviſq; potentior imis
Perq; hæc ergo tuo redeuntia sidera nutu,
Atq; per has nostri juro discriminis horas:
Vmquã ego si meriti sim noctis & immemor hujus,
Si te, sceptra domum, si te liquisse parentes
Senseris, & mea tum non hæc promissa videntem;
Tum me non tauros juvet evasisse, ferosq;
Terrigenas: tum me tectis tua turbet in ipsis
Flamma, tuæq; artes: nullus succurrere contrà
Ingrato queat, & si quid tu sævius ipsis
Adjicias: meq; in medio terrore relinquas.
Audijt, atq; simul meritis perjuria pœnis
Despondet, questus semper furor ultus amantis.
Hæc ubi dicta: tamen perstant defixus uterq;
Et nunc ora levant audaci læta juventa,
Ora simul totiens dulces rapientia visus.
Dejicit hinc vultus æger pudor, & mora dictis
Redditur, ac rursus conterret Iasona virgo:
Accipe per domitis quæ deinde pericula tauris,

Et quis in Æolio maneat te vellere custos;
Non dum cuncta tibi, fateor, promissa peregi:
Sævior ingenti Mavortis in arbore restat,
Crede, labor; quem tanta utinam fiducia nostri
Sit mihi nocturnæq; Hecates, nostriq; vigoris.
Dixerat: utq; virum doceat, quæ monstra supersint,
Protinus immensis recubantem anfractibus anguem
Turbat, & Hæmonij subito ducis obicit umbram.
Ille quod haud aliàs, stetit, & trepidantia torsit
Sibila, seq; metu postquàm sua vellera circum
Sustulit, atque omnis spiris exhorruit arbor;
Incipit inde sequi, & vacuo furit ore per auras.
Quis fragor hic? quænam tantæ, die virgo, ruinæ?
Exclamat stricto Æsonides stans frigidus ense.
Illa trahit ridens: tandemq; ait angue represso:
Hunc tibi postremum nostri parat ira parentis.
Heu miser, heu tantis iterum carpende periclis.
O utinam ut nullo te sim visura labore,
Ipsam cæruleis squalentem nexibus ornum,
Ipsaque pervigilis calcantem lumina monstri:
Contingat vix deinde mori. Sic fata, profugit;
Seque sub extremis in mœnia rettulit umbris.
Et jam puniceo regem spes vana sub ortu
Extulerat, quantis nox vana diremerit undis
Æsoniden, liberne freto jam vultus aperto,
Utq; prius totum sileat mare: dumq; ea longè
Explorare queat; contra venit Arcas Echion
Dicta ferens: jam Circæis Mavortis in agris

Stare virum, daret æripedes in prælia tauros.
Et vocor en ultrò, dixit, spesq; addidit ausa:
Vos mihi nunc primùm in flamas invertite tauri
Æquora, nunc totas aperite, & volvite flammas:
Exeat Hæmonio messis memoranda colono,
Tuq; tuum parti Graiûm da nata draconem.
Ipsius aspectu pereant, in vellera, in ipsa
Terga, mihi diros servent infecta cruores.
Fatur, & effusis pandi jubet æquora tauris.
Pars & Echionij subeunt inmania dentis
Semina: pars diri portant grave robur aratri.
At sua magnanimum contra Pagasea juventus
Prosequitur, stipatq; ducē: tum maxima quisque
Dicta dedit, sævisq; procul discessit in agris.
Fixerat ille gradus, totoq; ex agmine solus
Stabat, ut extremis desertus ab orbibus axis,
Quem jam lassa dies, Austrisq; ardentis harena,
Aut quem Riphæas exstantem rursus ad arces
Nix, & cærulei Boreæ ferus abstulit horror:
Cum subitò attonitis longissima Phasidis unda,
Caucaseæq; trabes, omnisque Ætia tellus
Fulsit, & ardentes stabula effudêre tenebras.
Ac, velut ex una si quando nube coruscî
Ira Jovis torsit geminos mortalibus ignes:
Aut duo cum pariter ruperunt vincula venti,
Dantq; fugam: sic tunc claustris evasit uterque
Taurus, & inmani proflavit turbine flammas
Arduus, atque atro volvens incendia fluctu.
Horruit Argoa legio ratis: horruit audax

Quæ

Qui modò virgineis seruari cantibus Idas
Flebat, & inuito prospexit Colchida vultu.
Non tulit ipse moras, seseq; immisit Iason;
Diversos postquam ire videt; galeamq; minantem
Quassat, & errantem dextrâ ciet obvius ignem.
Ut tandem stetit, & torto se lumine flexit,
Qui prior adversi respexit Iasonis arma;
Cunctatus pallum subitò fuit: æquora non sic
In scopulos irata ruunt, eademq; recedunt
Facta retrò: bis fulmineis se flatibus infert,
Obnubitq; virum: sed non incendia Colchis
Aspirare sinit; clypeoq; illiditur ignis
Frigidus, & viso pallescit flamma veneno.
Incitat Æsonides dextram, inq; ardentia mittit
Cornua dein totis propendens viribus hæret.
Ille virum atque ipsam tunc te Medea recusans,
Concutit, & tota nitentem cornibus ira
Portat iners: tandem gravius mugire recedens,
Incipit, & fesso victus descendere cornu.
Respicit hinc socios immania vincula poscens
Æsonides, jamq; ora premit, trahiturq; trahitq;,
Obnixusq; genu superat, cogitque trementes
Sub juga ahena toros. Aliũ dehinc turbida Colchis
Exarmat, lentumq; offert, timideq; minantem:
Jamq; propinquanti noctem implicat: ille fatisces
In caput, inq; humeros ipsa vi molis & ira
Proruit: invadit, totusq; incumbit Iasoni
Desuper, atque suis defixum flatibus urget.
Utq; dedit vinclis, validoq; obstrinxit aratro;

Suscitat ipse genu, sævaq; agit insuper hasta.
Non aliter medio quàm si telluris hiatu
Terga recentis equi, primumq; invasit habenis
Murmur, & in summa Lapithes apparuit Ossa.
Ille velut campos Libyes, ac pinguia Nili
Fertilis arva secet; plenâ sic semina dextrâ
Spargere gaudet agris, oneratq; novalia bello.
Martius hic primùm ter vomere fusus ab ipso
Clangor, & ax omni sonuerunt cornua sulco:
Bellatrix tunc gleba quati, pariterque creari,
Armariq; phalanx, totisq; insurgere campis:
Cessit, & ad socios paullum se rettulit Heros
Opperiens, ubi prima sibi daret agmina tellus
Adversos: ut summis jam rura recedere cristis
Vidit, & infesta vibrantes cassside terras;
Advolat, atque imo tellus quà proxima collo,
Nec dum humeri videre diem; prior ense sequaci
Æquat humo truncos; rutilum thoraca sequenti,
Aut primas à matre manus; premit obvius aute.
Nec magis aut illis aut illis millibus ultra
Sufficit; ad diræ quàm cùm Tirynthius hydræ
Agmina, Palladios defessus respicit ignes.
Ergo iter ad socias convertere Colchidos artes,
Et galeæ nexus, ac vincula dissipat imæ:
Cunctaturq; tamen, totiq; occurrere bello
Ipse cupit spes; nulla datur: sic undique densant
Terrigenæ jam signa duces; clamorq; tubæq;
Jamq; omnes odere virum jamq; omnia contra
Tela volant: tum verò amens discrimine tanto,

Quam

Quàm medò Tartareo galeam Medea veneno
Infectam dederat, usúsq; armarat in illos,
In medios torsit: conversæ protinus hastæ.
Qualis ubi attonitos mœstæ Phrygas annua matris
Ira, vel exectos lacerat Bellona comatos:
Haud secus accensas subitò Medea cohortes
Implicat, & miseros agit in sua prœlia fratres.
Omnis ibi Æsoniden sterni putat: omnibus ira
Talis erat: stupet Æetes, ultroq; furentes
Ipse viros revocare cupit: sed cuncta jacebant
Agmina; nec quisquã primus ruit, aut super ullus
Linquitur: atque hausit subitò sua funera tellus.
Protinus in fluvium fumantibus evolat armis
Æsonides: qualis Getico de pulvere Mauors
Intrat equis, uritq; gravem sudoribus Hebrum;
Aut niger ex antris, rutiliq; à fulminis æstu
Cum furit, & Siculo respirat in æquore Cyclops.
Redditus hic tandem, socios q; amplexus ovantes,
Haud jam mendacem promissa reposcere regem
Dignatur: nec ipse sibi terga ingerat ultrò
Qui pepigit, velit in pacem, dextramq; reverti
Amplius: ambo truces, ambo abscessere minantes.

LAMP. ALARDI IN VALERII FLACCI ARGONAUTICON

LIBR. VII. NOTAE.

VERS. 6. VERTERE TUNC VARIOS PER LONGA INSOMNIA QUESTUS, NEC PERIRET QUO SCIRE MODO) Ordo & sensus verborum hic est: Medea varios vertebat questus, nec sciebat quo modo, vel vulnere periret. Est enim amor flamma paulatim depascens artus. Ideoq; veteres eundem IGNI adsimulabant, faceisq; Cupidini dedicabant, quod amore capti urebantur intimis medullis. Et apud Virgil: Regina carpitur igni & in Æn Didoni

---- ---- *Est mollis flamma medullas*

Item:

Vritur infelix Dido ---- ---- ----

Cyrus apud Xenophontem ignem ait urere homines, qui eum tangant: amorem verò non præsentes tantum verum etiam longe absentes inflammare. Meritoq; Porcius Licinius dixit hominem ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem cum ait: *Quaeritis ignem: ite huc: quaeritis? ignis homo est.* Hesiodus quoq; cum Aquam, Terram, aerem descripsisset, quarto loco Amorem genitum esse subjecit, per quem interpretes ignem intelligunt. Hinc illud incerti autoris εἰς ἴρωτα lib. I. Epigramm.

Αυτὸ τὸ πῦρ καίζειν διζήμεθ' ἔτος ὁ νύκτως
Τὸν καλὸν ἡμείρων λύχνον ἀναφλογίσας.
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἄψον σέλας, ἐνδοθι γάρ μιν
Καιόμενον πολλὴν ἐξανίκοι φλόγα.

Cujus

Cujus versionem vide in Laurifoliis nostris. Vulgatum Isidori aliàs dictum est, de amore loquentis; *ea de causâ cum facibus & alis depingi solitum amorem, quod nonnunquam Cupiditate vehementius exurat, nonnunquam vero præ satietate advolet.* Nam & Propertius alas in hujusmodi usum ipsi traditas arbitratur, ut ejus ostendat instabilitatem dicens:

Idem non frustra ventosas addidit alas
Fecit & humano corde volare Deum.
Scilicet alternâ quoniam jactamur in undâ
Nostraq; non ullis permanet aura locis.

Sed cum amorem firmissimam in se uno posuisse sedem indicare vult, ita subjungit:

Sed certè pennas perdidit ille suas.
Evolat is nostro quoniam de pectore nusquam
Assiduusq; meo sanguine bella gerit.

v. 21. Ecce Videt Tenui Candescere Limen Eoo) Elegans descriptio diluculi est.

v. 26. At Sua Longarum Minyas Iam Cura Viarum) hujus & sequentium vers. ordo hic est: postquam Minyas suscepti itineris cura moveret, in ipso tempore lætitiæ, & meriti in bello parti, Regem Æetem adeunt, sed frustrà.

v. 28. Quem Passus Jason Vota Prius Captasque Deis Accendere Prædas) Significat Poeta, Regem Colchorum Æetem post partam victoriam vota sua Deis solvisse illisq; sacrificasse. Veteres enim duplici de causa sacrificabant vel quia ita votum, vel quia ab oraculo mandatum esset. Illa sacrificia εὐκταῖα & χαριστήρια appellabantur, hæc ἀπὸ τῆς μαντείας. Sophocles Trachin:

Δη. εὐκταῖα φαίνων ἢ 'πο μαντείας τινὸς;
Αι. εὐκταῖ' ὅδ' ἥρει τῶν δ' ἀνάγκαιον δοχὰ
χαρᾶν γυναικῶν ἂν ὁρᾷ σὺ ὄμμασιν

Ovid. Metamorph. lib. IX. τὰ ὀκταῖα sive χειρίσια sacra vota appellat.

Victor ab Oechaliâ Cœnæo sacra parabat
Vota Jovi.

v. 44. MEQUE ANTE ALIOS UT SPREVERIT UNA UNA RATIS) Geminatio vocis UNA, emphasin addit verbis Æetæ.

v. 50. VOBISNE DOMOS VOBISQUE PARENTES ESSE PUTEM) Per contemptum Æetes Minyas incertis parentibus & obscuro loco natos arguit, qui veteribus abjectissimi erant, ideoq; TERRÆ FILIOS nuncupabant, Græci γηγενεῖς. De his Lactantius lib. I. cap. II. *Quod soleamus eos, quorum virtutem miremur aut qui repentino advenerint de cœlo cecidisse dicere: terrâ autem quod Ignotis parentibus natos Terræ filios nominemus.* Hinc noster v. 35. vocat *orbe satos alio.*

v. 62. MARTIUS ANTE URBEM LONGIS JACET HORRIDUS ANNIS) Sequitur in hoc Valerius Apollonium lib. III. v. 409. unde hæc intelliges. Verba ejus sunt ista:

Δοίω μοι πεδίον τὸ θεῖον ἀμφινέμοντας
Ταύρω χαλκόποδε ζώματι φλέγα φυσιόωντε
Τὼς δ' ἐλάω ζεύξας συφελὸν ῥέθος ἀμφὶς ἑκάστου
Τετράγυον. τλὼ δ' αὖψα πιπὼν ἐπὶ πάσσυδον ἀκτῆς
Οὐ πόργον οἰκοῖσιν ὑπὸ ἐπιδέδρομεν ἀκτὴν
Ἀλλ' ὄφιος δεινοῖο μεταλλήσοντας ὀδόντας
Ἀνδράσι τοὺς χησῆσι δέμας. &c.

Et hoc taurorum certamen apud Apollon. rex Colchorum Jasoni solum objicit, bellíq; inter fratrem Persen & Æeten non meminit, quod Noster in præcedentibus habet. Adi lib. V. v. 251. & quæ super hanc Valerii versum inibi notavimus.

v. 76. AC TIBI CADMÆI DUM SEMINIS EXEAT HYDRI MILES) Dentes ab Jasone spargendos, & ara-

aratro subigendos, cadmæum vocat semen. Tali enim modo Cadmus ab Ovidio introducitur: lib. III. Met. fab. 2. Cum horrendus Draco Cadmi socios devorasset, & ab eodem magno cum labore interfectus esset, Minerva Cadmo consilium dedit, ut dentes Draconis in terram spargeret, ex quibus ingens armatorum hominum multitudo progenita est, quæ inter se domestico confligens bello universa exstincta est, quinq; tantum viris exceptis, qui è prælio superstites Cadmo socii condendæ Bœotiæ fuerunt. Ovidius fab. 3.

Ecce viri fautrix superas delapsa per auras
Pallas adest, motæq; jubet supponere dextræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret & infesto sulcum patefecit aratro
Spargit humi jussos mortalia semina dentes
Inde (fide majus) glebæ cœpêre moveri
Primaq; de sulcis acies apparuit hastæ
Tegmina mox capitum picto nutantia cono
Mox humeri pectusq; onerataq; brachia telis
Existunt, crescitq; seges clypeata virorum.

v. 78. Filia prima Trucis Vocem Mirata Tyranni) Quod Noster de Medea, Apollonius conjunctim de Chalciope & Medea habet. v. 449. lib. III.

χαλκιόπη δὲ χόλον πιφυλαγμένη αἰὲν ἄκοιτις
Κουφοτέρως θελγομένδε σὺν ἤθεσιν οἷσι βεβήκει,
Ἄντιος δ' οὐ Μήδεια μετέτρεπε· πικρὰ δὲ θυμῷ
Ὄρμαιν' ὁππότ' ἔρωτες ἐποτρύνωσι μέλεσθαι.

v. 81. Seque Miser Ne Posse Putet) Sensus hic est. Timet Medea Jasoni, ne laborem recuset, veritus ac si non possit resistere, scilicet si succurrente

v. 82. ET MŒSTÂ STABAT DEFIXUS INERTI) defixum idem quod stupens, defixus autem cor & cerebrum stupore defixum habentem significat. Arnobius lib. VII. *partes inter utrasque deberé hæsitare, defigi, nec reperire quid faciant.*

v. 83. NON ITA TYRRENUS STUPET JONIUSQUE MAGISTER) Magistrum navis intelligit, qui Tyrrenum vel Jonium mare navigat. Sic Virgilius lib. I. Æn.

Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronusque Magister
Volvitur in caput.

Per Pharum autem intelligit speculam vel locum editiorem in mari vel juxta mare; ad cujus lumen nautæ cursum dirigunt, præcipuè nocte obscurâ & tenebricosâ.

v. 89. NON AIT HOS REDITUS) Valerius Jasoni tribuit orationem heroicam & ipso dignam; Apollonius contra sedatam, & quasi meticulosam, v. 384.

——— ——— ἀλλ' ἀπέρυκεν
Αἰσονίδης· τῷ γὰρ οὔτοι ἀμείψεται μειλιχοίοιν
Αἰνητὴ, χόλον εἰ τράπεται τόλμη. &c.

Et v. 422.

Ὡς ἄρ' ἔφη· ὁ δὲ σῖγα ποδῶν πάρος ὅμματα πῆξας
Ἧστ' οὔτασε, φῶτας ἀμηχανίῃσι κακύπτων
Βλωθρὸν δ' ἀμφὶ πολλὸν τρόφιν χρόνον ἕδμεν ἔχε
Θερσαλίδας ὑποδέχθαι· ἐπεὶ μέγα φαίνετο ἔργον.

v. 95. NEC CEDERE DURIS) adversùm fortunam Autores significare cum volunt, unico verbo Duri faciunt. Hinc tritum illud:

--- --- *Durum Patientia vincit.*

Et Horat. lib. I. Carm. Od. 24.

Durum

Durum. *Sed levius fit Patientiâ*
Quicquid corrigere est nefas.

Hinc Virgil. Æn. I.

Durate & vosmet rebus servate secundis.

v. 102. Et Infidâ Præceps Prorumpit Ab Aulâ) Appositissimum Epitheton Aulæ, quo Infida vocatur. Non tantum Aulæ Æteæ conveniens, sed & hodienum quamplurimis. Doct. ss. Brodæus vivis illâ coloribus depingens, ita Sanioru oculis subjecit Commētario in lib. III. Epigr. Græc. Non animadvertunt multi, quantum dulcedinis suppeditet vivere λιπῶς μὴ ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ, nec cuiquam gnathonicè aut parasiticè γαστρὸς ἕνεκα manum deosculari aut alia fœdè palpantium indigna subire ministeria. Qualia multa illis ferenda & facienda sunt, qui hodiè Aulas sectantur, in quibus *nihil est sinceritatis, nihil amoris, nihil fidei*, sed omnia *plena simulationis & perfidiæ*, omnia *plena delationis, proditionis, criminationis, invidiæ, æmulationis, odii & turpissimarum assentationum*, tum etiam *ampullarum & sesquipedalium verborum*, Expertus loquor, quippe in his Aulicis fluctibus sum non mediocriter jactatus, & fere semper ab iis, quibus maximè fidebam, omnium maximè deceptus, falsus, impeditus, proditus & perditus. Itaq; ego sic statui: *Vbivis tutius, beatius, sanctius, & suavius aliquem vivere posse, quam in aulâ*, ubi nullus est respectus *honestatis*, nulla ratio *Eruditionis*, nulla autoritas *Integritatis*, nulla gratia *probitatis*, nullum præmium *Virtutis*, nullus honos *Literarum*: ubi pluris fit *Amusus Eques*, quam *Vir Literatus* & Vitæ integer. Ubi in precio sunt *Centauri* contemtis bonis: ubi primas tenent *Turini* illi fumorum venditores & *palpones* & *adulatores* & *proditores* & *delatores* & *parasiti* & reliquæ pestes, per quas Aula cotidiè non dicendis modis arroditur: ubi clan-

cularijs detractoribus & susurronibus plus habetur fidei, plus datur precij, *quàm viro gravi & omnibus virtutibus exornato*. Sed quid hanc vitiorum Lernam, Aulam inquam, sum ingressus? quæ Centum Augiæ stabulis est fœdior, & contaminatior, ita omnium vitiorum stercoribus & merdis est oppleta, ut ne à trecentis quidem Herculibus purgari, & emendari queat, nedum à me paucis verbis describi & pro dignitate depingi. Concludam igitur hunc locum svaviſſimis his Senecæ versiculis quos in Thyeste suo chorus recitat:

Rex est qui metuit nihil
Hoc regnum sibi quisq; dat.
Stet quicunq; volet potens
Aulæ culmine lubrico
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco
Leni perfruar otio.
Nullis nota Quiritibus
Ætas per tacitum fluat.
Sic cum transierint mei
Nullo cum strepitu dies
Phœbeius moriar senex.
Illi mors gravis incubat
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur sibi.

v. 104. NEC FIXA SOLO SERVARE PARUMPER LUMINA) Talis est vultus magna versantium, vel tristitiâ succumbentium. Et convenit huc tritum illud.

Heu quàm difficile est luctū non prodere vultu.

v. Ille

v. III. Qualis Ubi Extremas Jo Vaga Sentit Arenas) Fabulam Jûs Inachi filii attingit, de qua Ovidius habet lib. I. Met.

---- ---- ---- *amarâ pascitur herbâ.*
Procq; toro terræ, non semper gramen habenti
Incubat infelix, limosaq; flumina potat.

Et paulo post:

Venit & ad patrias, ubi ludere sæpè solebat,
Inachidas ripas, novaq; ut conspexit in undâ
Cornua, pertimuit, secq; externata refugit.

v. 120. Ut Aligeri Circen Rapuere Dracones) Quæ ad veritatem de Circes personâ pertinent, superius edocui.

v. 141. Cum Sævior Ipse Turbat Agitque Sopor) Accidit Medeæ, quod in vulgari habetur versiculo:

Tempore nocturno volvuntur vota diurna.

Ita hanc insomnia de Jasone turbant. Lucr. lib. IV.

Causidici causas agere & componere lites
Induperatores pugnare, & prælia obire
Nautæ contractum cum ventis degere bellum.

Et posteà:

Reges expugnant, capiuntur, prælia miscent.

Claudianus:

Causidici lites, auriga somnia currus

Et secundum piscatorem Theocriti.

Πᾶσι κυὼν ἄρτιος μαντεύεται, ἰχθύα κἀγώ.

Et amans quod suspicatur vigilans, somniat: inquit Publ. Mimus in suis Mimis. Aristoteles in Probl. τῶνδε μάλιστα ὁρῶμεν (*somniamus*) ἃ πρὰττόμεθα ἢ μέλλομεν, ἢ βουλόμεθα. Et Nonnus Dionysiac. μβ.

---- ---- ἀνίπτοιο δὲ
ἔργον ὁρᾷς πλίεν πὴς ἐν ὕπνοις νυκτὶ δοκεύει.

βύκτο-

βέκολος ὑπνύων κεφαλὰς βάσις εἰς νόμον ἕλκει
δίκτυα Ἰηπητῆρα φαείνεται· ὄψις ἀνέρι
γεωπόνοι δ' εὔδοντες ἀρηρεύσιν ἀρόμας
εἰς ῥόον, εἰς ἀμάρην ἀσπαστήλι ὑπνος ἐλαύνει.

Petronii Arbitri versus, ut nuper Guiliel. Canterus è schedis antiquis protulit, hi sunt:

Somnia quæ mentes lædunt volitantib. umbris
Non delubra Deum, nec ab æthere Numina mittunt
Sed sibi quisq; facit ---- ---- ----

Causam insomniorum ex Peripateticorum sententiâ refert Ælian. Var. hist. lib. III. cap. II. his verbis: οἱ περιπατητικοὶ φασι μεθ' ἡμέραν ἡπύοσαν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, καὶ μὴ δυνάμει καθαρᾷ τὸν ἀληθῆ θεωρεῖν. νύκτωρ δὲ ἀλαλυθεῖσαν τῆς περὶ τὸ σῶμα λειτουργίας καὶ φαιδρυθεῖσαν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα πόνου γενέσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια.

v. 148. ET SÆVÆ FERIT AGMINA MATRIS ORESTES) Orestis facinus tangit: qui Matrem occidit, unde insaniâ corruptus & furiis agitatus, unum ipse sibi digitum â manu abrosit. Id enim facti pœnitentiam arguit, ut est apud Propert:

Vngue meam morsa sæpe querêre fidem.

Carrio quod hic ex Maserio & Cicerone adfert nihil facit ad rem, vel ad loci explicationem. Quod autem Maserium arguit, nescio cujus figmenti vel mendacij, ut qui inter Megapolim & Messeniam statuat regionem Manian, ubi Orestes facti sui vel parricidij pœnas dederit, audaciam suam, & ignorantiam prodit. Non enim ex se Maserius hoc scribit sed autoritate Pausaniæ. Scribit enim: *Parvum olim tumulum inter Messeniam & Megapolin fuisse in regione Maniâ, cui digitus lapideus impositus erat, cui tumulo â digito nomen fuerit nulla aliâ de causa nisi ut eo monumento factum oresti ne-*

fario

lacerabat. Cæterum de facinoribus & furiis Orestis vide Tragœdiographos Græcos.

v. 155 Non Jam Mentitæ Vultum Vocemque Resumit Chalciopes) respicit v 477. &c. lib. præcedentis. Vide Is. Christoph Bulæum in Notis ad Cassii Parmensis Orpheum.

v. 174. Data Continuo Sed Cingula Soli Nostra Tibi) De Cingulis veneris Noster explicatius lib. VI. v 470.

——dedit acre decus, fœcundaq; monstris
Cingula, non pietas quibus, aut custodia famæ,
Non pudor, at contra levis & festina cupido
Adfatusq; mali, dulcisq; labantibus error,
Et metus & demens alieni cura pericli.

v. 179. Tu Face Letiferæ Citus Ad Dextra Dianæ) Face antiquus imperativus est pro Fac, Poëtis non infrequens: Lucret. lib. I. ad Venerem.

Quo magis æternum da dictis diva leporem,
Et face ut interea fera mœnera militiai
Per maria ac terras omnes sopita quiescant.

Nam quod ibi nonnulla exemplaria legunt pro Et face Effice, falluntur, nec ullam contextus habent rationem.

v. 182. Nec Te Nunc Hecates Subeat Metus) Medea in tutelâ Dianæ erat, cui sacrificabat, ab eaq; artem veneficiam ut plurimum didicerat. Unde Poëta Hecaten Magistram Medeæ vocat. Confer lib. VI. v. 495

Hanc residens altis Hecate Persæia lucis
Flebat, & has imo referebat pectore voces:
Deseris heu nostrũ nemus, æqualesq; catervas
Heu misera &c.

v. 186. Volucrem Tunc Adspicit Irin) Iris

Iris nuntia Junonis à Poetis fingitur. Hinc Ovidius lib. I. Met. fab. 9.

Nuncia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus adfert.

Virgil. lib. Quinto, Æn. fine.

Tum Iuno omnipotens longum miserata dolori
Difficilesq; obitus; Irin demisit Olympo
Quæ luctantem animam, nexosq; resolveret artus.

v. 198. SI TIBI THESSALICIS, NUNC SI TIBI FORTE VENENIS) Thessalia arte Magica & venenatis herbis præ ceteris excelluit. Testis Horatius multoties. Cumprimis libr. Epodon. Carm. V.

Quæ sidera excantata voce Thessalâ
Lunamq; cœlo deripit.

Confer Apulejum in Asino: Senecam in Hippolyto: aliosq;.

v. 202. ATQ; ITERUM DURÆ COGAR COMES ESSE SORORI) Intelliges hunc versum ex libro præcedenti, ubi Medea falsæ sorori commixta lustratum iit pugnam, Minyarum cum Perse. Ecce v. 490.

Dicitur infelix ad mœnia summa futuri
Nescia virgo mali & falsæ cõmissa sorori. &c.

v. 212. ET MAGICÂ CIRCEN TITANIDA VIRGA) Titanida vocat Circen, quia nonnullorum opinione filia Solis fuisse creditur. Confer superiora. Ovidius lib. XIV. Met. fab. I.

Inde manu magnâ Tyrrhena per æquora vectus
Herbiferos adiit colles, atq; atria Glaucus
Sole satæ Circes variarum plena ferarum.

Et infrà circe de seipsa:

Ne dubites adsitq; tua fiducia formæ.

En

En ego cum Dea sim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum quoq; gramine
possim.

v. 217. Quæ Te Biugis Serpentibus Egit Hinc Fuga? Circes currui serpentes adsignat, quod & ab Ovidio fit qui veneficæ Medeæ currum ità describit: VII. Met. fab. 5.

Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras
Non exempta foret pœnæ, fugit alta, superq;
Pelion umbrosum, Philyraeaq; tecta, superq;
Othryn, & eventu veteris loca nota cerambi.

v. 225. Quippe Etiam Repetentur Munera Divum) respicit circes originem, quæ à Sole ortum trahebat: unde versu seq. dicit:

---- ---- *nec nos Diis nata malignis*
Cluserit hoc uno semper sub frigore messis.

v. 228. Patriam Inde Vocato Qua Redit Itque Dies.) Communem Sapientum opinionem tuetur, quibus totus hic orbis patria est. Unde Diogenes se κοσμοπολίτην vocavit. Adi Diog. Laertium in Diogene. Et secundum veterem Comicum: *Patria est, ubicunq; benè unusquisq; est.*

v. 229. Nec Nos Dis Nata Malignis) Præfero quod est in Aldinâ editione: ---- ---- *nec nos ô nata malignus*
Cluserit hoc uno semper sub frigore Phasis.
Fluminibus enim, non messibus, clauduntur regiones. Unde finium arbitri rectè audiunt fluvii. Quomodo Jordanem appellat Tertullianus in de Pallio sub init. Virgil. Æneid. IIX.

---- ---- *hinc Thusco claudimur amne*
Hinc Rutulus premit ---- ---- ----

Tacitus Anal. IX. *Mari Oceano aut amnibus longinquis septum imperium.*

v. 232. ET NUNC AUSONII CONIUX EGO REGIA PICI) Circe conjugem Pici, regis Tyrrheniæ, se vocat. Erat enim ille ex progenie Saturni oriundus, Latii rex. Hinc Ovid. XIV. Met. fab. 4.

Picus in Ausoniis proles Saturnia terris
Rex fuit utilium bello studiosus equorum.

Amorem autem Circes in Picum idem sic narrat. d. l.

Venerat in sylvas (Picus) & filia Solis eadem
Utq; novas legeret fœcundis collibus herbas,
Nomine dicta suo Circæa reliquerat arva.
Quæ simulac juvenem virgultis abdita vidit,
Obstupuit: cecidere manu, quas legerat herbas
Flammaq; per totas est visa errare medullas.

Quid vero Pico & Circæ, hujus conjugium petenti, acciderit discès ex eadem fabulâ.

v. 235. CUI VADIS IBERO?) Medea à patre desponsata erat Styro Albano, de quo Noster lib. V. v. 459.

Tum gener Albanis Styrus qui advenerat oris,
Distulerant sed bella thoros.

Quæ Albanorum gens contermina erat Iberiæ. Undè & in præcedenti libro pro ipsis Iberis ponuntur. Plinius lib. VI. c. 13. *Albani ut ferunt ab Jasone orti: ante quos mare quod est, Albanum nominatur. Hac gens superfusa montibus Caucasiis ad Cyrum amnem, Armeniæ confinium atq; Iberiæ descendit.* Confer Pomp. Melam lib. III. c. 5. Cæterum de conjugio Medeæ idem Noster lib. VI. v 274.

Ad soceros pactaq; sinus en conjugis inquit

Sty-

Styre fugis, vulnus referens, quod carmine nullo
Sustineat, nullisq; levet Medea venenis.

v. 243. Perpetior Duræ, Jam dudum In-cendia Mentis) Amor igni adsimilabatur, quod superius docui: Ideoq; apud Poetas ipsum Ignis nomen pro amore ponitur. Hinc Palladæ illud in Amorem lib. Epigr. 1.

Ὁ ζῶν ἀπὸ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο, γυναῖκας,
εἴτε δὲ μήτε γυνὴ, μήτε τὸ πῦρ ἐφάνη·
Πῦρ μὲν δὺ ταχέως καὶ σβέννυται· ἡ δὲ γυνὴ πῦρ
Ἀσβεστον, φλογερὸν, πάντοτ' ἀναπτόμενον.

Et illud Zenodoti ibidem:

Τίς γλύψας τὸν ἔρωτα παρὰ κρήνησιν ἔθηκεν
Οἰόμενος καίσειν τοῦτο τὸ πῦρ ὕδατι.

Vide etiam illud incerti lib. IV. Floril.

Ὁ πλανὸς τὸν πλανὸν ἰδὼν ἄγγυσι κέρσωσεν
Δεικνὺς ὡς κρεῖσσον πῦρ πυρὸς ἐστιν ἔρως.

Versionem habes in Laurifoliis nostris, unde si lubet petes.

v. 244. Nulla Quies Animo, Nullus Sopor: Ardua Amanti) κρημφύγετα quæ Carrio ad meliorem hujus versus intellectum quærit plane sunt extra necessitatem. Res manifesta est: Dicit enim quietem & soporem ardua esse amanti, hoc est acquisitu & fruitione minus facilia.

v. 255. Permixtumque Odiis Inspirat Amorem) Talis est amor, unde γλυκύπικρον rectè voces, Latinè Dulcamarum. Hinc Medea præced. v. 215.

---- --- ---- *flebile gaudens*
Prosiluit --- --- --- ---

Rectè Epigrammatographus:

Principium latum: sed finis amoris amarus:
Læta venire solet: tristis abire Venus.

v.260. FORTE RATEM PRIMO FUGIENTEM LITORE CERNO) Poetici hujus ornatus Apollonius nihil habet. Ideoq; Medeam noctu in somnis admonitam, quasi Ab Jasone sola pateretur, expergefactam introducit; classemq; Minyarum in portu stantem, non multò post cum Hecatæ sacrificasset, petentem; & Jasoni per artem Magicam viam ad domandum draconem aperientem. Adi ipsum lib. III.

v.276. SI PELOPIS DUROS PRIOR HIPPODAMIA LABORES) Pelops Tantali filius; Hippodamia Oenomai fuit. Fabulam quam tangit hanc habet: Oenomaus Rex Elidis & Persarum; cùm ex oraculo se à genero interfectum iri didicisset, & filia tamen Hippod. à multis procis ob formam expeteretur, curule certamen procis instituit, ea lege ut qui vinceret, filiam haberet, victus subiret mortem. Tredecim ergò occisis, Pelops visâ puellâ ejus amore exarsit, atq; ut ea potiretur, Myrtilum aurigam ejus, pollicitis corrupit, sic ut ille *Axes infirmos* subjungeret, vel ut alii volunt *objicem axi non objiceret*, & sic fracto curru Oenomaus (qui aliàs equis velocissimis ex vento genitis instructus erat) excidit, morienso; Mirtili caput defovit, obtestans Pelopem, ut vicem suam ulcisceretur, quod & factum. Atq; hoc modo Pelops & puellâ & regno potitus est. De hac Ovidius:

Venit ut in Phrygios Hippodamia sinus.

Virgil. Georg. III.

Hippodameq; humeroq; Pelops insignis eburno.

v.279. SI DEDIT IPSA NECI FRATREM MINOIA VIRGO) Ariadnen intelligit Theseo viam aperientem ad occidendum Minotaurum, quem ejus fratrem appellat. Erant enim ambo à Pasiphaë uxore Regis Minois: quæ cùm concubuisset Tauro: monstrum illud genitum est, quod humanis vescenas erni-

bus

bus Labyrintho fuit inclusum, cui Athenienses ex præscripto legis septem quotannis liberos mittebant devorandos. Sed 3. anno Theseus illuc missus Minotaurum occidit, ab Ariadne accepto fili glomere, & fugâ evasit. Confer Ovid. lib. IIX. Met. fab. 4. Hinc Virgil. VI. Æn.

Hic crudelis amor Tauri suppostaq; furto
Pasiphaë, mistumq; genus, proles q; biformis
Minotaurus inest, Veneris monumẽta nefandæ:
Hic labor, ille domus & inextricabilis error.
Magnum Reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti, ãbagesq; resolvit &c.

Vide etiam Apollon. lib. III. v. 996.

v. 288. Promisi, Ne Falle Precor) Respicit vers. 93 lib. 7.

Quin agite hæc omnes odiisq; urgete Tyranni
Imperijsq; caput: quanquam mihi dextera, nec spes
Defuerit mox jussa pati, nec cedere duris.

v. 290. Tu Supplice Digno Dignior: Est Et Fama Meis) Variè hic versus legitur: *Dignior es; & fama meis jam parta venenis*: sic alii legunt. Es ramen ubiq; breve est: ideò cùm Carrio ad fidem veteris codicis priorem lectionem adstringat, lubenter sequar, & cum illo lego: Dignior: est & fama meis jam parta venenis.

v. 301. Sævus Echionià Ceu Penthea Bacchus In Aula) Pentheus, Echionis & Agaves filius, Bacchum & ejus sacra a dispernatus & honorem ipsi debitum denegans, à Baccho desertus & non multo pòst, cum ad sacra in montem Cithæronа se recepisset à matre, quæ propter filii furorem animum ab

illo alienaverat, discerptus & cruentis morsibus dilaceratus est. Ovidius lib. III. fab. 8.

Namq; dies aderit, quam non procul auguror esse,
Qua novus huc veniet, proles Semeleïa Liber,
Quem nisi templorum fueris dignatus honore
Mille lacer spargêre locis & sanguine sylvas
Fœdabis, matremq; tuam matrisq; sorores.]

Et quæ sequuntur fabula decimâ ejus libri.

v. 302. INFECTIS PER ROSCIDA CORNUA VITTIS) Baccho taurina cornua tribuebant veteres, quia illis poculorum vice utebantur. Nicandri Scholiastes Alexipharmacis: Οἱ παλαιοὶ κεραμίνοις χρῶντο ἐν τῇ πόσει ἀντὶ τῶν ποτηρίων, ὅθεν καὶ τὸ κέρασαι ἔρηται. ἢ ἀλλὰ τὸ τερατώδικὸν τῶν πινόντων· τέτ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ οἶνος ἰσχυρὸς δὲ Διόνυσος· καὶ τερατεύεσθαι. Festus: *Cornua Liberi patris simulacro adjiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eò quod homines nimio usu vini truces fiant.*

v. 308. ET AUDITÆ CRESCUNT IN PECTORE VOCES) Adfectum Amantium exprimit, quibus Amasiorum verba semel audita, subinde in mente reddantur, & adhuc recentia in auribus quasi sonant. Hinc Evagrius de IIX. vitiis. *Libidinis Dæmon animam inficiens & dicere & rursus audire verba facit, non secus ac si res ipsa cerneretur, & præsto esset.*

v. 330. ET QUÆ SANGUINEA LUNÆ DISTRINXIT AB IRÂ) Luna veneficiis præesse credebatur, & herbas ad Lunæ lumen lectas venenatiores habebant. Vide quæ supra hoc notavimus ad v. 447. libri præcedentis.

v. 332. CUM TIBI TOT MORTIS) Procul dubio *Mortes* dixit Valerius non *Mortis*. Nam quis aliàs sensus? Sic ergo Medea dicere voluit:

Tunc

Tune sequéris, ait, quicquam aut patière pudendum?
Cum tibi tot mortes (id est, mortis viæ) scelerisq; brevissima tanti
Effugia?

Constituit enim potius mortem sibi conscíscere, atq; ita scelerís effugia quærere, ne scilicet se adjutore aureum vellus parenti & Colchis eriperetur. Similis Oratio Senecæ ep. LI. *Ego illam feram? cum in manu meâ mors sit?*

v. 341. Hunc Quoque Qui Nunc Est Primævus Iasona.) Primævus, id est, ὁ ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ in primo ætatis flore constitutus, sicut grandævus grandioris ætatis. Noster lib. VI. 70.

--- --- --- *Nestoris hastæ*
Immoritur primævus Helix --- ---

Virg. IX. Æn.

--- --- --- *vix unus Helenor*
Et Lycus elapsi, quorum primævus Helenor

Idem X. Æn.

--- --- --- *primævo corpore Lausus*

Et lib. VII.

--- --- --- *primævo flore Juventus.*

Barthius hic legit & distinguit: *Hunc quoq; qui nunc est crudelis, Iasona nescis.* Ut sensus sit: O crudelis Medea, qui nunc est Jason, illum nescis morte perire tuâ. *Esse* enim ponitur pro vivere, sicut *non esse*, pro non vivere: Et *futurum esse* pro nondum natum esse. Hinc ait Ovidius Epistolâ Herûs.

Ecce merum nutrix fausto sinit illat in ignes
Cras erimus plures dixit & ipsa bibit.

Sic etiam Græci usurpant verbum ἴσις. Æschylus Cleoph.

Οἶμοι μάλ' ὡδὶς σὲ τύπτις ἀσεφὴς ἴσις
Αἰγιδ῾ος ἐκτὸς ἶσιν.

v. 354. NEC NOTÆ STABAT CONTENTA VENENIS) Notæ ponitur pro Agnatæ scil. Circes, cujus genus supra enodavimus; respicitq; acta antecedentia, ubi paulò supra Circe putaticia Medeam consilio instruit. Sic notus pro amico ponitur à Virgil. Ecl. 1.

---- --- --- *hic inter flumina notæ*

Id est chara, ut inquit Servius. Et lib. VII. Æn.

--- --- *Et rotis compellat vocibus ultrò.*

v. 356. PROMETHEÆ FLOREM DE SANGUINE FIBRÆ CAUCASEUM) id est in monte Caucaso lectum, in quo Prometheum scelerum suorum pœnas luisse tralatitium est. Herbam hanc describit Apollonius natam ex sanie Promethei stillante in terram, cum ejus jecur aquila in vallibus Caucasi rostro laniaret. Illius florem instar cubiti defcribit, Coricii coloris, & Croco similem: caulem geminum ac procerum, radicem carnem recenter incisam videri, succum deniq; plantæ nigricantem qualis fagi esse solet: cum effoditur tum audiri gemitum. Verba Apollonii lib. III. v. 843.

Ἦδε πῶς γλαφυρῆς ἐξείλετο φωριαμοῖο
Φάρμακον, ὃ῾ρπτε Φαεσίμβροτον καλέουσι
Τῷ εἰκ' ἐννυχίοισιν ὀρεσκάμῳ ἡμένοισι
Δαίρας μηνογένειαν, ἑὸν δέμας ἰκμαίνοιτο,
Ἥ τ' ἂν ὀγ' ἀπορῆκτος ἴσι χαλκοῖο τυπῆος
Οὐτά κεν αἰζομένῳ πυρὶ εἰκάθω· ἀλλὰ καὶ ἀλκῇ
Λωίτερ῾ον κεῖν' ἦμαρ ὁμῶς κάρτεπτε πέλοιτο.

Et quæ sequuntur. Tale ferè commentum est nostrarum vetularum de suâ Mandragorâ sive Circæâ (Nostrates

ſtrates vocant Allrühnidſen) quam ex urina Suſpenſorum ſub patibulo naſci dicunt, & hominis ferè effigiem habere, itemq; clamorem edere cum effoditur, quem ſi audias, moriendum tibi eſſe. Quod forſan ex hoc Apollonij figmentum eſt. Ex hac ergò herba Prometheâ Pharmacum illud erat, quo Iaſon adverſus tauros æripedes ac terrigenas uſus eſt. Tale eſt Μῶλυ Homeri; *Aureus ramus* Virgilij; Κρήδεμνον Ulyſſis, Porphyris Agamemnonis; de quibus vide Cæl. Rhodig. lib. VII. cap. 21. antiq. lect. Alle goricè enim Poetæ his ipſis ſignificant τὴν φρόνησιν, qua in adfectibus domandis uti debemus. Hanc herbam plurimum ad dirimendas diſſipandaſq; amicitias poſſe autumat Propert. lib. I.

Invidiæ fumus, num me Deus obruit? an quæ
Lecta Promotheïs dividit herba jugis?

Plutarchus junior περὶ πατρικῶν novam ei facultatem adſignat: ἡνιάτευε δὲ ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει Ἑσπέρη τοῦ Προμηθέως καλουμένη, ἣν μόνοις συμίγνυσι καὶ λεπτύνουσι τοῖς ἀνηπτωθείσης τοῦ πάθους ἐχόμενοι. De Moly Homeri quod dixi, herbam illam ejuſdem intentionis apud Poëtas eſſe cum Prometheâ Noſtri, Achæmenides lib. XIV. Met. docebit. Ille enim ſic introducitur:

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album.
Moly vocant ſuperi, nigrâ radice tenetur
Tutus eo monitis q; ſimul cæleſtibus intrat
Ille domum Circes.

Tradunt enim illam adverſus veneficia prodeſſe; unde & Ulyſſi à Mercurio tradita fuit. Homericus Ulyſſes in Odyſſeâ:

Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης
ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν ἀνδρὶ ἐοικὼς
ῥίζην μὲν μέλαιναν ἔσκε, γάλακτι δ' ἐικέλον ἄνθος·
μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν

ἀνδρῶν γε θηλειῶν· ἐγὼ δὲ πάνυ δύσερως.
Ego hujusmodi fabulis Poetas se inebriare libenter patior.

v. 364. STYGIIS DURATAM FONTIBUS HARPEN) Harpe ensis est in summitate falcatus, quo Mercurius usus fertur in occidendo Argo illo centoculo, & Perseus in amputando Medusæ capite. Ovid. V. Met.

Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ.

Lucan lib. IX.

Et subitus præpes Cyllenida sustulit harpen.

v. 370. CUNCTÆQUE TREMUNT SUB FALCE CATENÆ) respicit vincula Promothei, quibus ille Caucaso alligatus erat, de quibus in antecedentibus libris dixi.

v. 375. QUALIS ADHUC TENEROS SUPREMUM PALLIDA FŒTUS) Simile à pullis aquilinis, qui mox tenera ætate educi solent à parentibus, ut Solis spicula experiantur. Ille enim qui ætheris & Phœbeæ lampadis radios sustinere potest, legitimus habetur hæres & vera proles. Qui contrà, nido excludiatur.

v. 381, HORRETQUE DOMOS MEDEA SILENTES) Inferos Poëta intelligit, apud quos altum silentium est. Possis etiam accipere pro domibus patriæ Æetæ silentibus, quia noctu hæc à Medea gerebantur.

v. 389. ET IAM IAM MAGICO PER OPACA SILENTIA, COLCHIS CŒPERAT IRE SONO) Murmur veneficium intelligit. Murmurantes enim incantationes suas peragebant. Aristenætus lib. II. Τότε μὲν ἀμφότεροι φαυλίσαντες τὸν νέον ἀπλοῦν· ἡ μὲν πλανωμένη σώφρων· ἦν· ὁ δὲ τὸν ξενικὸν μῦθον τῶν ἀθλίων τὸ χῆμα, καὶ δαιμόνων ἀθεσπεσίας συνείρων, πλασματώδεις τε πινὰς ἀποφθεγγόμενος ἐπικλήσεις, καὶ ψιθυρίζων ἀπαλῶν γραμμάτων λόγους φαντάσθη. Ovid. Met. lib. VII.

Vmbras

Umbrarumq; rogat raptâ cum conjuge regem,
Ne properent artus animâ fraudare senili:
Quos ubi placavit precibusq; & murmure lœto,
Æsonis efferri &c.

Apulejus Miles I. *Non fuit in illâ civitate, quod adspiciens id esse crederem quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata.* Quintil Declam. X. *Magum protinus nesciâ matre, cujus horrido murmure, imperioso; verbis dii superi maneq; torquentur, advocat.* Ennapius in Maximo: τῦτο δὲ εἰπὼν, καὶ κατ-θέντων ἡμῶν ἀκροάντων, χόνδρον καθαρὸν λιβανωτῦ, καὶ σφᾶς ἑαυτὸν ἔνπνους δήπου γνώμην παρέσχεν. Prudentius:

Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atq; sepulchrales scita incantare favillas,
Vitâ itidem spoliare alios ars noxia novit.

v. 395. Divæque Triformis In Umbram) Hecates scilicet; quam triformem hîc vocat: lib. I. Tergeminam heram v. 781.

Tergeminam tum placat heram, Stygiasq; supremo
Obsecrat igne domos:

Germanicus: *Diana Luna dicta est quasi Diana, eò quod die ac nocte appareat ipsa, & Luna, eò quod lucent, & Trivia, eò quod tribus fungatur figuris.* Cassiodorus Var. lib. V. Epist. XLII. *Primum sibi per lucos & sylvas agrestium populorum noth. & venationibus dedita, hanc triplicem Deam falsâ imaginatione finxerunt: ipsam in cœlo Lunam ipsam, in sylvis Dianam, ipsam apud inferos Proserpinam esse adfirmantes.* Ovidius Fastor lib. I.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes
Servet ut in ternas compita secta vias.

v. 398.

v. 398. SE PROFUGAM VOLUCRIS THAUMANTIAS ALIS) Thaumantias Iris vocatur, utpote Thaumantis & Electræ filia, nuncia Deorum, præcipuè Junonis, cùm Mercurius reliquorum. Cæterùm & ex admiratione hoc nomen accepisse dici possit, quæ de ejus coloribus nascitur. Θαῦμα enim miraculum significat.

v. 404. INCIDERANT AMBO ATTONITI JUXTAQ; SUBIBANT) Expressit Apollonium lib. III. v. 947.

Οὐδ' ἄρα μηδείης ἧμιες τρέπετ' ἀλλὰ νοῆσαι,
Μελχομίης ὥς οἱ μῶς· πᾶσιν δὲ ὁι, ἥπιν' ἀφήμι,
Μολπὴν ἐκ ἐπιδηρὸν ἐφήνδανεν ἐφιάλεσθαι.
Ἀλλὰ μεπαλλήκτι ἐπ' ἀμήχανον· οὐδέποτ' ἔστε
Ἀμφιπόλων μεδ' ὅμιλον ἔχ' ἀτρέμας, ἐς ὃ κελαδεινὴ
Τηλόσε πυκλώσιτο ε, πυρικλίνσιν πυρειής.
Ἦ μὰλα δὴ ηθέων ἑκὰς κίεν, ὅππτε δέπνου
Ἢ πεδὸς ἢ ἀνέμοιο παρυφήριξαν δοάσσιν.
Αὐτὰρ ὃγ' ἐ μεπιδηρὸν ἐελδομένη ἐφαάνθη
Ὑψόσ' ἀναθρώσκων, ἅτε σείελον ἀκεανοῖο. &c.

v. 406. ERGO UT ERAT VULTU DEFIXUS UTERQ; SILENTI) Iterum ex Apollonio est v. 966.

Τὼ δ' ἄνεω κὴν ἄνωθεν ἐφίζανον ἀλλήλοισιν.

Confer totum locum, non te pœnitebit operæ.

v. 416. HAUT TALES DECET INCLEMENTIA VULTUS) Clementia cùm alios omnes homines maximè deceat, tùm haut scio an quenquam magis ornet, quam Generosas & Illustres personas. Hæc vera est nobilitas quæ Cæsarem Deorum numero adscripsit, quæ Augustum consecravit, quæ Pio cognomentum dedit. M. Antoninus cognomento Philosophus nihil quicquam esse dicebat, quod Imperatorem Romanum magis commendaret, quam Clementia, eâq; de causâ neq; quidem in rebelles suos sævitum voluit. Hac eadem de causâ Sen. Romanus timore

co

so liberatus quem ex Maximini Imperatoris immanitate contraxerat, Clementiſſ. Imperatoribus Maximo Balbino & Gordiano ſtatuas cum Elephantis decrevit. Elephas enim manſvetiſſimæ animal naturæ eſt, ut Cicero non immeritò ſcripſerit Epiſt. ad Marium: *Hujuſmodi belua eſſe quandam cum genere humano ſocietatem.* Confer totum librum Senecæ ad Neronem de Clementiâ.

v. 417. Hæc Exspectata Laborum Dona Dari Decuit) Reſpicit ſuperiorem librum V. v. 540. Promiſerat enim Æetes aureum vellus, ſi Jaſon Perſen deviciſſet.

v. 418. Sic Te Sub Teste Remitti) Ordo verborum hic eſt: Sic ſub te teſte remitti. Ludit autem amphibolia vocis Teſtis: qualem etiam ni fallor obſervavi. v. 513.

v. 419. Justas Da Vocibus Aures) hæc ob meliorem ſenſum ita diſtingue:

---- ---- ---- *juſtas da vocibus aures,*
Nec pater ille tuus: tantis me opp. monſtris
Quid meritum? aut tales voluit me pendere pœnas?

Ponitur autem *Nec* pro *Non*, ut ſenſus ſit: Tu virgo da juſtas aures, non pater ille tuus, qui renuit. Particulam enim *Nec* non ſemper duplicem vim habere, ut copulet ſimul & neget, ut in *& non* reſolvi poſſit, teſtis eſt Feſtus in *Nec: Nec conjunctionem Grammatici ferè dicunt eſſe disjunctivam, ut: Nec legit, Nec ſcribit. Cum ſi diligentiùs inſpiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi poſſit eam poſitam eſſe ab antiquis pro Non, ut & in duodecim eſt: AST EI CULTOS NEC ESIT. Item: SI ADORAT FVRTO, QVOD NEC MANIFESTVM ERIT. Et apud Plaut. in Phaſmate: Nec rectè ſi illi dixeris. Et apud Turpilium in Demetr. Nec rectè mihi quod dici jam dudum audio.* Sic Virg. in Mor.

Nunc

Nunc victi tristes (quoniam fors omnia versat)
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.

v. 428. IDQUE SEDET QUAM NON QUÆCUNQ; SUBIRE) Subintelligitur post *Sedet*, vocula *magis*. Nam mos est Scriptorum non vulgarium eam particulam omittere. Certè tale quid sæpe in Horatio est deprehendere. Confer Barthium altero in Eutropium Claudiani.

v. 433. NEC QUIBUS INCIPIAT DEMENS) Eadem de Medeâ Apollonius v. 1007. lib. III.

Ὡς φάτο κυδαίνων· ἡ δ' ἰγκλίδον ὄσσε βαλοῦσα
Νεκτάρεον μείδησ' ἐχύθη δὲ οἱ ἔνδοθι θυμὸς,
Αἶψα δὲ μειρομένης, καὶ ἀνέδρακεν ὄμματι κούρη.
Οὐδ' ἔχεν, ὅτι πάρος γε θεὰν ἐπὶ πατρὶ μυθήσαιτο·
Ἀλλ' ἄμυδις μύρεσιν ἀολλέα πάντ' ἀγορεῦσαι.

v. 444. TITANIA JAMQUE GRAMINA) Item eum ex Apollonio est v. 1012.

Παρπρὸ δ' ἀφειδήσασα θυέδε· ἕλκε μίλτης
Φάρμακον.

v. 461. INDE UBI FACTA NOCENS) Qui semel verecundiæ fines transgressus est, eum oportet gnaviter esse impudentem. Veteris Comici dicterium est. Ita Noster Medeam dicit ubi semel facta fuerat nocens, nunquam revocabilem fuisse. Ita eandem Ovidius introducit lib. VII. Met. fab. 1.

--- Trahit invitam nova vis, aliudq; Cupido
Mens aliud suadet: video meliora, proboq;
Deteriora sequor.

v. 464. SEPTENO MURMURE FERTUR PER CLYPEUM) Clypeos olim septem pellium bubularum orbibus confectos esse, superius docui. Hinc Medea dicitur septeno murmure per clypeum Jasonis ferri, quod unamquemq; pellem peculiariter adflaverit. Ovidius de Clypeo Ajacis:

Surgit ad hos clypei dominus septēplicis Ajax.

v. 497. Respice Ad Has Voces Et Jam Precor Adnue Coniux) Sponsalia veterum juramento firmari solebant, unde Jason Medeam verbis suis attendere jubet. Non enim nudè promittere vult conjugium, cui minus fidei adhibuisset Medea. Ejusmodi Sponsalium Exempla non in sacris solum, sed & profanis passim extant. In Historia Ruthæ cap. IV. *Quod si ille te ducere nolit, qui genere proximus est, ego te ducam vivit Dominus.* Ita apud Homer. Juno Iliad. XIV. promittit somno se illi unam juniorum Charitum uxorem daturam nuptui. *Age, inquit, jura per Stygium flumen, altera manu tellurem tenens, altera mari tenens, ut nobis testes sint omnes Dii, inferi, subterranei ordinis Saturno assidentes, te daturam unam iuniorum Charitum, Pasitheam scilicet.* Juno in illius verba jurat, in testimonium vocatis omnibus Diis inferis. Ita apud Ovidium queritur quædam, quod deceptus sit ab eo qui juratus fidem dederat:

Jura, fides ubi nunc promissaq; dextera dextræ?
Quique erat in falso plurimus ore Deus?

Et paulo post:

Per mare quod totum ventis agitatis & undis,
Per quod sæpe ieras, per quod iturus eras;
Perq; tuum mihi juraſti (nisi factus & ille est)
Concita qui ventis æquora mulcet, avum.

Ejus generis sunt illæ promissiones apud Terentium, qui sine illa jurabat nullum se victurum diem. Ita Caius Caligula amissâ uxore Lucia in partu Enniam Nœmiam uxorem cohortium præfecti ad stuprum sollicitavit, addita promissione de matrimonio, si potitus imperio fuisset, deq; ea re & chirographo & jurejurando cavit. Svetonius in Caligulâ. Atq; eorum Sponsaliorum ea erat firmitas, ut conjugium consum-

mare

mare jurantes cogerentur, nec sibi invicem repudium mittere possent. Idq; ex Valerii Nostri lib. IIX. v. 420. & 422. colligitur. Unde Jason ipse introducitur lib. eodem.

Quanquam jura Deûm sacri sibi conscia pacti
Religio, dulcisq; movent primordia tædæ.

Elegans facti species apud Ovidium extat de Acontio & Cydippe, quam cum Acontius amaret & sibi uxorem cuparet hanc technam commentus est. Pomo pulcherrimo duos hosce versus inscripsit:

Iuro tibi sanè per mystica sacra Dianæ
Me tibi venturam comitem, sponsumq; futurã.

Pomum illud abjecit ante pedes puellæ in æde Dianæ. Puella hujus fraudis ignara imprudens hos versus recitavit, & putavit se illa lectione, jurasse Acontio conjugium. Pater autem ignarus rei Cydippen alii despondit: unde illa in morbum incidit. Acontius puellæ persvasit morbum illi à Dianâ immissum, quod fidem datam non servaret, quodq; perjura esset, ut ex Epistola Ovidii, cui titulus est Acontius Cydippe, videre est. Etsi autem perjura dici non possit Cydippe, quæ nihil jurata promisit, sed saltem verba illa legit, ut ex hoc versu colligitur:

Non ego juravi, legi jurantia verba.

Non tamen obscurè inde colligitur quæ fuerit veterum in Sponsalibus Religio, quæ juratus quis promisisset, perjurii scilicet reum esse, qui fidem datam non servasset. Atq; eò spectant hi versus.

Hæc mihi se pepigit, pater hanc tibi primus ab illa
Sed propior certè quam pater ipsa sibi est.
Promisit pater hanc, hæc adjuravit amanti
Ille homines, hæc est, testificata Deum.

His

Hic metuit mendax, sed & hæc perjura vocari
Num dubitas hic sit major, an ille metus?

v. 499. Perque Hæc Ergo Tuo Redeuntia Sidera Nutu) Magicis artibus sidera obtemperare credebant. Hinc illud Virgil. Pharm.

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.

Ovid. Metam. lib. VII.

Te quoq; Luna traho, quãvis Temesæa labores
Æra tuos minuant.

Tibullus lib. I. Eleg. IIX.

--- --- è curru Lunam deducere tentat.
Et faceret si non æra repulsa sonent.

Cæterum Juramentum & promissa hæc Jasonis repetries etiam apud Apollonium lib. III. v. 1076.

Ὣς φάτο· τὸν δὲ μάλ' αὖτον ὑπὸ δάκρυσι κάρηνε
Οὖλον ἔρως· τοῖον δὲ παρηβολήδην ἔπος ἦυδα·
Καὶ λίην ἀ νύκτας δίομαι ἀ δέ πτ' ἦμαρ
Σεῦ ἐπιλήσεσθαι, σὺ δὲ φρυγίων μέλεαι, &c.

v. 550. Partî Graiûm Da Natam Draconem) Minyas per contemptum vocat Æetes, Partem Grajûm. Draconem autem vocat anguem, qui Thesauram custodiebat: quales olim ad Divitiarum custodiam adhibebant. Festus: *Dracones dicti ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι quod est videre: clarissimam enim habere dicuntur oculorum aciem, qua ex causa incubantes eos Thesauris custodiæ causa finxerunt.* Philostratus Senior εἰκόνων lib. 2. Τὸν δὲ ἄκριτον κολωνὸν τοῦτον οἰκεῖ δεινῶν πλέθρα πυὸς φύλαξ ὡς ὑπὸ τῇ γῇ κεῖται· τοῦτο δὲ λέγεται τὸ θηρίον δύνειν εἰς τῶ χρυσῶ, καὶ ὅπ ἴδη χρυσῶν, ἀγαπᾷν καὶ θάλπειν. τοῦτο κώδιον τὸ ὂν Κόλχοις, καὶ τὰ τῶν ἑσπερίδων μῆλα, ἐπειδὴ χρυσᾶ ἐφαίνετο, δράκοντα ἀὔπνῳ ξυνεῖχον δεινόντα, καὶ ἑαυτῶν ἐπεκύρτα. Hinc communem vulgi opinionem fluxisse arbitror, qui ex improviso & plus justo ditescentes

habere dicit den Drachen quo nihil aliud significare volunt quam Dæmonem auxiliarem Aliis in locis den Koboldt. Vide Macrob. Saturn. lib. I c. 20 Noster lib. VII. 166.

Illum etiam totis afflantem noctibus anguem
Qui nemus omne suum quiq; aurea (respice porro)
Vellera tot spiris circum tot ductibus implet.

v. 554. PARS & ECHIONII SUBEUNT IMMANIA DENTIS) Echionij vocantur dentes, ab Echione qui unus fuit illorum, quorum opera Cadmus Thebas condidit, de quo Ovid III. Met. Hinc Thebani ipsi à Poetis Echonidæ & Echionij appellantur.

v. 560. UT EXTREMIS DESERTUS AB ORBIBUS AXIS) Polum Arcticum, præcipue ursas ibidem constitutas intelligit, quæ ab omnibus orbibus remotæ sunt, quæq; à veteribus ad usum nauticum cumprimis observabantur. Quæ ad Riphæas arces exstare dicuntur, cùm montes in scythia exstantes quosq; Riphæos appellant, attigerunt. Hinc Riphæa nix id est Aquilonaris, Scythica, inque montibus illis nata. Claudian.

Non Rheni glacies non me Riphæa tenebant
Frigora.

v. 564. LONGISSIMA PHASIDIS UNDA) longissima ponitur pro longinqua. *Longa* enim & *longinqua* non raro sunt eadem, ut in illo Tibulli. I.

---- --- --- Veneris periuria venti
Irrita per terras & freta longa ferunt.

v. 566. ET ARDENTES STABULA EFFUDERE TENEBRAS) Occursum Taurorum describit, in quo vestigia Apollonii sequi videtur. Ille enim v. 1287. lib. III.

--- --- αἱ δ' ἐκ ποδὸς ἀφέσσιν

Καὶ δ'

Κοὐθμῶν ὃ χθονίε, ἵνα τι σφίσιν ἴσκε βόωλαι.
Καρτερὸν λιγυόεντι πέλεξ εἰλυμένα καπτῷ.
Ἀμφὼ ὁμῦ τρομέοντο πυρὸς σέλας ἀμπνείοντες.

Quod autem eosdem fulmini comparat v. 567. iterum ex Apollonio desumsisse videtur. v. 1302.

——— ——— τὸν δ' ἀμφίπεσε δηΐον αἰθὼν
Βάλλεν ἅτε τεργμὴ ——— ———

v. 582. EADEMQUE RECEDUNT FACTA RETRO) lego *Acta* pro Facta, quod illud magis videam sensui Autoris conveniens. Quomodo etiam v. 561. Ubi (*Quem jam lassa dies*) erat: libentius legerim *Quem jam lapsa dies*. Quod itidem ad meliorem versus intellectum facit. Sic infra v. 592. pro descendere malim *discedere*. Non enim Taurus descendebat cornu, sed Iason.

v. 589. Atq; IPSAM TUNC TE MEDEA RECUSANS) Efficiens ponitur pro Effecto. Medea pro venenis ab ipsa profectis.

v. 595. COGITQUE TREMENTES SUB JUGA AHENA TOROS) Imposuit Jason devictis tauris Jugum ut aratro postea jungeret: Apoll. v. 1312. lib. III.

——— ——— οἱ δ' ἅρμα τετεύς
Τωδ' ἀέθλῳ (δὴ γὰρ σφι πάλαι πεπρωμένον ἦεν)
Ἀγχίμολον ζυγὸν οἱ πεδόθεν δόσαν ἀμφιβαλέσθαι
Αὐτὰρ ὁ εὖ σιδήρῳ λέφος. μεσσηγὺ δ' ἀείρας
χάλκεον ἰσχίον, ᾗ συμάρμοσε κορώνη
ζεύγλη ἐνήλατο.

v. 597. EXARMAT LENTUMQUE OFFERT) Exarmat idem valet, quod curat, quod sequens phrasis satis arguit. Dictum autem *exarmare*, quia ungues in feris sunt *arma*: ut dentes in apris. Stat. Paps. lib. IX.

Armaq; curva suum, & vacuorum terga Leonũ.

Unde eleganter alicubi Venatores dentes aprinos vocant *defensacula*. Idem Stat. lib. XI. *Exarmat*

senio Leonem dixit, qui per senium nocere non potest. Item in vitis Imperatorum Exarmati Leones sunt, quibus dentes & ungues vulsi, ne noceant. Pro Exarmare Manilius lib. IV. *exunglare* ponit:

At quibus in bifero Centauri corpore sors est
Nascendi concessa, libet subiungere currus
Ardentes & equos ad mollia ducere frena,
Et totis armenta sequi pascentia campis
Quadrupedum omne genus positis domitare Magistris
Exunglare tygres, rabiemq; auferre Leoni
Cumq; Elephante loqui, tantamq; aptare loquendo
Artibus humanis varia ad spectacula molem.

Alii tamen (quod dissimulare non possum) legunt *exorare* pro *Exunglare*, quod propius etiam ad hoc Flacci accedit. Ita rectè conjunguntur *Exorare* & rabiem auferre, judicio Scaligeri. Qui enim exarmat Leonem, non propterea rabiem Leoni, sed rabiei Leonis facultatem nocendi aufert. Fortasse tralaticiè dicere voluit *Exunglare* pro *cicurare* & feritatem exuere. Contrà Stat. Theb. VI.

--- *& extremos auro mansuverat ungues*

Silius lib. I.

Harcalo non pavidus fœtas mulcere Leænas.

v. 606. ET IN SUMMA LAPITHES APPARUIT OSSA) Lapithæ populi fuerunt Thessaliæ, Pindum & Othrym montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Ossa autem mons est in finibus Thessaliæ, Centaurorum stabulum, quem Cicero dicit Olympo olim conjunctum fuisse. Illi, Lapithæ nempe, primi

primi omnium frenos & strata equorum creduntur inveniſſe. Virg. III. Georg.

Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedêre.

Et lib. II. Georg.

Et magno Hylæum Lapithis cratere minantẽ.

In hoc, monte nempe Oſſæ tanta pinorum copia fertur, ut inflexione & reflexione ramorum tonitrua referantur, Hinc Luc. lib. VI.

Attollit Titan, rupes Oſſæa coërcet.

v. 611. Et Ex Omni Sonuerunt Cornua Sulco) arcus intelligit, quod ex ſeq. v. 631. liquet.

——— jamq; omnia contrà

Tela volant ——— ———

Cornua autem vocat, quia ea olim arcuum materies. Alioquin κέρατα οἱ παλαιοὶ καὶ τὰ τόξα ἔνιοι λέγον juxtà Græcorum gloſſas: Eaq; apud veteres ex ſetis equinis. Accius:

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela.

Poſſis etiam per ſonum cornuum intelligere genus illud tubæ quod obtortum vocant: à quo dicuntur *Cornicines*, Græcè βυκανισταί. Sed prius equidem malim.

v. 623, Cum Tirynthius Hydræ Agmina, Palladios De Feſſus Reſpicit Ignes) Reſpicit ad duodecimum Herculis laborem, quo hydram colubris & capititibus pullulantem face & ferro in Lerna palude oppreſſit, quo in labore à Noſtro dicitur reſpexiſſe ad Palladis auxilium Palladiam q; ægida. De hoc labore vide cumprimis Iuſtin. Martyr, Paræner. II.

——— ——— πολύκεφαλον ὄφιν ἴδωμεν

Ovidium lib. IX. Met. fab. 3.

nec profuit hydræ
Creſcere per damnũ, geminasq; reſumere vires.

Boëthium lib. IV. Met. 7. Lucret. lib. V. Claudian. in Rufin. lib. I. v. 200. Senec. Herc. Fur. v. 45. & 241. & 529. Medeâ 701. Agam. 835. Herc. Oet. v. 19. & 1149. Coint. Smyrn. lib. VI. v. 212.

v. 635. QUALIS UBI ATTONITOS MŒSTÆ PHRYGAS ANNUA MATRIS) Phrygia tota ſacra fuit Rheæ; quod ſuperius docui ex Scholiaſte Apollon. lib. I. ad verſ. 985. σύμπασα δὲ ἡ Φρυγία ἱερὰ τῆ Ῥέᾳ. Ea alio nomine Cybele dicta eſt, fuitq; uxor Saturni, Cœli & Terræ filia, dictaq; ita, quod homines in furorem ageret, ut Feſtus ait: quippe Græci κυβιστᾶν in caput ſaltare dicunt: qua voce etiam utitur Homerus Iliad. XVI. *Sacerdotum Ejus proprium erat caput rotare.* Dicta quoq; fuit *Ops* & Terra, quod ſit Dea telluris, quæ & Veſta dicitur. Item *Berecyntia* à monte Phrygiæ, qui Βερέκυντος appellatur: Et *Pales*, quod ſit pabulorum Dea. *Mæſtam* autem Noſter vocat ab effectu, quem in Sacerdotibus excitat: Et peculiari nomine *Matris* gaudebat, quia Terra omnia gignit, quo & Rheæ nomen alludit, quod Terra ῥέει vel affluens eſt omnium rerum. Inde *Mater* etiam *Alma* dicta fuit ab alendo. Et Mater Phrygia à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant, in quo ſacra per Corybantes inſtituit, à quo & Dindyme appellata eſt.

v. 636. ET EXECTOS LACERAT COMATOS) lego Comanos ex Strabone lib. XI. Comani enim ſunt populi in convallibus Anitaurimontis, quorum civitas dicitur Comana, orum; inſigni Bellonæ fano celebris, Comaniq; ipſi ſacri Bellonæ ſervi appellati, quorum Strabo ſuâ ætate ſupra ſex millia fuiſſe tradit, qui omnes Sacerdotis imperio parebant, & ſtatis quibuſdam Bellonæ feſtis ſeſe mutuis laniabant vulneribus. Atq; hoc eſt quod Valerius illos exſectos vocat.

v. 644.

v. 644. Protinus In Fluvium Fumanti-|us Evolat Armis) Lavat se Jason in flumine, ut sudorem & pulverem palæstricum abstergat, fessasq; corporis vires recolligat: quod Apollon. significat. v. 1346.

——— ——— ὁ δ' ἐκ ποταμοῖο ῥοάων
Αὐτῇ ἀφυσσάμενος κωΐῃ σθένεσιν ὕδατι δίψαν
Γυάμψε δὲ γάνατ' ἐλαφρὰ, μέγαν δ' ἐμπλήσατο θυμὸν
Ἀλκῆς μεμαώς· σὺν εἴκελος, ὅς ῥά τ' ἀέθλους
Θήγηθ' ἱππιάζῃσιν ἐπ' ἀνδράσιν.

Finis Lib. VII.



IN ULTIMUM VALER. FLACC. LIBR. ÆGID. MASERII ARGUMENTUM.

EXcedens Medea gravi mœstissima planctu
Opprimitur. Grajo tandem jungenda marito
Effert virgineis medicamina sæva canistris;
Serpens obruitur somno; Fulvo exuit ornum,
Æsonides auro: cedentes excipit Argo;
Frater in arma ruit; ripæ pater ad volat: auras
Quæstubus ipsa parens pulsat; volat aurea classis
Cyaneos linquens scopulos; connubia læti
Æmonidæ celebrant: quæ Colchica navis in enses
Vertit: carceribus revocat Saturnia ventos:
Mergitur Albanus: monitis ingratus Iasonis
Flectitur: hoc sentit virgo; magnumq; minatur.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER IIX.

AT trepidam in thalamis & jam sua facta paventem,
Colchida circà, omnes pariter Furiæq; minæq;
Patris habent: nec cærulei timor æquoris ultrà,
Nec miseræ terra ulla procul: quaſcũq; per undas,
Ferre fugam, quamcumque cupit jam scandere puppim,

Vlti-

Ultima virgineis tunc flens dedit oscula vittis,
Quosq́; fugit, complexa thoros: crinemq; genasq́;
Ante per antiqui carpsit vestigia somni,
Atque hæc impresso gemuit miseranda cubili:
O mihi si profugæ genitor nunc ille supremos
Amplexus Æeta dares, fletusque videres
Ecce meos: ne crede pater, non carior ille est,
Quem sequimur: tumidis utinam simul obruar undis,
Tu precor hæc longâ placidus mox sceptra senectâ
Tuta geras, meliorque tibi sit cetera proles.
Dixit, & Hæmonio numquam spernenda marito
Condita letiferis profert medicamina cistis;
Virgineosque sinus, ipsumq; monile venenis
Implicat, ac sævum super omnibus addidit ensem.
Inde velut torto Furiarum iecta flagello
Prosilit: attonito qualis pede prosilit Ino
In freta, nec parvi meminit conterrita nati,
Quem tenet: extremum conjunx ferit irritus Isthmon.
Jam prior in lucos curis urgentibus Heros
Venerat, & nemoris sacrâ se nocte tegebat;
Tum quoque siderea clarus procul ora juventa
Qualis adhuc sparsis comitum per lustra catervis
Latmius æstiva residet venator in umbra,
Dignus amore deæ, velatis cornibus, & jam
Luna venit; roseo talis per nubila ductor
Implet honore nemus, talemq; exspectat amantem.
Ecce autem pavidæ virgo de more columbæ,

Quæ super ingenti circumdata præpetis umbra
In quemcunque tremens hominem cadit: haud secus illa
Icta timore gravi mediam se misit: at ille
Excepit, blandoque prior sic ore locutus:
O decus in nostros magnum ventura Penates,
Solaque tantarum virgo haud indigna viarum
Caussa reperta mihi; jam nunc non ulla requiro
Vellera, teq; mea satis est quæsisse carina.
Verum age, & hoc etiam, quando potes, adjice tãtis
Muneribus, meritisq; tuis: namque aurea jussi
Terga referre sumus: socios ea gloria tangit.
Sic ait, & primis supplex dedit oscula palmis.
Contrà virgo novis iterum singultibus orsa est:
Linquo domos patrias te propter, opesq; meorum;
Nec jam nunc regina loquor: sceptrisq; relictis
Vota sequor: serva hanc profugæ prior ipse dedisti,
Quam, scis nempe, fidē: Di nostris vocibus assunt,
Sidera & hæc te, meq; vident: tecum æquora, tecū
Experiar quascūque vias: modò ne quis abactam
Huc referat me fortè dies, oculisq; parentis
Ingerat. hoc superos, hoc te quoque deprecor hospes.
Hæc ait, atque furens rapido per devia passu
Tollitur. ille hæret comes, & miseratur euntem;
Cùm subitò ingentem media inter nubila flammã
Conspicit, & sæva vibrantes luce tenebras.
Quis rubor iste poli? quod tam lugubre refulsit
Sidus? ait: reddit trepido cui talia virgo:

Ipsius

Ipsius en oculos, & lumina torva draconis
Aspicis; ille suis hæc vibrat fulgura cristis;
Meq; pavens contra solam videt, ac vocat ultro,
Ceu solet, & blanda poscit me pabula lingua.
Dic age nunc, utrum vigilanti, hostemq; videnti
Exuvias auferre velis; an lumina somno
Mergitur, & domitum potius tibi tradimus anguem?
Ille silet; tantus subijt ut virginis horror.
Jamq; manus Colchis, circumq; intenderat astris
Carmina Barbarico fundens pede, teq; ciebat
Somne pater: Sone omnipotens, te Colchis ab omni
Orbe voco, inq; unum iubeo nunc ire draconem:
Quæ freta sæpe tuo domui, quæ nubila cornu,
Fulminaq; & toto quidquid micat æthere: sed nunc
Nunc, age, major ades, fratriq; simillime leto.
Te quoque Phryxææ pecudis fidissime custos
Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
Quem metuis me stante dolum? servabo parumper
Ipsa nemus, longum interea tu pone laborem.
Ille haud Æolio discedere sessus ab auro,
Nec dare permissæ (quamvis iubet) ora quieti
Sustinet; ac primi percussus nube soporis
Horruit, & dulces excussit ab arbore somnos.
Contra Tartareis Colchis spumare venenis,
Cunctaque letæi quassare silentia rami
Perstat; & adverso luctantia lumina cantu
Obruit, atque omnem linguaq; manuq; fatigat
Vim Stygiam; ardentes donec sopor occupat iras.

Jamq;

Jamq; altæ cecidêre iubæ, mutatque coactum
Jam caput, atque ingens extrà sua vellera cervix.
Ceu refluens Padus, aut septẽ projectus in amnes
Nilus, & Hesperium veniens Alphæus in orbem,
Ipsa caput cari postquàm Medea draconis
Vidit. humi, fusis circum projecta lacertis:
Seq;, suumque simul flevit crudelis alumnum:
Non ego te serâ talem sub nocte videbam
Sacra ferens, epulasque tibi: nec talis hianti
Mella dabam, ac nostris nutriebam fida venenis.
Quàm gravidâ nunc mole jaces! quam segnis in ipsem
Flatus habet! nec te saltem miserande peremi,
Heu sævum passure diem: jam nulla videbis
Vellera, nulla tuâ fulgentia dona sub umbrâ.
Cede Deo, inque alijs senium nunc digere lucis
Inmemor oro mei: nec me tua sibila toto
Exagitent infesta mari: sed tu quoque cunctas
Æsonide dimitte moras, atque effuge raptis
Velleribus. patrios exstinxi noxia tauros;
Terrigenas in fata dedi; fusum ecce draconis
Corpus habes; jamq; omne nefas, jam spero peregi.
Quærenti tunc deinde viam, qua se arduus Heros
Ferret ad aurigæ caput arboris, eia per ipsum
Scande age, & adverso gressus, ait, imprime dorso.
Nec mora fit dictis: fidens Cretheïa proles
Calcat, & aëream quamvis perfertur ad ornum:
Cuius adhuc rutilam servabant brachia pellem,
Nubibus accensis similem, aut cum veste recincta

Labi-

Labitur ardenti Thaumantias obvia Phœbo.
Corripit optatum decus, extremumque laborem.
Hesonides: longosque sibi gestata per annos
Phryxææ monumenta fugæ vix reddidit arbor
Cum gemitu, tristesque super coïere tenebræ.
Egressi relegunt campos, & fluminis ora
Summa petunt. micat omnis ager, villisque comantem
Sidereis totos pellem nunc fundit in artus:
Nunc in colla refert: nunc implicat ille sinistræ.
Talis ab Inachijs Nemeæ Tirynthius antris
Ibat, adhuc aptans humeris, capitique leonem.
Ut verò socijs, qui tunc prædicta tenebant
Ostia, per longas apparuit aureus umbras;
Clamor ab Hæmonio surgit grege: seque quoque gaudes
Promovet ad primas juvenis ratis obvia ripas.
Præcipites agit ille gradus, atque aurea misit
Terga prius: mox attonitâ cum virgine puppem
Insilit, ac raptâ victor consistit in hastâ.
Interea patrias sævus venit horror in aures,
Fata domus, luctumque ferens, fraudemque, fugamque
Virginis: hinc subitis inflexit frater in armis:
Urbs etiam mox tota coit: volat ipse senectæ
Inmemor Æetes: complentur litora bello
Nequicquam: fugit immissis nam puppis habenis.
Mater adhuc ambas tendebat in æquora palmas,
Et soror, atque omnes aliæ matresque nurusque
Colchides, æqualesque tibi Medea puellæ.
Exstat sola parens, impletque ululatibus auras:

Siste

Siste fugam, medio refer huc ex æquore puppem,
Nata, potes. quo, clamat, abis? hîc turba tuorum
Omnis & iratus nondum pater: hæc tua tellus,
Sceptraque quid terris solam te credis Achæis?
Quis locus Inachias inter tibi Barbara natas?
Istane nota domus, exspectatique Hymenæi?
Hunc petij grandæ vadiem? vellem unguibus uncis
Ut volucris possem prædonis in ipsius ora
Ire, ratemque supra, claroque reposcere cantu,
Quam genui. Albano fuit hæc promissa tyranno,
Non tibi: nil tecum miseri pepigêre parentes
Æsonide: non hoc Pelias evadere furto
Te iubet, aut ullas Colchis abducere natas:
Vellus habe, & nostris si quid super accipe tẽplis.
Sed quid ego quemquã immeritis incuso querelis?
Ipsa fugit, tantoque (nefas) ipsa ardet amore.
Hoc erat infelix (redeunt nam singula menti)
Ex quo Thessalici subierunt æquora remi,
Quod nullæ te nata dapes non ulla iuvabant
Tempora; non ullus tibi tum color; ægraque verba,
Errantesque genæ; atque alieno gaudia vultu
Semper erant: cur tanta mihi non prodita pestis,
Ut gener Æsonides nostra consideret aula,
Nec talem paterere fugam? commune fuisset
Aut certè nunc omne nefas: iremus & ambæ
In quascumque vias: pariter petijsse juvaret
Thessaliam, & sævi, quæcumque est, hospitis urbem.
Sic genitrix, similique implet soror omnia questu
Exululans. famulæ pariter clamore supremo

In

In vacuos dant verba Notos, dominamq; reclamãt
Nomine: te venti procul & tua fata ferebant.
Inde diem, noctemq; volant. redeuntibus aura
Gratior; & notæ Minyis transcurrere terræ:
Cùm subitò Erginus puppi sic fatur ab alta:
Vos, ait, Æsonide contenti vellere capto,
Nec via quæ superet; nec quæ fortuna videtis.
Crastina namq; dies trucis ad confinia ponti
Cyaneasq; vocat: meminique ô Tiphy tuorum
Saxa per illa pater, memini venerande laborum.
Mutandum ô socij nobis iter, altera ponti
Eluctanda via: & cursu, quem fabor, eundum est.
Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Histri,
Fundere non uno tantum quem flumina cornu
Accipimus: septem exit aquis; septem ostia prædit:
Illius edvarsi nunc ora petamus & undam;
Quæ latus in lævum ponti cadit. inde sequemur
Ipsius amnis iter: donec nos flumine certo
Perferat, inq; aliud reddat mare: sint age tenui
Æsonidæ quæcumque mora; quam sæva subire
Saxa iterum; quam Cyaneos perrumpere montes.
Sat mihi non totis Argo redit ecce corymbis.
Hæc ait, ignarus fixas jam numine rupes
Stare, neque adversis ultra concurrere saxis
Reddidit Æsonides: Et te fidissime rector,
Haud vani tetigere metus: nec me ire recuso
Longius, & cunctis reditum ostendere terris.
Protinus inde alios flectunt regesq; locosque:

Assue-

Assuetumq; petunt plaustris migrantibus aequor.
Puppe procul summâ vigilis post regna magistri,
Hæserat auratæ genibus Medea Minervæ:
Atque ibi dejectâ residens in lumina pallâ
Flebat adhuc quamquam Hæmonijs cum regibus iret;
Sola tamen, nec conjugii secura futuri.
Illam Sarmatici miserantur litora ponti:
Illa Thoantææ transit deflexa Dianæ:
Nulla palus, nullus Scythiæ non mæret euntem
Amnis: Hyperboreas movit conspecta pruinas,
Tot modò regna tenens: ipsi quoque murmura pŏti
Jam Minyæ jam ferre volunt: vix allevat ora,
Ad seras si quando dapes, quas carus Iason
Ipsè dabat, jam nubiferam transire Carambim
Significans; jam regna Lyci; totiensq; gementem
Fallit, ad Hæmonios hortatur surgere montes.
Insula Sarmaticæ Peuce stat nomine nymphæ:
Torvus ubi & ripâ semper metuendus utrâque
In freta per sævos Hister descendit Alanos;
Solvere in hoc tandem resides dux litore curas:
Ac primùm socios ausus sua pacta docere,
Promissamq; fidem, thalami fœdusq; jugale.
Ultrò omnes læti instigant, meritamq; fatentur.
Ipsa autem invitæ jam Pallados erigit aras
Incipit Idaliæ numen nec spernere divæ.
Præcipueq; sui si quando in tempore pulcher,
Conjugij Minyas numquam magis eminet inter:
Qualis sanguineo victor Gradivus ab Hebro

Ida-

Idalium furto subit, aut dilecta Cythera;
Seu cum cælestes Alcidæ invisere mensas
Jam vacat, & fessum Iunonia sustinet Hebe;
Assunt unanimes Venus hortatorque Cupido.
Suscitat affixam mæstis Ætida curis,
Ipsa suas illi croceo subtemine vestes
Induit: ipsa suam duplicem Cytherea coronam
Donat, & arsuras aliâ cum virgine gemmas.
Tum novus implevit vultus honor: ac sua flavis
Reddita cura comis: graditurque oblita malorum.
Sic ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo,
Lætaq; jam Cybele, festæq; per oppida tædæ;
Quis modò jam sævos adytis fluxisse cruores
Cogitet? aut ipsi qui jam meminere ministri?
Inde ubi sacrificas cum conjuge venit ad aras
Æsonides; unaq; adeunt; pariterque precari
Incipiunt: ignem Pollux undamq; jugalem
Prætulit; ut dextram pariter vertantur in orbẽ.
Sed neque se pingues tũ candida flamma per auras
Explicuit: nec thura videt concordia Mopsus,
Promissam nec stare fidem: breve tempus amorũ.
Odit utrumq; simul: simul & miseratur utrumq;
Et tibi jam nullos optavit Barbara natos.
Mox epulas & sacra parant: silvestria læti
Præmia, venatu facili quæsita supersunt,
Pars veribus, pars undanti despumat aheno.
Gramineis ast inde thoris discumbitur: olim
Hister anhelantem Peucen quo presserat antro.
Ipsi inter medios rosea radiante juventa

Altius, ingq̃ sui sternuntur velleris auro.
Quis novus inceptos timor impedijt Hymenæos?
Turbavitq̃ thoros? & sacra calentia rupit?
Absyrtus subita præceps cum classe parentis
Advehitur, profugis infestam lampada Grais
Contutiens: diramq̃ premens clamore sororem:
Atque hanc ò si quis vobis dolor iraque Colchi
Accelerate viam: neque enim fugit æquore raptor
Jupiter; aut falsi sequimur vestigia tauri.
Puppe (nefas) una prædo Phryxea reportat
Vellera: qua, libuit remeat cum virgine: nobis
(O pudor) & muros & stantia tecta reliquit.
Quid mihi deinde satis? nec quæro vellera; nec te
Accipio germana datam: nec fœderis ulla
Spes erit, aut iræ quisquam modus: inde reverti
Patris ad ora mei tam parvo in tempore fas sit?
Quinquaginta animæ me scilicet unêq̃ mersa
Sufficiet placare ratis? te Græcia fallax
Persequor: atque tuis hunc quasso mœnibus ignē:
Nec tibi digna soror desum ad connubia frater.
Primus & eccè fero quatioq̃ hanc lãpada vestro
Conjugio: primis celebro dotalia sacra,
Qui potui. patriæ veniam da quæso senectæ.
Quin omnes alti pariter populiq̃ patresque
Mecum assunt: magni virgone regia Solis
Hemonij thalamos adeas despecta maritis
Tot decuit coiisse rates: tot fulgere tædas.
Dixerat. itq̃ orans iterum ventosq̃ virosq̃
Ferq̃ ratis supplex vox remigis illa magistros.

Illa

Illi autem intorquent truncis frondentibus undas
Quaque die fuerat raptim formata sub uno,
Et tantum dejecta suis à montibus arbor:
(Quid dolor & veterum potuit non ira virorum?)
Haud longis jam distat aquis: sequiturq; volantē
Barbara Palladiam puppem ratis: ostia donec
Danubij. viridemq; vident ante ostia Peucen:
Ultimáque agnoscunt Argoi cornua mali.
Tum verò clamore omnes, inimicaque tollunt
Gaudia: tū gravior remis fragor. ut procul Argo
Visa viris; unamq; petunt rostra omnia puppem;
Princeps navālem nodosi roboris uncum
Arripit: & longa Stirus prospectat ab unda:
Coniugio atque iterum sponsæ flammatus amore.
Jamque alij clypeos & tela trabalia dextris
Expediunt: armant alij picis unguine flammas:
Impatiens tremit hasta moræ. nec longius inter
Quàm quod tela vetet, supereſt mare. vocibus urgent
Intereà, & pedibus pulsant tabulata frementes.
Cùm subitas videre rates, vibrataque flammis
Æquora; non una Minyæ formidine surgunt.
Primus & in puppem deserta virgine ductor
Prosilit, & summa galeam rapit altus ab hasta:
Ense simul clypeoq; micat. nec cetera pubes
Segnius arreptis in litore constitit armis
At tibi quæ scelerum facies Medea tuorum?
Quisve pudor Colchos iterum fratremq; videnti,
Quicquid & abscissum vasto jam tuta profundo

Credideras? ergo infausto sese occulit antro
Non aliud quam certa mori; seu carus Iason,
Seu frater Graia victus cecidisset ab hasta.
Haud ita sed summo segnis sedet æthere Iuno;
Haud sinit extremâ Minyas decernere pugna:
Nec numero quoniã Colchis nec puppibus æquos.
Ergo ubi diva rates hostemq; accedere cernit;
Ipsa subit terras, tempestatemq; refringit
Ventorumq; domos. volucrum gens turbida fratrũ
Erumpit: classem dextra Saturnia monstrat.
Vidêre; ingq; imum pariter mare protinus omnes
Infesto clamore ruunt: inimicaq; Colchis
Æquora, & adversos statuunt à litore fluctus.
Tollitur, atque intra Minyas, Argoaq; vela
Stirus abit: vasto rursus desedit hiatu
Abrupta revolutus aqua. iamq; omnis in astra
Itq; reditque ratis, lapsoque reciproca fluctu
Descendit; trahit hos vortex; hos agmine toto
Gurges agit: simul in vultus micat undiq; terror:
Crebra ruina poli cœlestia lumina laxat:
Non tamen ardentis Stiri violentia cedit.
Hortatur socios media inter prælia divûm:
Transferet ergò meas in quæ volet oppida dotes
Colchis? & Hæmonius nobis succedet adulter?
Nec mihi tot magnos inter regesque procosq;
Profuerit prona haud dubij sententia patris?
An virtus prælata viri est, & fortior ille,
Quem sequitur? iungam igniferos sine carmine tauros,

Sevaq;

Sævaq; Echionij ferro sata persequar hydri.
Hoc adeò interea spectans de litore pugnas
Amborum; victoris eris: jam digna videbis
Prælia, jamq; illud carum caput ire cruenta
Sub freta; semiviri nec murrha corpus Achivi,
Sed pice sed flammis & olenteis sulphure crines.
Vos modò vel solum hoc fluctus expellite corpus,
Non te Æeta pater generi, aut Sol magne pudebit.
Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos
Ipsa movet? diraq; levat maria ardua lingua,
Atque iterum Æsonides, iterum defenditur arte
Qua solet? haud illi cantus & futile murmur
Proderit: ite rates, & frangite virginis undam.
Dixit, & intortis socio cum milite remis
Prosilit: ac fluctu puppis labefacta reverso
Solvitur, effunditq; viros ipsumque minantem,
Tunc quoque & elata quærentem litora dextra
Ibat & arma ferens & strictum naufragus ensem:
Incipit & remos & quærere transtra solutæ
Sparsa ratis: mastas altis intendere voces
Puppibus. ast inter tantos succurrere fluctus
Nulla potest, aut ulla velit: quotiensq; propinquat,
Tunc aliud rursus dirimit mare: jã tamen errat,
Jamq; abijt: fundoq; iterum violentus ab imo
Erigitur: sed fluctus adest, magnoq; sub altis
Turbine figit aquis, & tandem virgine cessit.
Absyrtus visu maret defixus acerbo;

Nec quid agat, qua vi portus, & prima capessat
Ostia, qua possit Minyas invadere clausos,
Quos videt agnoscitq; tremens: maria obvia cõtra
Sævaq; pugnat hiems, totusq; in vertice pontus.
Abscessit tandem, vanaq; recedit ab ira,
Et tanta de clade ratis: latus inde sinistrum
Adversamque procul Peuces defertur in oram.
Cum socij (gemino nam scinditur insula flexu
Danubij) hac dudum Minyæ Pagaseaq; puppis
Instatione manent: illinc Æetius Heros
Obsidet adversa tentoria Thessala classe
Impatiens: pugnæq; datur non ulla potestas.
Noctes atque dies vastis mare fluctibus inter
Perfurit: expediant donec Iunonia sese
Consilia, atque aliquem bello ferat anxia finem.
At Minyæ tanti reputantes ultima belli
Urgent & precibus cuncti; fremituq; fatigant
Æsoniden: Quid se externa pro virgine clausa
Obiciat, quidve illa pati discrimina cogat?
Respiceret pluresq; animas, majoraq; fata
Tot comitum: qui non Eurijs, nec amore nefando
Per freta, sed sola sese virtute sequantur.
An verò ut thalamis raptisq; indulgeat unus
Coniugijs? id tempus enim sat vellera Grais,
Et posse oblata componere virgine bellum:
Quemq; suus sinat ire domos: nec Marte cruento
Europam atque Asiam prima hæc committat Erinnys.
Namq; datũ hoc fatis trepidus supplexq; canebat Mopsus,

Mopsius, ut in seros irent magis ipsa nepotes:
Atque alius lueret jam dira incendia raptor.
Ille trahens gemitum, tantis ac vocibus impar,
(Quanquam jura deûm, sacri sibi conscia pacti,
Religio dulcisque movent primordia tedæ)
Cunctatur, mortemq; cupit, sociamq; periclo
Cogitat: haud ultra socijs obsistere pergit.
Hæc ubi fixa viris; tempus fluctusq; quietos
Exspectant: ipsam interea quid restet amantem
Ignorare sinunt: decretaque tristia servant.
Sed miser ut vanos, versos ita sæpe timores
Versat amor: fallique sinit nec virginis annos.
Ac prior ipsa dolos & quamlibet intima sensit
Non fidi jam signa viri: nimiumq; silentes
Unà omnes; haud illa sui tamen immemor umquam
Nec subitis turbata minis. prior occupat unum
Æsoniden, longeque trahit: mox talibus infit:
Me quoque vir tecum Minyæ fortissima pubes,
Nocte dieq; movent: liceat cognoscere tandem,
Si modò Peliacæ non sum captiva carinæ,
Nec dominos decepta sequor: consultaq; vestra
Fas audire mihi, vereor fidissime conjunx
Nil equidem: miserere tamen: promissaq; serva
Usque ad Thessalicos saltem connubia portus:
Inq; tua me sperne domo. scis te mihi certè,
Non socios iurasse tuos. his reddere forsan
Fas: abeant. tibi non eadem permissa potestas.
Teq; simul mecum ipsa traham. non sola reposcor

Virgo nocens, atque hac pariter rate fugimus omnes
An fratris te bella mei, patriæque biremes
Terrificant? magnoq; impar urgeris ab hoste
Finge rates alias, & adhuc majora coire
Agmina: nulla fides? nullis ego digna periclis?
Non merui mortemq; tuam comitumq; tuorum?
Vellem equidem nostri tetigissent litora patris
Te sine: duxq; illis alius quicumque fuisset.
Nunc remeā: meq; ecce, nefas, & reddere possunt:
Nec spes ulla super. quin tu mea respice saltem
Consilia: & nimio comitum ne cede timori.
Credidit ardentes quis se tunc iungere tauros
Posse? quis ad sævi venturum templa draconis?
O utinam ergo meus pro te non omnia posset,
Atque aliquid dubitaret amor. quin nunc quoque quærit
Nescio quid tuus iste pudor. me ne optime quondā
Æsonide; me ferre preces, & supplicis ora
Fas erat? haud hoc nunc genitor putat, haud dare pœnas
Jam sceleris: dominumq; pati. sic fata parantem
Reddere dicta virum Furiata mente refugit
Vociferans:, qualem Oggias cùm tollit in arces
Bacchus & Aonijs illidit tympana truncos.
Talis erat, talemque iugis se virgo ferebat,
Cuncta pavens, fugit infestos vibrantibus hastis
Terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.
Si Pagasas vel Peliacas hinc deniq; nubes

Cer-

Cerneret & Tempe viridi lucentia fumo;
Hoc visu contenta mori. tunc tota querelis
Egeritur questuq; dies: eademq; sub astris
Sola movet. mœstis veluti nox illa sonaret
Plena lupis, quaterentq; truces jejuna leones
Ora, vel orbatæ traherent suspiria vaccæ.
Procedit non gentis honos, non gloria magni
Solis avi, non Barbaricæ decor ille juventæ.
Quid dubitas? heu dure siles? magnumq; minatur.
Qualis erat, cùm Chaonio radiantia trunco
Vellera vexit ovans; interq; ingentia Graiûm
Nomina, Palladia virgo stetit altera prora.
Mœstus at ille minis, & nota Colchidos ira
Hæret: & hinc præsens pudor; hinc decreta suorũ
Dura premunt. utcumque tamen mulcere gementem
Tentat & ipse gemens, & tempora currere dictis
Mene aliquid meruisse putas? me talia velle?

LAMP. ALARDI IN VALERII FLACCI ARGONAUTI-CON

LIBR. IIX. NOTAE.

VERS. 3. NEC CŒRULEI TIMOR ÆQUORIS ULTRA) Significat Poëta nullum jam Medeæ timorem esse ullius æquoris, post tam insignem audaciam. Est enim mare naturâ res horrenda utriq; sexui, præcipue imbelliori. Hinc Horat. lib. I. Carm. Od. 3.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem.

Et Julianus lib. III. Floril. εἰς Ναυαγήσαντας ?

Οὐπὶ σι πόντος ὄλεσε κῆρ ἐ πνέοντες ἀῆται
Ἀλλ' ἀκόρητος ἔρως φειπόδος ἐμπελίης.
Εἴη μοι γαίης ὀλίγος βίος· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Ἀμφὶς μελέτω κέρδος ἀεθλομάχου.

Causa timoris non est alia, quam miseria mortis è naufragio propendens, quod mortis genus magnoperè naturæ invisum, quia insepulta manent corpora. Hinc illud Satyrici, quo navigantes à morte tribus tantum digitis remotos dicit. Et Flav. Veget. de re militari lib. IV. cap. 44. *Alii ferro interimuntur, alii ardere coguntur in fluctibus: inter tanta tamen mortium genera, qui acerrimus casus est, absumenda piscibus insepulta sunt corpora.* Ovid. Trist. lib. I. Eleg. 2.

Demite naufragio, mors mihi munus erit.
Est aliquid fato, sine, ferroq; cadentem

Inse-

Insolitâ moriens ponere corpus humo,
Et mandare suis aliqua & sperare sepulchrum
Et non æquoreis piscibus esse cibum.

Horatius lib.I. Od. 28.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ
Ossibus & capiti inhumato
Particulam dare.

v.6. Ultima Virgineis Tunc Flens Dedit Oscula Vittis) Aliæ erant apud veteres Virginum, aliæ Nuptarum vittæ: sed uttæq; tamen ingenuarum. *De Virginali* præter hunc Nostri locum etiam apud Virgil. habes lib.II. Æneid.

Virgineas ausi divæ contingere vittas.

De Maritali Propert. lib IV. eleg. 12.

Vinxit & acceptas altera vitta comas.

Ubi alteram à virginali intelligit. Talem etiam Plautus (puto) significare voluit Militem:

--- --- *ut ad te eam jam deducas domum*
Utique eam sic adornatam deducas matronarum modo
Capite comato, crines vittasq; habeat adsimiletq; se
Tuam esse uxorem ita præcipiendum est.

Virginales autem Simpliciores erant, Ovidio *Tenues* appellantæ lib.I. de Arte:

Este procul vittæ Tenues, insigne pudoris.

Cæterum ubi veteres & quoties, quibusq; personis Vittas adhibuerint prolixè & Eruditè docet Joann. Bernartius ad V. Thebaid. Statianæ. Quod autem Medeam oscula ferre dicit suis vittis, factum, quia mox nuptura erat. Confer Turneb. cap.5. lib.XXIII.

v.7. Crinemq; Genasq; Ante Per Anti-

qui

qui CARPSIT VESTIGIA SOMNI) Crinem Carpsit Medea: quia veterum mos erat cum lugerent, viris ut comam alerent: fœminis ut tonderent. *De Mulierum* in luctu tonsura sunt verba illa Accii in Amph.

--- --- --- --- *sed quænam hæc est*
Mulier funestâ veste, tonsu lugubri.

Plutarchus Ρωμαϊκοῖς. Καὶ γὰρ παρ' ἔλλησιν ὅταν δυσχέρειά τις λάβῃ κείρονται μὲν οἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες. ἐπὶ τοῖς μὲν τὸ κείρεσθαι, τοῖς μὲν τὸ κομᾶν σύνηθές ἐστιν. Artemidorus lib. I. cap. XX. ἡ δὲ ἀπιμέλητος οὐ συμφορᾶς ἄυξεται θέλει. Et cap. 23. Καὶ μὴ τινι δόξῃς οὐ πολυτελῶς πενθεῖν ἢ συμφορᾷ τινὶ καθεστὼς κείρεται. ἀλλ' οἷς μάλιστα μέλει φύσεως, ἀλύπως τε καὶ ἀκόμως. Antiquum autem somnum dicit: quia dudum ille in oculis Medeæ non fuerat, ita ut verus naturalisq; somnus à longo tempore jam incognitus & vetustus quasi esset. Cum ergo tenuia veteris somni adhuc obrepebant vestigia, luctu & terrore plena erant, in quo crinis evulsus & genæ laceratæ, quæ neglectam & tenuiorem fecerant. Atq; hoc malim quam quod Barthius substituit *Inviti somni*. Temerè enim nihil mutandum censeo, siquidem excusari possit. Et scio ignoscet mihi Tanti viri Humanitas.

v. 14. TU PRECOR HÆC LONGA PLACIDUS MOX SCEPTRA SENECTA) id est, in longam senectam, unde ob meliorem sensum cum vulgatis legere malim: *Tu precor hæc longa placidus mox sceptra senecta.* *Lethiferus* autem ciftis infra lego pro *Latiferis*, hoc est, quæ oblivionem Lethæumq; somnum inferunt, ut præpete sopore Draconem suum vincit Infelix Medea v. 70. Dicitur autem Lethiferis ἀπὸ λήθης quod Græcis est oblivio, vel potius à Lethe fluvio apud inferos, quo gustato veteres, omnium nos rerum protinus oblivisci, voluerunt. Confer. v. 74. Inferius.

v. 20.

v. 20. Inde Velut Torto Furiarum Electa Flagello) adsimilat Medeam buxo volubili, quod conceptum prius fune, cum sonitu & impetu excutitur, qualis est vertigo vel Rhombus quo pueri in ludo utuntur. Implicatur enim à Cuspide prælongo loro, atq; ita excussus basi supernè, cuspide inversè versâ, solo alliditur: dum vero ab intorto loro sese explicat in rapidissimam concitatur vertiginem. Hinc Tibullus.

Nāq; agor ut per plana citus de verbere turbo
Quem celer adsuetus versat ab arte puer.

v. 221. Attonito Qualis Pede Prosilit Ino) Ino conjux Athamantis Regis Thebarū; sororibus punitis, cum ipsa invitâ remaneret, & contemneret Numen Junonis: Juno Tisiphonen infernalem excitavit, ut ambos coniuges ulcisceretur. Tisiphone autem Junonis imperio parens ad Aulam Athamantis pervenit, & in sinum ejus horribiles angues effudit, quibꝰ animi ipsorum gravissimè sunt læsi, tantoq; furore perciti, ut sensus illorum statim à pristino statu alienati fuerint. Ita ad insaniam redacti: Athamas Clearchum filium suum in venatione pro ferâ interfecit. Ino autem Melicertam filium è scopulo secum in profundum æquor præcipitavit.

v. 28. Latmius Æstiva Residet Venator In Umbra) Per Venatorem Latmium intelligere videtur Endymionem, quem eum Lunâ adamatet in Latmio, monte Joniæ, ab eâ sopitum ferunt, ut unum ab eo osculum auferret: unde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ovid. lib. III. de Arte.

Latmius Endymion non est tibi Luna pudori?

v. 33. Quæ Super Ingenti Circundata Præpetis Umbra) Præpes idē est quod Græcis ἀμαῖος hoc est avis rapax, ut aquila & accipiter, quia rapaces alis plurimum valent. Virgil. Æn. V.

quem

---- ---- ---- *quem præpes ab Idâ*
Sublimem rapuit pedibus Jovis armiger uncis:

id est, avis armigera, quam Aquilam vocant. Videntur autem nomen habere Præpetes à προπίπτω, quod est prævolare: Sed Græcum proverbium in Latinum mutatum est, præpetesq; non propetes dicuntur: Hæ aves Latinis *Magnæ* vocantur: Plautus Rudente Sc. Exi è phano:

Teq; ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum.

v. 44. ET PRIMIS SUPPLEX DEBIT OSCULA PALMIS) Solebant amantes manus invicem osculari: Apul. Miles VI. *Tunc Jupiter pressa Cupidinis buccula, manuq; ad os suum relata consuaviavit.* Aristænetus lib. I. ἡ δὲ ὥσπερ ἀλγοῦσα λαθραίως τοῦ στόματος τῷ χεῖρε, καὶ τὰς ἐκ τῆς περιλήκου δακτύλους, ὧν ἐκεῖνος ἐφάψατο. Et in aliâ ejusdem libri Epistolâ. Καὶ λάθρᾳ τῷ ἑαυτῆς περίληκε δεξιᾷ, ἣ ἐφάψατο ἡ μειρακίου. Ita apud eosdem moris erat auriculis apprehensis se osculari. Tib. lib. II. Eleg. 5.

Et fœtus matrona dabit, gnatusq; parenti
Oscula comprensis auribus eripiet.

Aristenætus lib. I. τυχὸν ἢ ἐπιφθόνως μηδὲν μὲ δήσας ἥκει μοι φιλημάτι μόνον ὑπακούσων· κἀγὼ τῶν ὥτων λαβόμενη τῆς σε φιλήσω. Quin inter cæteras delicias etiam illę erant amatoribus leviter labella inter suaviandum mordere. Horat. lib. I. od. 13.

--- --- --- --- *sive puer furens*
Impressit memorem dente labris notam.

Apuleius ἀνεχοίνω.

Olli purpurea delibantes oscula
Clemente morsu rosea labella vellicant.

Tibullus lib. I. eleg. 8.

Et dare anhelanti pugnantibus humida labris
Oscula & in collo figere dente notas.

v. 44. Quam scis Nempe Fidem) Repete ex præcedenti v. 490.

Tune, ait, Æsoniden quicquam te velle relicto
Credis. &c.

v. 55. Ille Hæret Comes & Miseratur Euntem) Eleganter dicitur ad præcedens de furente. Uti enim mente mota non jam humi incedit sed tollitur: Ita de *eunte* grandes passus & furibundum incessum subinfert. Virg. de Turno furib.

Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem.

v. 69. Teq; Ciebat Somne Pater: Somne Omnipotens) Somnum Deum finxit Antiquitas, cujus sedem apud Cimmerios collocat Ovid. XI. Metam.

Est propè Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni
Quo nunquam radijs oriens, medivè cadensve
Phœbus adire potest, nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.

v. 72. Quæ Freta Sæpe Tuo Domui Quæ Nubila Cornu) Somno cornua tribuit. Quare Serv. lib. VI. Æn. scribit somnum cum cornu pingi solitū. Hinc Sen.

---- --- *& obscura crescebant cornua somni:*

noctem crescere innuens. Sed & Stat. Papin. Somno cornua dat.

---- ---- *Manus hæc fusos à tempore lævo*
Sustentat comes, hæc cornu oblita remisit.

Confer Thebaid. X. & Ovid. Met. XI. Hinc Somnus ita olim pingebatur: Imago virilis erat, facie resoluta & languenti, candida subtus veste, & suprà nigrâ induta, quasi diem & noctem indicaret. *Cornu* manu tenens, Philostrato autore, Quod cum vera somnia immitteret

set *Nigrum Cornu* habere fingebatur: cum vero Falsa, *eburneum*. Unde & geminæ Somni portæ à Vergilio finguntur.

Sunt geminæ Somni portæ, quarũ altera fertur
Cornea, quæ veris facilis datur exitus umbris
Altera candenti perfecta nitens Elephanto
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.

Quoniam ut inquit Macrobius, ex Porphyrii autoritate, *latet omne verum: hoc tamen anima cum ab officiis corporis somno paulum libera est, interdum adspicit, nonnunquam tendit aciem, nec tamen pervenit. Et cum eum adspicit, tamen non libero & perfecto lumine videt, sed interjecto velamine, quod nexus caligantis naturæ obducit. Hoc igitur velamen, quod nigro colore significatur, cum in quiete ad verum usq; aciem introspicientis admittit Cornu esse creditur cujus hæc est natura ut tenuatum visui pervium sit: cum autem à vero hebetatur ac repellit obtutum eburputatur.* Hæc Macrob. Somn. Scip, c. III.

v. 74. FRATRIQUE SIMILLIME LETO) Somnum veteres mortis fratrem appellabant, eò quod dormientibus mortui similes. Athenagor de resurr. Mortuorum: Παρ' ἠι αὐτῶν οἱ μὲν ἀδελφὸν Θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν, ἐχ ὡς ὂν τῶν αὐτῶν πατέρων φύντας (*ut Hesiodus docet in Theogonia*) ὑμνολογοῦντες, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τῆς τε θνητῶν καὶ ὑπνωόντων ἐγγινομένων, ἕνεκά γε τῆς ὁμοιότητος καὶ Θανάτου μηδενὸς ἐπιδιάνεσθ τῶν παρόντων ἢ γινομένων. μᾶλλον μηδὲ Θεὸν εἶναι καὶ τῆς ἰδίας ζωῆς. Orpheus Argon.

Εὕδεις Ἀγχιάλη γλυκερῷ βεβολημένη ὕπνῳ.

Et Christus Matth. IX. v. 24. ἐχὶ κοράσιον ἀπέθανε ἀλλὰ καθεύδει. Vide quæ superius notavi ad v. 41. lib. IV.

v. 87. ARDENTES DONEC SOPOR OCCUPAT IRAS) Veneficium hoc erat somniferum, ubi potionibus, malo carmine, & certis ritibus aliquē soporabant, ut interim ei venenum infunderent. Confer Apollon lib.

lib. IV. Argon. Virg. Æn. VI. de Cerbero & Cumæâ.

Cui vates horrere videns jam colla colubris
Melle soporatam, & mediatis frugibus offam
Objcit: ille fame rabidâ tria guttura pandens
Corripit objectam atq; immania terga resolvit
Fusus humi totoq; ingens extenditur antro,
Occupat Æneas aditum custode sepulto.

Sic Ovid. lib. VII. de Medeâ.

Rervigilem superest herbis sopire draconem
Qui cristâ linguisq; tribus præsignis, & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ &c.

Sed Maro tantum meminit Physici effectus. Faciunt enimhoc interdum Magi & fieri potest naturalibus venenis soporiferis. Exempla congerunt Petrus Binsfeld. de Confess. Malef. part. 1. Concl. 5. & Nicolaus Remigius lib. 2. cap. 4. Et patet exemplo, quod narratur in vitâ D. Bernhardi lib. 2 cap. 6. Nam ibi tot annis adjacentem maritum incubus uxoris fefellit, quod eo dormiente factum oportuit. Ovidius etiam Magici per Carmina effectus meminit (qualis est incantatio nostarum vetularum) Quare sic intelligenda ejusdem Medea in Epist:

Flammea subduxi medicato lumina somno
Et tibi quæ raperes vellera tuta dedi.

& apud Senecam:

Tu quoq; relictis pervigil Colchis ades
Sopite primum cantibus serpens meis.

Apuleius quoq; Magicarum artium (teste D. Augustino) peritissimus, non abs re vel finxit vel narravit de Thessalis, *solitos Lariss æos cadaveribus custodes addere, grandi pecunia stipendiatos, quibus perpetem noctem extimè*

vigilandum erat exertis & inconnivis oculis semper in cadaver intentis, nec acies usquam devertenda, imo ne obliquanda quidem. Cæterum Magiæ universæ secreta prolixo opere congessit Martinus Delrio vir multæ lectionis & Eruditionis, quo Lectorem remitto.

v. 88. JAMQUE ALTÆ CECIDERE JUBÆ) Jubæ anguibus & draconibus tribui solent, quæ quidem cristæ sunt in eorum capitibus eminentes. Noster v. 61.

--- --- *ille suis hæc vibrat fulgura cristis.*

Eodem modo etiam illud lib. IV. ad Herenn. intelligendum: *Iste cotidie per forum medium tanquam jubatus Draco serpit.* Confer Plaut. Amphitr. Act. V.

v. 90. CEU REFLUENS PADUS) Plin. lib. III. cap. 16. scribit fluvium. *Padum è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati finibus Ligurum, Gabiennorum visendo fonte profluentem condentemq; se cuniculo in Foro Juliensium agro iterum exoriri, nulli amnium claritate inferiorem. Nilus fluvius septem ostiis notissimus. Alpheus autem fluvius est in Elide* Peloponnesi regione, quem Pausanias lib. V. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Aretusam Siciliæ fontem desinere. Quod vero Noster porro dicit:

——SEPTEM PROIECTUS IN AMNES NILUS) septem Nilo ostia tribuens, cum illo Prud. convenit Symm. lib. II.

--- --- *tepidiq; levant septem ostia Nili.*

Ovid. II Metam.

—— *& septem digestum in Cornua Nilum.*

Ammian. pulchrè ea suis distinxit Nominibus lib. XXII. *Heracleoticus, Sebenniticus, Bolbiticus, Pharniticus, Mendesicus, Taniticus, Pelusiacus.*

v. 94. SUUMQ; SIMUL FLEVIT CRUDELIS ALUMNUM) Cum superiore convenit, ubi Medea dicit v. 634.

Medq

Meq; pavēs contra ſolam videt, ac vocat ultrò,
Ceu ſolet, & blandâ poſcit me pabula linguâ.

v. 102. Cede Deo) Somnum intelligit, quo draconem victum ſopiverat. Deum enim vocari ſupra docui ad v. 69. Hoc vocabulo motus Clariſſ. Barth. v. 105. legit *Æſonide Dius mitte moras*, ubi fide Carrionis & Manuſcr. codicis prius, *Æſonide dimitt moras* erat, hoc eſt: Moras quas timor & cunctatio ex eo orta facturi erant, Diis relinque, tu hoc age, dum tempus agi rem.

v. 112. Fidens Cretheia Proles) Iaſonem intelligit. Crethus enim Æoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æſonem genuit, Alcimedontem & Amithaonem; Æſonis autem fuit Iaſon.

v. 125. Talis Ab Inachiis Nemeæ Tirynthius Antris) Herculis laborem tangit, quo in Nemea ſylvâ juxta Cleonas, inuſitatæ Magnitudinis Leonem jugulavit & detractam pellem pro inſigni geſtavit. Hinc in eadem ſylva in honorem Herculis ſacra quædam certamina celebrari conſueverunt, quæ ab hac ſylva Nemeæa dicta ſunt, ubi victores apio coronabantur. Dicta eſt etiam hoc nomine Nemea tota regio ſylvæ vicina. Mart. lib. I.

Non Marathon taurum, Nemeæ frondoſa leonem
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum.

133. Ac Rapta Victor Consistit In Hasta) Ex Victorum habitu hoc ſumit, qui gloriabundi de facinore egregiè patrato ſolent haſtas ſolo fixas manu tenere.

v. 136. Hinc Subitis Inflexit Frater In Armis) lego: *hunc ſubitus*: horrorem: videlicet, objectâ ſpe recuperationis. Amiſſam filiam horrore ſummo audit pater. Inflexit vero ſummum horrorem ſubitus

bitis in armis visus filius, unde spes, amissa omnis recipiendi. Convenit autem cum horum versuum sententiâ Apollonius lib. IV. v. 212.

Ἦδη δ' αὖτη ὑπερβίοισι πάσιτε κόλχοις
Μηδείης ὠδίνας ἔρως χαλέπτυνε.
Ἐς δ' ἄνδρων ἀγέρθην ὁπὶ τοὔχεσιν ὁσσά τε πόντῳ
Κύμασι χειμερίοιο κορύσσεται ἐξ ἀνέμοιο.
Ἦ ὅσα φύλλα χαμᾶζε πεσεῖται δενδέων πέσεν ὕλης.

v. 140. MATER ADHUC AMBAS TENDEBAT IN ÆQUORE PALMAS) Non videntur hi sequentes versus, quibus Mater Medeæ introducitur filiam inclamans, à Valerio esse: Humiliores enim sunt & generosum Valerii spiritum non videntur repræsentare. Unde facile in sententiam Carrionis consentio qui superius v. 105. *nisi effingo raptus*: Valerii poëma futire ait, juxta codicis Manuscripti fidem. Cæterum quod Noster de Matre, Apollonius de Patre Medeæ refert: ita indignabundum introducens v. 228.

Αὐτὰρ ἄναξ ἄτῃ πολυκήμονι χεῖρας ἀείρας
Ἠελίου κοῆ ζώνας κακῶν ἐπιμάρτυρας ἔργων
Κέκλετο δεινὰ ἕκαστα περοχεδὸν ὧπυε λαῷ
Εἰ μή οἱ κέρην αὐτάρετον ἢ ἅλα γαίων
Ἢ πλωτὴς ὀρέγητε ἔτ' εἰν ἁλὸς οἶδμα πεσεῖν
Ἄξειν.

v. 150. VELLEM UNGUIBUS UNCIS UT VOLUCRIS POSSEM PRÆDONIS) optat Mater Medeæ (quam nonnulli Idyam, nonnulli Eurylyten esse voluerunt) ut in avem mutata navem insequi & pœnas ab Jasone sumere possit. Qualis Nisus olim fiebat, qui in haliætum volucrem commutatus navem Minois insequebatur, filiamq; Scyllam, Minois thalamos sequentem repetebat, ut pœnas de ambobus posceret. *De Scylla quidem*, quod carentem frustrata dolo aliquo urbem Megaram Minoi (cujus amore exarserat) dedidisset. *De Minoe autem*, quod Megaram per dolum in

suam

ſuam poteſtatem redegiſſet. Quam fabulam Poeta ob oculos habuiſſe videtur. Confer Ovidium lib. IIX. Met. fab. 3.

v. 152. Albano Fuit Hæc Promissa Tyranno) De Sponſalibus Medeæ cum Styro Albanorum duce, ſuperius egi. Tu confer. v. 459.

Tum gener Albanis Styrus qui advenerat oris. &c.

Promiſſa aurem eleganter dicit, quia formula iſta: *Promitto tibi Conjugium* apud veteres in Sponſalibus frequentabatur: Ovidius:

Si tibi Coniugium volui promittere noſtrum.

Et apud Euripeden Oreſte, Apollo hortatur ut ſororem collocet Pyladæ: *Sororis connubium cui promiſiſti da.* Et Oreſtes promittit ſe ducturum Hermionem his verbis:

Ecce dimitto Hermionem â nece
Et promitto coniugium ſi dederit pater.

Noſter v. 420. inferius:

---- ---- ---- *Promiſſaq; ſerva*
Vſq; ad Theſſalicos ſaltem connubia portus.

It. *Jura fides ubi nũc promiſſaq; dextera dextræ?*
Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos?

Pertinetq; promiſſionis verbum ad ſtipulationem. Nam quoties promiſſionis meotio fit, ibi intelligendum interrogationem præceſſiſſe. Et ejuſmodi promiſſio cenſetur pura & initium ſumere ab eo tempore quo fit. Ita veteres aliàs hæc verba: *Spondeo, Promitto* rebus maximi momenti & ſtipulationibus, hoc eſt, contractui omnium firmiſſimo adhibebant, quod ius in ſermone Latino nihil eſſet ſignificantius. Plautus. Bacchid.

Roga hunc tu, tu promitte hiic. N. promitto.

v. 160. HOC ERAT INFELIX REDEUNT NAM SINGULA MENTI) repete initium lib. Septimi & finem libri VI. ubi Medeæ, tum amore æstuantis, mores exprimuntur. Quod vero Poeta dicit v. 164. *Errantes{que} genas*; pro colore instabili genarum accipit, qualis est amantium. Item alieno gaudere vultu dixit eodem modo, pro invitâ lætitiâ. Qui enim non ex animo ridet nec exhilaratur, sed coacto tantum renidet: non suo sed alieno vultu gaudere dicitur. Sic apud Horat. lib. II. sat. 3.

Cum rapies in jura malis ridente alienis.

Non enim suis ridere *Malis* videtur, qui invitus lætitiam simulat, cum ejus pristinus non agnoscatur vultus, nec pristinus ridentis habitus. Sir. XL. Oſte ſind nicht alle frölich die da lachen.

v. 181. MEMINIQUE Ô TIPHY THORUM) Tiphys insabricandis navibus singulari arte celebris fuit, & Argonautarum gubernator, de quo superius pluries Poeta egit. Confer Virgil. Bucolicis Eclog. 4.

v. 183. MUTANDUM, Ô SOCII NOBIS ITER, ALTERA PONTI ELUCTANDA VIA EST) Non per eandem viam Minyæ redierunt, sed aliam ingressi sunt, cùm ut instantes sibi mari Colchos, tum ut Cyaneas petras effugerent. Ità enim Apollon. lib. IV. v. 253.

Αυτίκα δ' Αισονίδης ἐμνήσατο, σὺν δὲ καὶ ἄλλοι
Ἥρωες φιλότητι, ὁ δὴ πλόον ἄλλον ἔειπεν
Ἐξ ἁλὸς ἐσσεῦσθαι· ἀνάϊξαι δὲ τέτυκτο
Πᾶσιν ὁμῶς· ἀργῷ δ' ὑλακομένους ἀγάρεσθαι
Νειόμενοι δοχμώδεα δύε.

v. 185. HAUT PROCUL HINC INGENS SCYTHICI RUIT EXITUS ISTRI) Ister Germanicis jugis oritur, effusus monte, qui in Rauracas Galliæ spectat, Sexaginta amnes in se recipit, omnes fermè navigabiles, septem ostiis Pontum influit, teste Solino Cap. 19. Hinc noster v. 187. *Septem illum aquis exire dicit & septem ostiis*

ostia pandere. Plinius tamen & Tacitus sex tantum tribuunt. Statius autem Sylv. lib. V. Ammianus lib. XXII. Herodotus, Claudianus, Arrianus, cum Solino & Valerio septem ponunt. Quod vero Valerius *ingentem* dicit hujus fluvij exitū ob multitudinem amnium, fit, quorum Sexaginta teste Solino recipit. Inde etiam *Multifidum* amnem dixit Lucanus lib. III. & lib. II. de eodem:

Ister casuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas præceps eructat in undas.

Ovidius *Bineminem* vocat I. de Ponto.

Stat vetus urbs ripæ vicina binominis Istri.

Nam eâ parte, qua Scythicis allabitur oris, â fonte usq; ad cataractas, quæ sunt in montibus Daciæ, non procul â Tauruto oppido, *Danuſius* vocatur â Scythis, vel potius *Danubius*; quos inde *Barbaros Istri accolas* vocat Ælianus cap 37. Tact. Τάπεται δὲ τοῖς τὸν χῆμα μάλιστα πρὸς τὰς ἄρκτους τὸν Ἴστρον βαρβάρους. Et pari Livius modo, de iisdem lib. XXXIX. *Missis ad accolas Istri fluminis.* Cæterum hunc amnem prolixius nobis describit Apollon. v. 281.

Εἴ τι δὲ τις πόθοιτο, ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο,
Εὐρυπρῶν ἀναβαίνοντι κατ' ὀλκάδι νηῒ πρῆσσαι.
Ἴστρον μὲν καλέουσιν ἑκὰς διεπεμπόμενοι
Οἳ δήπειτεῖος μὲν ἀπείρονα πέμπετ' ἄρουραν
Εἰς οἶδμ' (πηγαὶ δ' ὕδατ' ἄνοιγε βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ὑπὸ πρῶτα μορμύρεσκον.)
Ἀλλ' ὁπόταν δηρὸν κατὰ γαῖαν ἐυθέωντε σοβήσετον ἅρμα,
Ἔνθα δίχα τὸ μὲν ἔνθα μετ' ἰονίην ἄλλα βάλλει
Τῆθυ ὕδωρ, τὸ δὲ ὀπίσσε βαθὺν κατὰ κόλπον ἵησι
Σχιζόμενον πόντῳ πρωτακέλιτα εἰσανιχνεῖ,
Γαίης ὅς ἡμετέρης παραγίνεται εἰ ἔτεον δὴ
Ὑμετέρης γαίης ἀχελωΐου ἐξανίησιν.

Ex qua descriptione aliam nominis videre est præter superius allegatam quod nempe Bino-

Binominem vocitet, quia videlicet v. 289. Apollonius.

——— ὁπόσαν θρηικῶν, σκυθέωντ' ἐνιδήσεται ἤρης
Ἔνθα διχῆ τὸ μὲν ἔνθα μετ' ἰονίην ἅλα βάλλει.

v. 286. FUNDERE NON UNO QUEM TANTUM FLUMINA CORNU) *Cornu* veteres magnis fluviis tribuebant, præcipue Istro, unde & Apollon. d. l. & vers. dixit:

——— ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο.

Quâ etiam formâ Acheloum atq; alios fluvios fingere soliti sunt Romani, apud quos etiam usitatum fuit cornu quodpiam omnium fructuum copiâ & ubertate conspicuum fluviis adjungere. Ælian. περὶ ἰσορ. lib. II. c. 33. Τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν· ὅμως δὲ οἱ πλάττοντες αὐτὰς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἐρημοῦσιν, οἱ μὲν ἀνδρόμορφους αὐτὰς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῦν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν. Hinc etiam fluvios cornigeros passim à Poëtis *Bicornes* appellari videre est, ob ubertatem & rerum omnium abundantiam, commoditatemq; quas vicinis regionibus submittrant. Causam variè adsignant Autores. Festus: *Taurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus, quod sunt atrocia, ut tauri.* Acron. ad Horat. lib. IV. Od. 14. *Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus finguntur propter impetum & mugitus aquarum.* Tzetzes ad Hesiod. ἀσπίδα in ea verba ταῦρε & ὀνοσίχθων ita scribit: Ἤγκυ λέγ τὸν τῶν κυμάτων ἦχον ὡς ταῦροι· ἢ μυκῶνται· ἢ ὅτι ταυρόμορφοι εἰσι. ἢ ὅτι ταῦρει ποσειδῶν ἐν πόλει βοιωτίας λέγ τὸν ταῦρας θύεσ αὐτῷ καὶ μάλιστα σὲ ἐγχιῷ λέγ τοῦτο καὶ ταυρόμορφοι τὰς ποταμούς. Sophoclis Interpres Trachinius οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυπώντο· ἢ ὅτι μυκηθμῷ εἰσὶ παραπλήσιοι τοῖς τὰς ὀκόλας, ἢ ὅτι ἀρίζουσι τὴν γῆν ὡς οἱ βόες· ἢ λέγ τὸ τὰς νομὰς παρὰ τοῖς ποταμοῖς εἶναι. Forsan etiam à Magnitudine hoc natum. Nam Græci veteres omnia prægrandia & violenta πάχεις voca-

vocabant. Stephanus in τῶν Ἰώνων· Ἰώνες οἱ παλαιοὶ πάντα ἔστι μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον. Videri etiam possit *Cornua fluminum* dici ob flexus & curvitates alveorum, quod multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Cic. Attic. lib. IX. *Ab utroq; portus Cornu moles jacimus.* & Valer. Noster. lib. I.

---- ---- ---- *Elatis cornibus amnes.*

Ita Virgil. *cornua Antennarum* dixit, utramq; antennæ partem significans. lib. III. Æn.

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

v. 194. Non Totis Argo Redit Ecce Corymbis) Corymbi uvæ hederarum sunt, quibus coronabatur Bacchus. Tibull.

Sed varij flores & frons redimita Corymbis.

v. 200. Protinus Inde Alios Flectunt) Confer v. 294. Apollonii lib. 3.

Ὡς ἄρ' ἔφη· τῖσιν δὲ θεὰ πέρι ἐγγυάλιξεν
Αἴσιον, ᾧ καὶ πάντες ἐπιθφήμησαν ἰδόντες
Στέλλεσθ' τλῶ δ' οἶμον. ἐπισσεὶ ῥ' ὁλκὸς ἐτύχθη
Οὐρανίης ἀκτῖνος, ὅπη καὶ μόρσιμον ἦεν.

v. 203. Hæserat Auratæ Genibus Medea Minervæ) Solebant veteres in navium puppibus Deos pingere, in quorum Tutelâ eos esse volebant, quod & superius v. 301. lib. I. attigi. Isaacius Tzetzes αἱ πρύμναι τῶν πλοίων τῶν βαρβαρικῶν, καὶ τροπικῶν θεὸς ἐγγεγραμμένος εἶχον, ἃ δι' ἀσέβειαν ἐκ ὧν τις ἔκαστε. Homeri interpres Iliad. IX. ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες θεῶν. Senec. Epist. 77. *Navis bona dicitur non quæ pretiosis coloribus picta, nec cui argenteum rostrum est, nec cujus tutela ebore celata est.* Ovid. Trist. Eleg. IX. lib. I.

Est mihi sitq; precor flavæ tutela Minervæ,
Navis & à pictâ casside nomen habet.

Et in Hero. dum Epistolis:

Addimus antennas, & vela sequentia malos
Accipit & pictos puppis adunca Deos.

Sic *auratam* Noster vocat *Minervam*, in cujus, ut & Junonis tutelâ Argo navem fuisse sæpius monui. *Auratam* autem, hoc est, auro pictam: ut Ovid. alibi:

——————& pictos verberat unda Deos.

Horatius quoq;:

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit:

Pers. Sat. VI.

—— —— —— jacet ipse in littore, & unâ
Ingentes de puppe Dei.

Ubi puppim Dei vocat, quæ imaginem cujusdam Dei pictam habebat. Sic Lycophron Europam tradit raptam navi ταυροειδόμορφῳ hoc est Tauriformi. Ea etiam causa est cur puppi Coronas imponebant. quod ibi Sacrarium navigij erat. Maro 1. Georg:

Puppibus & læti nautæ imposuêre Coronas.

v. 204. ATQUE IBI DEIECTA RESIDENS IN LUMINA PALLA) ob meliorem versus intellectum cum Turnebo malim: *atq; ibi dejectâ residens sub tegmine pallâ.*

v. 208. ILLA THOANTEÆ TRANSIT DEFLEXA DIANÆ) Nemini non puto hujus versus lectione. magis in *defleta* quam in *deflexa* animum deflecti. Respicit enim v. lib. VI.

Hanc residens altis Hecate Persëia lucis
Flebat.

Thoanteam autem vocat â Thoante Tauricæ regionis rege. Regnum enim Diana habebat in Tauricâ Cherroneso, Persëis vel Persëia suprà à Valer. dicta. Plures enim Dianas fuisse Cic. lib. ult. de Nat. Deorum testatur. Sed illa nominatissima est, quæ eodem partu cum Apolline ex Jove & Latona nata est.

v. 213.

v. 213. Ad Seras Si Quando Dapes) *Si quando* eleganti modo dictum reperitur, ut infra v. 216.

Præcipuèq; sui si quando in tempore pulcher
Conjugij Minyas nũquam magis eminet inter.

Pari elegantiâ *Si forte* usurpatur Cic. lib. I. Ep. I. ad Q. Fratrem. Et lib. 3. de Orat. Ex quo vereor ne nihil fim &c. Sic à Græcis εἴπως ἄρα Synesius: ἤρκει θεῖος ἄρα μὴ σιω ἀνδρῶν.

v. 214. Si Quando Dapes Has Carus Iason Ipse Dabat) Ita lego potius, pro eo quod Carrio habet: *Ad seras si quando dapes quas carus Iason Ipse dabat.* Nam non nisi dante Jasone vult capere cibum. Itaq; ordo verborum hic est: Medea vix allevat (vel ut alij *elevat*; non autem ut alij *alluet*) ora ad seras dapes, si quando has carus Jason ipse dabat. Quæ transpositio non inusitata, nec obscura est.

v. 215. Jam Nubiferam Transire Carambim Significans) Melius versuum horum sensum capies, si v. 216. seq. legeris pro hortatur, *hortatus.* Jason enim in mœrore jacentem Medeam crebro excitat, hortatus eam ut ad videndos jam Græciæ montes se erigat, significans jam nubiferam transire Carambin & regna Lyci. Quod porrò ex Apollonio est: Ille enim ita v. 298. lib. IV.

Γηθόσυνοι δ' λύκοιο κατ' ἀντία παῖδα λιπόντες
Λαίφεσι πετταμένοισιν ὑπερθε ἅλος νωτίζοντο,
Οὔρεα παφλαγόνων ἠδὲ μάρπαι· ἐδὲ Κάραμβιν
Γνάμψαν, ἐπεὶ πρῶτα ἰδον ἀγχιτα πουρὸς ἀϋτὴν
Μείνεν, ἕως Ἴασονα μέγαν ἐσιδοιτο θοῦρον.

Quod item v. 217. dixit Noster:

Insula Sarmaticæ Peuce sat nomine Nymphæ

Melius ex illo Apollonii intelliges, v. 307.

Τῷ κεν ὑπερφιάλως τόγε βαλέειν ὑπὸ οὐκένα γαίης
Κόλπον, ὅσον πόντιον ἐπεφύκασιν ἰσχίον
Ἴστρῳ χαίρ τις νήσῳ· ἔπεργε, ὄνομα πόντη

Τριγλῶ-

Τειγλῶσιν, ἄρθρα μὲν ἐς αἰγιαλὸς ἀνέχωσε
Στεινὸν δ' αὖτ' ἀγκῶνα ποτὶ βόον.

v. 224. IPSA AUTEM INVITÆ JAM PALLADOS ERIGIT ARAS) ordo & sequentium versuum ratio evincit, trahenda hæc ad Jasonem, ideoq; pro *Ipsa* legendum *Ipse*. *Invitam* autem *Pallada* dicit, quia alterius Deæ, videlicet Veneris, potestate conjugium subibat; unde mox dicit, ipsum nec *spernere Idalia numen*. Cui proinde ut Palladi, simul aras erexit, ut sacrificiis ejus numē sibi placaret. Id enim veteribus in more erat, ut ante Nuptias sacrificarent: Pausanias. Τιμᾶσθαι θύσας τ' ἴσα που τὰς ἑλένης ἑξώρκια μνηστῆρας ἰσὰς ἐπὶ ἕ ἵππια τῶν τοιῶν. Polyænus lib. IV. Τοῦτ' ἴσω Νικαίαν Ἀπήγοντο τῷ ἥρῳ Δημητρίῳ μνηστεύεται· ἡ δὲ ἀσμένη μεταπίπτει βασιλεῖ ἤδη πρὸς γάμον αὐτῷ ἐπεύξασα. ἦν θυσία μεγαλοπρεπὴς, παντοίας ἑλληνικῆ. Dicebatur igitur tale sacrificium προγάμεια γαμηλία, & προτέλεια. Fiebat vero non solum Veneri, sed & Junoni & Gratiis. Et hic mos etiam Romanis in usu fuit, ut ante matrimonium copularent, item in divortio, eorumq; *Confarreatio* atque *Diffarreatio* inde ortum traxit: apud quos etiam Sponsus & Sponsa dicebatur quod σπονδὰς interpositis rebus divinis facerent, teste Festo. Hinc Seneca octaviâ Act. IV. consuetudinem Romanorum tangens:

Formam senatus thura cum superis dares,
Sacrasq; grato spargeres curas mero
Velato summam flammeo tenui caput &c.

Achilles Statius lib. II. *Quam igitur ante Nuptias fieri mos est, rem divinam pater faciebat.* Et lib. VIII. *Patrem ob sororis Nuptias postero die sacra facturum comperimus. Affuimus itaq; ut unâ operiremur: Deosq; ut nostrum omnium nuptias felices fortunatasq; esse vellent, precaremur.* His consentanea tamē sunt quæ Varro tradit lib II. de re rustic. & ex eo Blondus. *Apud Hetruscos in conjunctione Nupti-*

Nuptiali novum maritum & novam nuptam primum pecum immolare consuevisse. Apud Bœotos & Locros nuptiæ rate non fuerunt antequam in aræ Euclie Virgini dicata libassent vir & mulier. Omnib. enim focis ara est & simulacrum & ante Nuptias ei cum Sponsa tum Sponsi sacrificant. Plutarchus in Aristide. Xiphilinus narrat Senatum Mar. & Faustinæ decreto statuas argenteas decem Romæ in templo Veneris collocasse, aramq; extrui jussisse, in qua Virgines, quæ nuberent, cum Sponsis sacrificarent. *Iunoni* autem inter reliquas Deos cumprimis litabant, idq; falle dempto, quod in templo Junonis defodiebatur, quod nullam inter virũ & uxorem discordiam esse vellent. Plutarchus in Præceptis Connub. Euseb. lib. III. de præpar. Evang. *Qui Iunoni sacrificant, bilem in sacris non adhibent, sed eam juxta aram infodiunt, mystice significantes bilem omnem à Nuptiis abesse oportere. Brissonius latè in tract. de ritu Nuptiar. Et Bonfinus de Castit. conjug.* Hinc de Didone Virgil:

--- Mactat enim lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo,
Iunoni, ante omnes cui sacra jugalia curæ.

Hinc & Juno ipsa τελεία dicebatur quasi Matrimonium absolvens. Quo faciunt verba Plutarchi in αἰτίοις quæst. 2. πάντε δεῖν τὰς γαμουμένας θύειν Διὶ τελείῳ, καὶ Ἥρᾳ τελείᾳ, καὶ ἀφροδίτῃ καὶ Πειθοῖ, ἐπὶ πᾶσι δὲ Δημητρι. Et Nuptiæ τέλη dicebantur & nubentes τέλειοι, quod Nuptiis matrimonium absolvebatur & finem accipiebat, à τελείω, unde ὡς τέλεια convivia ante Nuptias. Suidas Ἥρα, dicit τελεία καὶ ζεὺς τέλειος ἐπωνόμαστο ἐν τοῖς γάμοις ὡς παρὰ τίνες ὄντες τῶν γάμων, τέλος δὲ ὁ γάμος. Vel ut Pollux τέλειον γάμον ἐλέγετο ὡς τέλειον ὡς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων.

v. 228. QUALIS SANGUINEO VICTOR GRADIVUS AB HEBRO) Martem intelligit, qui Deus est Thra-

Thraciæ, in qua Hebrus fluvius est, natus juxta Adrianopolim & in Ægeum mare labens è regione Samothraciæ Insulæ. Hinc à Valer. dicitur *Mars redire ab Hebro*. Quodq; Thraces præ reliquis bellicosi erant, ideoq; Sanguineum vocat. Quam gloriam Noster huic genti aliàs adsignat lib. VI. v. 664.

---- *cæcâ sed cuncta impellere pugnâ*
Debuimus? sic Thraces agunt ----

Et Manilius:

---- --- *Thracè Martem sortita colonum:*

ubi in Martem Deum Thraciæ vocat. Statius Thebaide Thraciam Martis sedem facit. Idq; non aliam ob causam, ut dixi, quam quod bellicosa ea gens fuerit, quod & Vegetius lib. I de Re milit. & Arnobius lib IV. putant Phurnutus: Τιμῶσι δὲ ὁ Ἄρης ὑπὸ Θρᾳκῶν μάλιστα καὶ Σκυθῶν καὶ τῶν πλησίον ἐθνῶν λέγεται, ἐπεὶ παρ' ἐκείνοις τὸν πολεμικὸν ἡ ἄσκησις εὐδοκιμεῖ, καὶ τὸ ἀνεπιτρεφὲς τῆς ὕλης. Arnob. d. l. *Quis spartanum fuisse Martem prodidit? Nonne Epicharmus autor vester: quis in Thraciæ finibus procreatum, non Sophocles Atticus cunctis consentientibus theatris?* per Idalium autem Cypri oppidum intelligitur.

v. 231. ALCIDÆ INVISERE MENSAS IAM DATUR & FESSUM JUNONIA SUSTINET HEBE) Hercules post exantlatos durissimos labores inter Deos est relatus, quod superius doceo ad v. 35. L. IV. Illi ergo, cum eò relatus esset, Hebe uxor data est, ut author est Servius. *Iunoniam* autem vocat *Hebem*, ut Ovid. lib. IX. Metam:

Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe.

Hebe enim filia Iunonis esse credebatur absq; patre, quam posteà Jupiter ob formæ præstantiam ad officium pincernatus adsumsit. In cujus autem locum postmodum Ganymedum insectum Poetæ fabulantur.

v. 235.

v. 235. Ipsa Suam Duplicem Cytherea Coronam Domat) Nuptialem coronam duplicem fuisse Poeta testatur, unde Virginalem simplicem fuisse suspicio est. Confer. v. 6. lib. hujus.

v. 239. Si cubi Myg donios Planctus Sacer Arluit Almo) Cybeles sacra superius attigi v. 635 lib. præcedentis. Ex illis erant ista quibus in fluvio Almone, juxta portam Capenam Romanorum (ubi non procul ab urbe Tiberi miscetur) Cybela lavari solebat cum suis ministris, qui in Deorum ministerium inter se ad sanguinis usq; effusionem digladiabantur. Quod in fluvio Almone fiebat, propterea quod cum Romani profecti Pessinunte (teste Valerio Max:) Deæ simulacrum advehrent, & navis in Tyberis vado hæsitans nulla inde vi hominum moveri posset, accesserit Claudia virgo Vestalis, incestus crimen falso objectum refutatura & ad Almonem usq; protraxerit. Ea sacra XI. Calend. Aprilis fiebant, quo die *Lavatio Deûm matris* fiebat. Unde Arnobius p. 348. *Lavatio Deûm matris est hodiè.* Ad quæ verba puerilitèr Elmenhorstius: *Sordescunt Divi & ad sordes eluendas lavantibus aquis opus habent.* De his sacris Papinius intelligendus lib. V. Sylv.

Est locus ante urbem, qua primum nascitur ingens
Appia, quaq; Italus gemitus Almone Cybele
Ponit & Idæos jam non reminiscitur amnes.

Silius Ital. lib. VIII. Punicorum.

---- ---- *tepidoq; lavant Almone Cybelen.*

Ovid. IV. Fastor

Est locus in Tybrin quo lubricus influit Almo
Et magno nomen perdit in amne minor.
Illic purpureâ canus cum veste sacerdos
Impœnis Dominam sacraq; lavit aquis.

Mar-

Martialis: lib. III. Ep. 47.

Capena grandiporta qua pluit gutta
Phrygiumq; matris Almo qua lavat ferrum.

Vide Admiranda Ethnicæ Theologiæ Ioh. Friderici Hervart p. 172. parte prima, ubi de Matre Deum, & Lapide ejus, quem Magnetem putat, egregia narrat. Per *ferrum* cultros accipe sanguinolentos, quos eo fluvio pariter Sacerdotes abluebant. Vnde ridiculus mihi fit Carrio, qui pro ferrum non dubitat substituere Fertum veteris hoc codicis autoritate stabilens, quo insignem suam audaciam nobis prodit. Confer Claudianum bello Gildonico. Prudent. περιστ. X. Ammian. lib. XXVI. Ambros. in Symmachum. August. de Civit. Dei lib. II. c. IV. qui omnes sacra hæc Cybeles plenius pertrectant. Adi etiam Clariss. Lindebrogium ad Ammian. lib. XXIII. p. 117. Item. Greg. Gyrald. hist. Deor. syntagm. IV. p. 136. Cæterum ob meliorem versus intellectum ubi infra est: *aut ipsi qui jam meminere ministri quid* jam pro *qui jam* leges addita nota interrogationis.

v. 243. INDE UBI SACRIFICAS CUM CONIUGE VENIT AD ARAS) Veteres ante Nuptias sacrificasse paulo superius demonstravi, idq; ante aras fiebat, ubi sponsiones plenius confirmabantur, ut tantæ re testis esset Deus. Stat. Papin. Thebaide II.

Viderat hoc conjux perituri vatis & aras
Ante omnes epulasq; trucem secreta coquebat
Invidiam.

Illeq; mos apud nos adhuc servatur plerisq; in locis. Ubi autem extra publicam ædem, clanculum in latebris privatarum ædium sacræ ejusmodi sponsiones cùm à Mystis tùm à Sponsis peraguntur, in veterem Ecclesiæ consuetudinem peccatur, nec vel Ethnicorum illam Religionem adæquant à Christianis, palam & in propatulo est. Plato pro lege hoc sancit. lib. V. de

de Republ. ut nemo sine placatione Numinis divini ad coniugium accedat, sed sacris prius ritibus & solennitatibus illud Deo consecret. *Vota & sacrificia in singulis, inquit, Nuptiis peragent sacerdotes, & omnes tam viri quã mulieres, quam civitas universa pretabitur, ut ex bonis meliores fiant.* Itaq; apud Romanos à convivis acclamari solitum fuit Sponso & Sponsæ *FELICITER.* Cujus acclamationis meminit Juvenalis:

Signatæ tabulæ dictum feliciter ingens
Cœnæ ——— ——— ———

Et Tranquillus in Domitiano: *In reducendo post divortium uxori acclamari audijt libenter DOMINO ET DOMINÆ FELICITER.* Et Appianus lib. V. de bellis civilibus. *Cum Cæsar Octaviam Antonino collocaret, dictum feliciter consequentibus faustis acclamationibus, quæ per totã diem noctemq; continuata sunt.* Et Athenis moris fuit, ut puer, cui uterq; parens esset superstes, in Nuptiis obambularet, spinasq; cum glandibus & vannũ panibus plenũ gestans diceret: *Effugi mala & inveni meliora, mutationem in melius significans.* Suidas. Unde constat quam honorificè de Conjugio senserint & locuti sint Ethnici religionis Christianæ expertes. Quorum exempla Christianos afficere debebant, ne clam, aut in occulto *ruris occulti* angulo, (ut ille ait) sed in conspectu Dei opus peragant connubiale.

v. 346. Ut Dextrum Pariter Vertantur In Orbem) Solebant veteres, cum ad aras veniissent, ante quas Nuptiæ condicebantur, in orbem dextrum converti, omnis gratiã. Idem mos observabatur cum redirent aliquo, unde discesserant, ut pedibus primum dextris niterentur, ne malè cederet, scilicet re infectâ, cujus gratiã prodierant loco eum repetere. Petronius Arbiter ita intelligendus: *Caterum ut movimus dextros gressus, servus nobis despoliatus procubuit ante pedes, & rogare cœpit, ut sepana eriperemus,*

nec magnum esse peccatum suum propter quod periclitaretur. Subducta enim vestimenta sibi dispensatoris in balneo, qua vix fuissent X. H S. Retulimus ergo dextros pedes, dispensatoremq; in triclineo aureos numerantem deprecati sumus.

v. ET TIBI JAM NULLOS OPTAVIT BARBARA NATOS) Vidit enim Mopsus, natos, quos ex Jasone susciperet, ob discidium Coniugis, à Medea interfectum iri, quod etiam factum. Vide Euripidis Tragœd. Medeam.

v2.53. SYLVESTRIA LÆTI PRÆMIA VENATU FACILI QUÆSITA SUPERSUNT) lego *latis*: ut versui suus constet sensus, quod Carrionem ad vet. cod. fidem, non castigasse mirum est. Supereset utinam Manuscriptum, quo ille non vulgariter se jactat, non tot emendis & difficultatibus Valerius Noster laboraret.

v. 254. PARS VERUBUS PARS VNDANTI DESUMAT AHENO) Egressi Minyæ in insulam Peucen; epulas in littore parant. De his Propert. lib I. Eleg. 20. non absimili modo:

Namq; ferunt olim Pagasæ navalibus Argo
Egressam, longè Rhasidos esse viam.
Et jam præteritis labantẽ Athamantidos undis
Mysorum scopulis applicuisse ratem.
Hic manus Heroum placidis ut constitit oris
Mollia compositâ littora fronde tegit.
At comes invicti juvenis processerat ultro,
Raram sepositi quærere fontis aquam.

Imitatur autem Noster Virgilium Æn. I. ubi canit:

---- ---- verubusq; trementia figunt
Littore ahena locant alij ---- ----

ad quem locum Servius: *Ahena locant, inquit, quibus ut-*

rebuntur non ad elixandas carnes, sed ad se lavandos. Quod falso eò trahit tandem, ac si Heroicis temporibus non fuerint usi carne elixa. Hæc falsa esse ex hoc Valerij loco adparet. Ita enim omnes scribunt, qui allegatum Virgilij locum imitati voluerunt. Ovid. lib. I. Met.

Atq; ita semineces partim ferventibus artus
Mollit aquis, partim subjecto torruit igne.

Seneca Thyeste. act. IV.

Hæc verubus hærent viscera, & lentis data
Stillant Caminis: illa flammatus latex
Quærente aheno jactat. ---- ---- ----

Juven. Sat. XV.

---- ---- ---- *nec ardenti decoxit aheno*
Aut verubus.

Claud. in Eutrop. lib. II.

Quas figat verubus partes; quæ fusta calenti
Mandat aquæ —— ——

Quod item Noster. v. seq. ait:

Gramineis ast inde thoris discumbitur.

Item ex illo Virgilij esse videtur. Æn. VIII.

Hæc ubi dicta, dapes jubet, & sublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipse cubili.

Nonnus Dionysiacon libro. III.

—— ἐπ' αἰγιαλοῖσι δὲ ναῖεν
Ἀτρίτας ψαμάθοισιν ἐπιστρεψωτο χαμάδηις
Ἐσχεδόην μὴ δαῖτα.

v. 259. Quis Novus Incœptos Timor Impediit Hymenæos) Nuptiarum solemnia inter Jasonem & Medeam celebrata poeta enumerat: quæ ab Apollonio itidem ponuntur, sed postquam Minyæ ingressi fines Phæacum, sub ditione Alcinoi. Verba ejus lib. IV. v. 1128.

Αυτίκα δὲ κρητῆρα κεραστάμβοι μακάρεσσιν
Ἥ θέμις, ἐναρίοις ἐπιθώμια μηλ' ἱρύσαντες
Αυτουχὶ κάρη θαλαμήιον ἔντιον οὐλὴ
Αντῳ ἐν ἠγαθέῳ ——— ———

Item v. 1158 mox seq.

Κρέατα δ' εὐφύλλοις ἱστεμμένοι ἀκρεμόνεσσιν
Εμμελέως, ὀρφνῃ- ὑπαὶ λίγα φορμίζοντ-
Νυμφιδίαις ὑμέναιοι ἐπὶ πτολιῆσιν ἀειδῶ.

v. 263. DIRAMQUE PREMENS CLAMORE SOROREM) *Premere* verbum venatorium est, cum feram venator sequitur, magnoq; clamore canes urget. Virgil. III. Georg.

Ingentem clamore premens ad retia cervum.

Et Æn. I.

Aut spumantis apri cursum clamore prementi.

Verum quæ hîc Noster de adventu Colchorum, eadem Apollonius habet lib. IV. v. 303.

Κόλχοι δ' αὖτ' ἄλλοι μὲν ἐτώσιοι μαστεύοντες
Κυανέας πόντοιο δι' εκ πέζας ἐπέρησαν.

Et de Absyrto.

——— ——— τῇ δὲ Ἀψύρτ-
Ἀψυρτ- κόλχοισι θοώτερον ἀμφιβήσαν.

v. 865. NEQUE ENIM FUGIT ÆQUORE RAPTOR JUPITER) Respicit fab. ultimam Ovidii lib. II. Metam. Jupiter enim in taurum conversus, dum se juvencis Agenoris immiscet, in amorem sui, spaciantes in arenâ virgines pellexit, & cum singulis paulatim ludens, tandem Europam Agenoris filiam, insidentem sibi tergo, per mare in insulam Cretam detulit, ibique concubitu ejus est potitus.

v. 274. QUINQUAGINTA ANIMÆ ME SCILICET) Confer v. 43. lib. VII.

Quinquaginta Asiam (pudet heu) penetrarit Iason.

Exsic-

Exsulibus, meq; ante alios ut spreverit una
Una ratis, spolium ut vivo de rege reportet?

v.278. Primus Et Ecce Fero Quatioq; Hanc Lampada Vestro Coniugio) Ludit Absyrtus Amphibolià vocis *Lampadis*. Lampas enim & in bello & in solemnibus Nuptiarum usurpabatur. De bello habet Valer,lib.III.v.124.

Ecce gravem nodis, pinguiq; bitumine quassas
Lampada, turbatâ Phlegias decurrit ab arce.

De Nuptiis Varro de vita pop. Rom.lib.II. *Cùm à novâ nuptâ ignis in face adferretur, de foco ejus sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus adferret.* Præferebant autem facem in Nuptiis sive ad observandam antiquam consvetudinem,quod non nisi noctu dici novas Nuptas à Sponsis mos erat, sive in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestaverat,sive ut nova nupta ignem & aquam, quæ duo in vità maximè sunt necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aquâ quoque adspergi solebat, ut casta puraq; ad Sponsum duceretur. Atque hinc cagio locum Sratii. Papin.

Tuq; Actæa Ceres,cursu cui semper anhelo
Votivam taciti jactamus lampada mystæ.

Et Claudiani illud:

---- ---- *sanctasq; faces extollit Eleusis.*

Noster de utroq; lib.IIX. v.245.

--- --- *Ignem Pollux undamq; jugalem*
Prætulit ---- ---- ----

Fest.Pomp.lib.I. *Aqua dicitur à qua juvamur: aqua & ignu interdici solet, quam accipiunt Nuptæ videlicet, quia hæ duæ res humanam vitam maxime continent* Hinc apud Maronem Veneris comites sunt, *Aqua & Ignis* ut citavit Turn.lib.XX Adv.c.26.Ovid.II.Amor.

Ista viri captent si jam captanda probabunt
Quos faciunt Iustos ignis & unda Deos.

v. 285. DIXERAT: ITQ; ORANS ITERUM VENTOSQ; VIROSQ;) Sententia versuum horum perspicua satis, nisi v. 165. *Perq; ratis supplex vox remigis illa Magistros*, aliquomodo eam obscuraret. Quem proinde Clariss. Barthius infititium putat. Poeta enim rapidum commoti juvenis incessum designat, & nil nisi bella crepantem: Absurdum ergo videtur Magistros & Remiges supplices somniare. Nisi hæc ad Minyarum classem detorquere velis, quibus Absyrti vox supplex videri potuit, quandoquidem de eo Poeta dicit:

---- ---- *itq; orans iterum ventosq; virosq;*

v. 287. TORQUENT TRUNCIS FRONDENTIBUS UNDAM) remos intelligit rudi formâ ex arboribus fabrefactos. Vide lib. III. v. 565.

Jam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat &c.

v. 294 ULTIMAQUE AGNOSCUNT ARGOI CORNUA MALI) Antennas navium intelligit, quas cornua vocabant. Verg. III. Æn.

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Vide quæ superius ad v. 186. notavimus.

v. 305. PEDIBUS PULSANT TABULATA FREMENTES) Iratorum hic habitus est: manibus enim & pedibus furunt, subjectamq; terram insiliendo pulsant. Quod autem mox dicit *vibrataq; flammis Æquora*, ex v. 278. intelligi potest.

v. 314. QUICQUID ET ABSCISSUM) hoc est, quod jam intervallo maris longè à parentum furore sejunctum & omnino tutum sperabas. Ita hoc verbum apud Claudian. usurpatur lib. I. de raptu:

——Tri

——— ——— *Trinacria quondam*
Italiæ pars una fuit, sed pontus & æstus
Mutavere situm, rupit confinia Nereus
Victor, & abscissos intertulit æquore montes.

Silius Ital. lib XIV.

Impactum pelagus lacerate viscera terræ
Discidit.

Et Lucanus lib. III.

Curio Sicanias transcendere jussus in urbes
Quâ mare tellurem subitis aut obruit undis
Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras.

Quod autem dicit v. 318.

Haut ita sed segnis summo sedet æthere Iuno.

Ex illo Apollonii est v. 2. 4.

——— ——— τοῖσιν δὲ θεὰ τέρας ἐγγυάλιξε
Αἴσιον, ὥ κεν πάντες ἐπόψιμην ἰδόντες
Στείλειαν τὴν δ' ὦιμον ὁδὸν ἐυρ.

v. 323. VOLUCRUM GENS TURBIDA FRATRUM ERUMPIT) Elegans descriptio ventorum, Confer Virgil. lib I.

Talia flammato secum Dea corde volutans,
Nymborum in patriam, loca fœta furentibus
Austris
Æoliam venit, hic vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

Quod autem dicit Valerius v. 330.

——— ——— *jamq; omnis in astra*
Irq; redit q; ratis, lapsoq; reciproca fluctu
Descendit, trahit hos vor. ex ——— ———

Iterum eleganti navis fluctuationem circumloquitur periphrasi. Ita enim navis apparet inter æstuantes maris fluctus, & mox in altum, mox in profundum vadit. Confer illud Silii ult.:

--- ---- veniensq; â rupe procella
Antennæ immugit, stridorq; immite rudentum
Sibilat, ac similem monti, migrante profundo
Ductoris frangit super ora trementia fluctum.

v. 342. JUNGAM IGNIFEROS SINE CARMINE TAUROS) Stirus se iterum tauros juncturum gloriatur absq; veneficiis, quos Medea antea ope Magiæ solverat.

v. 355. ITE RATES ET FRANGITE VIRGINIS UNDAM) hoc est, Tempestatem maris, quam Medea videbatur veneficiis concitare. Quæ Metonymia est Rhetoricis.

v. 364. NULLA POTEST AUT ULLA VELIT) Naufragium Stiri, primi Medeæ Sponsi describit, quem naufragio tandem coactum, virgine cessisse dicit: Elegans phrasis est, virgine cessit, Er hat den Korb bekommen. Cum audaculus quis, divitiarumq; & generis altioris plus nimio appetens, cum pudore spe desiderati cadit corculi: Quo dolore nullum majorem ajunt esse, qui experti sunt:

Non tangat talis pectora nostra furor.

Lego autem cum Sabellico:

Nulla potest haud nulla velit ---- ----

Dicere enim voluit, omnes quidem voluisse, nullam potuisse. *Haut nulla*, id est, nulla non. Cæterum quod Noster de casu Stiri, de Absyrto fratre Medeæ Apollonius habet, qui Sororem clasſe persequens, ab illâ miserrimè interfectione datus est, solutâ Magiæ promptitudine, quam Jason flagitarat. Habes lib. IV. v. 455.

——— ——— ——— ὁ δ' ἐς λέχος ἦκεν Ἰήσων

Δίγαμβος ἄψυρτόνδε κῶας ἐξωΐσσας ἑταίρους

Et mox v. 405.

Αὐτίκα δ' Αἰσονίδης πυκινοῖο ἐπᾶλτο λέχοιο

Γυμνὸν ἀναχόμβῳ παλάμῃ ξίφος &c.

v. 377. Cum Socii) lego: *Cùm sociis*: Dicit enim unam ibi Absyrti ratem superstitem cladi non pervæ consedisse, deinde socios accessisse. Unde enim classis mox nominetur, si non plures quam una navis fuissent, eaque obsidens Minyas? Apparet igitur vitiosè etiam distinctionem v. 375. post vocem *Ratis*, positam.

v. 395. Nec Martę Cruento Europam Atqe Asiam) Significat Poëta raptu Medeæ primitus Europam atq; Asiam esse commissam, primamque exinde ortam belli causam. Inde testatur Herodotus lib. I. *Primam belli facem inter has partes mundi, Medeam fuisse scribens, quæ ab Jasone rapta fuit.* Ejus enim exemplum Alexandrum fuisse imitatum vicesq; reddidisse ait.

v. 402. Duleisq; Movent Primordia Tædæ) Sponsalia intelligit inter Jasonem & Medeam, quæ à Panormitano *præambula Matrimonii*, ab aliis *spes Nuptiarum* vel *conditiones præparatoriæ* appellantur. Græcis μνηστεῖαι dicuntur à μνάομαι, quod est præparare vel providere. Instituit autem illa Medea clam parentibus, ut ex superioribus liquet. A Sponsalibus autem illis, Sponsa μνήστη *vocabatur*, Sponsus μνηστής. Ita Maria appellata, antequam à Joseph ducta esset. *Matth. 1.* μνηστευθείσης τῆς μητρὸς τῆς Μαρίας &c. Νυμφίος autem & Νύμφη dicuntur, quando Nuptiæ fiunt, & quamdiu durat solemnitas ista: teste Scholiaste Aristophanis in Plut. Quæ vox quoq; *Ioh. V.* usurpata legitur. Hinc Suidas Νυμφίου βίου citat Proverbium: *Vos quidem Sponsi vitam vivitis.* Unde & Festus Vo-

cem *Nuptam* deducit, unde & Νυμφίδιος θάλαμος Sponsalis seu genialis lectus. Et *Nymphæum*, domus erat amplissima Constantinopoli, quam Leo Magnus Imperator ædificavit, nomine ex eo indito, quod ibi Nuptias celebrarent, qui ædes proprias non haberent: *teste Zonara tom. III. in Leone.* Tempus autem post contracta Spansalia & celebratas Nuptias Græcis est γάμος. Unde patet hæc tria μνηστεῖαι, νυμφεῖον, γάμος, quasi gradibus quibusdam & tempore distingui. Quam differentiam etiam ad amussim observavit vetus Autor D. Andreas Hierosolymitanus Mariam introducens Gabrieli Angelo respondentem: ἄπειρος συγχάνω γάμε μεμνήσθαι μοι, ἀλλ' ὑ νενύμφωμαι μνησῆρα κόρον, ἀλλ' οὐκ ἄνδρα τὸν Ἰωσὴφ ἐπίσταμαι Σώνηρ ὁ μνηστὴς, ἀλλὰ οὐ σωάνδρος. Dicuntur etiam Sponsalia *Matrimonium futurum* hoc eodem libro:

quanquam Oenotriis cum Regibus ires
Sola tamen nec coniugij secura futuri.

Ovid. in Epist. Acontii ad Cydippen:

Improbe tolle manus quam tangis nostra futura est.

Item:

Tu mihi promissi parte futura thori.

Hinc FUTURA UXOR in Epitaphio quodam, quod in Betica extat nominatur. Verba sunt: C L. CORNELIO SUMANO CL. AURELII. SUMANI F. SUM EGO JUSTINA UXOR FUTURA, FIUNT ET HÆC LIBENTER ET QUOTIES POTO, TOTIES PROPINO, ET QUOT POCULA SUMIT SUMO, QUONDAM VIXIMUS CONCORDES: CONJUX. Sed & Conjugium Pactum Sponsalia appellata sunt apud illos, qui Latinè & non barbarè scripserunt. Tacitus de Claudio Cæsare C. Pompeio & Q. Veranio Coss. Pactum inter Claudium & Agrippinam

pinam Matrimonium jam fama jam illicito amore firmabatur. Necdum celebrare solemnia Nuptiarum audebant nullo exemplo deducta in domum patrui fratris filia. Ita Acontius Cydippæ:

Conjugium pactamq; fidem non crimina posco.

Juvencus de Sponsalibus Mariæ & Josephi.

Accipe conjugium nullo cum crimine pactum.

Pacta puella Sponsa intelligitur Symmach. lib. VII. Ep. 20. lib. IX. Ep. 40. Arnob. lib. IV. *Habent sponsatas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas.*

v. 408. SED MISER UT VANOS, VEROS ITA SÆPE TIMORES) Nil magis adfectibus subjacet quam inconstans ille amoris ignis, ideoque inter spem & metum amantes æstuant, utpote semper in dubio versantes, an verè & sinceriter redamentur ab amasiis, quæ unica illis cura unica sollicitudo est. Hinc Medea de amore Jasonis subdubitans, subinde Jasonem compellat. v. 413.

--- --- prior occupat unum
Æsoniden longeq; trahit --- ---

Et v. 419.

---- --- vereor fidissime conjux
Nil equidem, miserere tamen promissaq; serva.

Morem hunc amatorum describit Jul. Pollux lib. IX. Τὸ δὲ πλανᾶσθαι οἱ ἐρῶντες, ἢ ἐρῶσαι ἔοικεν. κοιλαίνεται μὲν οὖν τὸ κρεμαστὸν, καὶ τὸ σίσυρον ὦ κυπαιβαι καλεῖσιν οἱ πίτθαι, ψυχαγωγῶσαι τὰ δυσυπάγωγα τῶν παιδίων. Ἀλλὰ καὶ τὰ τῆλεφίδας καλούμενα φύλλα ἐπὶ τὰς σβάτας ἀφῆ τῆς λαμπάδος ἀκτύλους, εἰς κύκλον ἐμβαλόντες, ἐπιθέντες τῷ κέντρῳ τῆς ἑτέρας χειρὸς ἐπικρούσωσιν· εἰ κτύπον ποιήσει σύντροχον ὑποχωρήσαν τὸ πλαγὶ τὸ φύλλον, μεμνῆσθαι τῆς ἐρωμένης αὐτῶν ὑπολάμβανον.

v. 435. NEC SPES ULLA SUPER) Super pro Superest. Sic Virg. III. Æn.

O mihi

O mihi sola mihi super Astyanactis imago.

Sic Græci dicunt eleganter μίξα pro μίγνυσι, πάσσω pro πάττω. Quæ Apocopæ illis aliis etiam usitatissima, ut pro δῶμα ponant δῶ, pro κρῖμα κρῖ pro μάθημα μά &c. quod superius notavi.

v. 444. DOMINUMQ; PATI) *Dominum pati* dicitur, quæ invito fert animo potestatem superiorem. Ita regnum pati apud Senecam Thyeste, ubi Thyestes pertæsus periculorum, regium culmen sequentium, introducitur dicens:

Immane regnum est posse sine regno pati.

Sil. Ital. lib. XIV. de filio Hieronis:

Caligare alto in solio nec ponderare regni
Posse pati --- --- ---

Seneca Epist. V. Divitias pati non posse infirmi animi est. Claudian:

--- --- Et qui sub jure negasti
Vivere Cæsareo porro procede sepulchro.
Eutropium passure Cato. Idem:
Illas inferius collo, præceptaq; summæ
Passuras Domina, dignâ statione locavit.

Ausonius Panegyrico; *Consul ego Imperator Auguste, munere tuo non passus septa neq; campum, non suffragia, non puncta non loculos. &c.* Stat. Thebaid. I.

Tunc quoq; mulcentem dictis corda aspera Regem
Jam faciles (ventis ut concertata residunt
Æquora, laxatisq; diu tamen aura superstes
Immoritur velis) passi subiere penates.

v. 449. FUGIT INFESTOS VIBRANTIBUS HASTIS TERRIGENAS) Milites è Cadmi dentibus oriundos intelligit, de quibus lib. VII. v. 504.

Tum

Tum me non tauros iuvet evasisse, ferosq;
Terrigenas.

Quod autem porro dicit. v. 451.

Si Pagasas vel Peliacas hinc deniq; nubes
Cerneret, & Tempe viridi lucentia fumo.

Cum illo convenit quod v. 421.

——— promissaq; serva
Vsq; ad Thessalicos tantum cannubia portus
Inq; tua me sperne domo — —

v. 457. Vel Orbatæ Traherent Suspiria Vaccæ) Ridiculum videtur ferali & terrifico Luporum & Leonum clamori vaccæ imbellem mugitum subdere, in exprimiendâ præcipuè insaniâ Medeæ furentis. Quod ergo Maserius hîc substituit pro vaccæ *baccha* libentius amplector. Facilè enim literarum adfinitate locus hic corrumpi potuit. Barthius quoq; hanc vocem nauseans legit *Hyana*, cujus truculentia feracissima est, cum orbatur catulis, ut omnium ætatum Scriptores testantur. Orus præcipuè lib. II. Hierogiyph. Angerius Busbequius & alii.

v. 464. Mœstus At Ille Minis Et Nota Colchidos Ira) Tristiciam & metum Jasonis ex Medeæ minis ortum, narrat & Apollonius lib. IV. v. 392.

Ὣς φάτ' ἀνιάζουσα Καρὶ χόλον, ἵετο δ' ἦμαι
Νῆα κατὰ φλοῖσβον, ἅλις δ' ἐμπίδα πάντα κέασαν·
Ἐν δὲ πίσειν αὐτὴ μελεδὼ πυρὶ πῖα δ' Ἰήσων
Μειλιχίοις ἐπέεσιν ὑποδδείσας ἀγορείην
Ἰχνεο δαιμονίην ——————

Videtur autem ordo horum versuum, librariorum incuriâ turbatus nimium. Si enim eo modo legas, quem Carrio expressit, sensus non facilè apparebit. Versum ergo qui nunc est 460. *Quid dubitas?* facies v. 463. & inde exemptum post *Palladiâ virgo stetit altera*

prorâ: constitues. Et sermonem Medeæ finies hoc versu:

Quid dubitas? heu dure siles? magnumq; minatur.

Sermo enim furentis est, ideoq; abruptus, more Valerio usitato. Cæterum Responsio Jasonis non plena videtur v. 468.

Mene aliquid meruisse putas? me talia velle?

Leges tamen ob meliorem sensum pro *Meruisse*, *metuisse*. Nam ad verba Medeæ respicit, ubi eum ita adfata est:

Nec spes ulla super, quin tu mea respice saltim
Consilia, & nimio comitum ne cede timori.

Ad quæ hæc est Jasonis responsio:

Mene aliquid metuisse putas?

Nihil hoc certius!

Ultimum autem facit Catrio autoritate Codicis sui. Conjectura ergo est omnino non vana, Poetam morte præventum ultra libri IIX. fragmentum nihil scriptum reliquisse. Ut vel hoc nomine verum sit Quintiliani de Valerio effatum: *Multum nos in eo amisisse*. Complementum ergo *Baptistæ Pii* non agnoscimus, qui librum X. & XI. Codici Valeriano addit. Sunt enim ex Apollonio conversi, nec ad Generosum Valerii nostri Spiritum adsurgunt.

EXPLICIT

Anno

ChrIstVs aDIVtor MeVs est VbIqVe.

Meliori Valerii Intellectui plurimum commodare arbitratus sum Catalogum Argonautarum, prout à diversis Scriptoribus relinquitur. Quem proinde sic habe.

Argo

Argonautarum Nomina secundum Orpheum.

Orpheus,
Castor,
Peleus,
Æethion,
Iphiclus,
Phalerus,
Aglaus,
Hercules,
Pollux,
Æthalides,
Actorides,
Butes;
Iphitus,
Arcius,
Tiphys,
Mopsus,
Eurytus,
Euphagus,
Canthus,
Leodocus,
Iphidamas
Erginus,
Polyphemo
Actorion,
Telamon,
Oileus,
Admetus,
Anceus,
Amphion,
Calais,
Iason.
Periclimenus,
Amechiste-us,
Meleager,
Eurydamas,
Lynceus,
Menetius
Cepheus,
Tenaricus,
Augias,
Zetes,
Hylas.

Argonautarum Nomina secundum Apollonium.

Orpheus,
Iphiclus,
Echion,
Mopsus,
Canthus,
Telamon,
Phalerus,
Calais,
Idmon,
Lynceus,
Amphidamas,
Augias,
Eurytion,
Asterion,
Admetus,
Æthalides
Eurydamas,
Eribotes,
Clytius,
Peleus,
Tiphys,
Arcius,
Hylas,
Pollux,
Idas,
Cepheus,
Hercules,
Asterius,
Erginus,
Polyphemo
Eurytus,
Coronus,
Menatius,
Oileus,
Iphitus,
Butes,
Phlegas,
Leodocus,
Naupliius,
Castor,
Polyphemus,
Periclymenus,
Palæmonius,
Calais,
Iason,
Laocoon,
Iphitus,
Acastus,
Iphiclus,
Zetes,
Argus.

Argonautarum Nomina secundum Valerium Flaccum.

Telamon,
Tolaus,
Iphitus,
Amphion,
Nauplius,
Amphida
mas,
Nestor,
Periclyme-nus,
Phalerus,
Menatius,
Erginus,
Canthus,
Zetes,
Iphiclus,
Acaestus,
Hercules,
Leodocus
Euphemo,
Clymenus
Oileus,
Anceus,
Mopsus,
Phleas,
Pollux,
Æthalides
Iphidamas,
Meleager,
Eribotes,
Ancæus,
Castor,
Eurycus,
Admetus,
Iphius,
Cepheus,
Lynceus
Orpheus,
Tiphys,
Iason.

Antolycus, Phlogius Deilion, apud Thermodontem se Argonautis adjungunt cum Idmon, Tiphys & Hercules decessent.

Refer hæc ad Comment. lib. I. v. 356.

Nata-

Natalis Comes Mythologiæ lib. VI. cap. XIX. ex omnibus contrahit syllabum peculiarem Nauzarum, & qui Jasonem in Colchidem secuti sunt. Qui quid de aureo vellere sentiat, & quomodo Mythologicè illud exponat, adeas ipsum. Suadas hanc historiam allegoricè intelligendam ait de arte illâ, quam χημείαν Græci vocant, aitq; abstulisse Jasonem Regi Colchorum librum in membranâ pelliceâ scriptum de conficiendo per χημεῖαν auro. Strabo lib. X. ait ex Caucaso monte fontes multos manare, qui habent aureas arenas, quas accolæ villosis pellibus in aquam positis colligent, atq; inde natam fabulam. Verba ejus hæc sunt περὶ τούτων (De Colchis loquitur) δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους ὑποδεχομένους δ' αὐτοὺς τοὺς βαρβάρους φύτναις καπετοειδέσιν, καὶ κωδωτοῖς δοραῖς ἀφ' ὧν μεμυθεῦσθαι καὶ χρυσόμαλλον δέρας. Vide Hyginum fab. CLXXXIIX. Ita Navigatio Colchorum per Cyaneas petras de virtutis itinere accipi potest. Cyaneæ enim petræ vitia adumbrant. Euphemus, (de quo & Apollonius) mentem sive rationem humanam: Colussba prudentiam. Navis corpus nostrum; & littora mundum & homines figurant.

FINIS

COMMENTARII IN VALERIUM FLACCUM.

Psalm CXV.

Non nobis Domine, non nobis, sed Nomini Tuo da gloriam.

LUDOVICI CARRIONIS BRUGENSIS CASTIGATIONES IN PRIMUM LIBRUM VALERII FLACCI.

SI Cymeæ, *omnes legunt*: Si Cumee, *quod verbum non temerè rejeciſſem, niſi me veterum librorum conſenſio aliò impuliſſet. Nam & in 6. Æneidos Virgilianæ*; Talibus ex adito dictis Cumea Sibilla. *& in Ecloga 5. ejuſdem.* Ultima Cumei venit jam carminis ætas. *Codices ad unum omnes calomo exarati ſcriptionem Græcam in vocabulo* Cymeus *retinent, niſi quòd in altero quodam* Cimei *more Latino ſcriptum reperi. Huc adde, quòd in tribus libris veteribus Iſidori, ubi poſterior ille Virgilii verſus citatur, non aliter quàm* Cymæus *legatur: cùm tamen alias, idem Grammaticus vocem,* Cumeus, *non recitat, quare & hîc & apud Virgilium, antiquitatis rationem habendam exiſtimo.*

Namq; poteſt *Variant hîc & rypis excuſi & calamo exarati codices; quorum hi,* potes; *illi vero* poteſt; *nonnulli* potens *habent. Si* potes

receperis, sensus erit ; Fave, namq; potes : sin verò poteſt, *referendum erit ad Domitianum : & id verisimilius est, putavi aliquando legi posse (quod tamen à veteribus libris abest.)* Namq; poteſt, Solymoque nigrantem : *quam conjecturam cùm cuidam amico ostendissem, is ut suam in sua Conlectanea retulit.*

Ille tibi. *Ita codex manuscriptus: alii,* illa tibi, *cod. verò utraq; lectio recedit. Nam, ut Grammatici meminêre, sæpè non ad vocem, sed ad rem fit relatio, sic infrà :*

fratrisq; paventi
Progeniem, divûmque minas : hunc nam foro regi
Exitio, &c.

Quæ post me alius in sua Conlectanea pro suâ conjecit.

Elice. *vet. cod.* Helice, *quam lectionem, quia in omnibus veteribus monumentis constantem reperi, retinendam censui.*

Et sidon. *vet. cod.* Et sydon. *Invento autem antiquos hac littera frequenter pro* i, *frequentius etiam pro* v, *usos esse. Sic suprà,* Cymeæ, *pro* Cumeæ : & Idymen, *pro* Idumen. *Sic* Chiron & Chyron, Phrixus & Phryxus, lacrymæ & lacrimæ, *scriptum observavi : qua in re veteribus libris adhærendum censeo.*

Hæmoniam *ita liber calamo exaratus. Alii,* Æmoniam, *prior scriptura magis cum antiquitate*

tate congruit. Aliquando etiam sine Diphthongo scriptum comperio.

Frenabat. *sic vet. cod. nec aliter omnia vetustatis monumenta.*

Illius omnes. *quidam* amnes, *reclamante & scriptorum & vulgarium codicum fide legendum affirmant: ego, cùm hæc lectio tolerari possit, nolim aliud verbum ex ingenio substituere; tametsi locus hic mihi suspectus est.*

Clausus hiatu. *ita vetus cod. reliqui omnes,* Clusus hiatu.

Tranquilla tuens. *Sic hunc locum mutavi ex auctoritate libri manuscripti, non quòd legebatur,* tranquilla tumens, *planè absurdum erat: quæ in sententia etiam Turnebum posterius fuisse video.*

Annue, daq; animum. *ita vet. cod. Lugdunensis verò, Parisiensis vetustior, Parisiensis recentior, Venetus, M. Fontii, Argentoratensis (iis enim impressis in hoc castigando usus sum) legunt,* datq; animum, *malè.*

Audisti, aufugerit. *Sic in libro manuscripto: in aliis omnibus,* audis, effugerit, *prius malo.*

Meque assiduis. *Ita vet. cod. omnes autem vulgati:*

Laceta assiduis namque illius umbra. *In hac vetusti codicis à vulgata lectione discrepantia, cum lectori suum judicium reliquissem, quidam nuper in Conlectaneis suis priorem scriptu-*

ra è veteri meo libro (quem tamen nusquam nominat, sed ut suum adducit) desumtam, pro nova attulit.

Dabat hesterno. *Cur hesternum vocat? an quòd pridie mixta venenis miscuisset? an* externo *legi debet, quod liber manuscriptus agnoscit?*

Inmania. *Ita vetus codex, ut immensus, inmunis, & his similia, quæ suo loco annotabimus.*

Sic tandem. *Monuerunt jam pridem alii non legendum hîc* sectantem, *quam lectionem hodiè scripti libri, Bononienses, & omnes deniq; vulgares retinent: sed* sic tandem, *hoc etsi quin verum sit, nemo sanus dubitaverit, (neq; enim quid ex alio sensus elici possit, satis video,) optarim tamen eam lectionem ab antiquo aliquo exemplari confirmari.*

Aut curru ut. *omnibus vulgatis in libris locus hic corruptus est: quidam pro* creditus, *legunt* Triptolemi, *sine ullo sensu: alii aliter: æque tamen vitiosè hæc autem germana & vera lectio est:* aut curru ut sævos, *&c.*

Sola animos. *vulgati omnes,* animum.

Animi incœptum. *ita vet. cod. alii,* animi incertum. *Sic Terentius Hecyra:* Fecit animi ut incertus forem. *Sic apud Lucretium:* Nec me animi fallit. *Sic apud Comicos:* Excrucior animi. *Talis etiam horum verborum variatio est in illo Virgilii lib. 6.* Quale per incertam lunam. *cum nonnulli libri* incertam, *alii* incœptam *habeant.*

Æthe-

Æthera cæruleum. *Sic liber calamo exaratus: reliqui omnes.* Æthere cærùleum quaterer cùm Iuppiter imbrem. *quod apertè suppositititium est. Admirabilis autem est omnium veterum librorum, quos hactenus videre licuit, error; si modò error dicendus est, quòd ymber, non imber, scribant. cogitet lector.*

Thespiaca ad. *Vulgati ad unum omnes,* Thespiaca &, *malè.*

Exit in umbras. *Sic hunc locum mutavit Sabellicus. In eod. vet. & omnibus vulgatis legitur,* exit in undas. *quod propter summam librorum consensionem rejicere non potui.*

Omnis avet. *Bononiensis, Venetus, & calamo exaratus,* omnis avet: *alii,* omnis abit. *prius magis placet.*

Forma *vet. eod.* Fama. *quod malo.*

Hos stimulant. *Ineptè in vulgatis exemplaribus legitur,* hos stimulat. *neq; enim ad Junonem, sed ad Faunos referendum est: sic & liber manuscriptus habet. & ubi alii* limine, *ibi* lumine; *ubi* illatis, *ibi* elatis *legendum est.*

Arcadio. *vet. cod.* Archadio: *& suprà,* Archas, *& ubiq; aliàs.*

Cujus armata. *quidam causantur heptimimerin: vetus cod.* cujus flammata. *Si quis tamen malit legere,* armata. *eo quòd magis esse Poëticum. & propiùs ad illud Virgilianum;* ferroq; armare venenum; *accedere videatur, cùm illo non decrevi contendere.*

Velit ille. *Quædam exemplaria*, velut ille, *vetus verò Parisiense & manuscriptum*, velit ille, *ut ut legeris, sensus est apertus.*

Dextera nondum. *Vet. cod.* dextera non dum, *disjunctim, & ita scribendum esse etiam alii docuerunt.*

Inviti torsissem. *Licet maximam vim habeat, quòd se vel invito Jove, Juno fulmen torturam fuisse jactet; magis tamen, nescio quo pacto, mihi placet, si legatur* invicti, *cum veteri codice: quanquam alia etiam lectio contemnenda non est.*

Hunc quoque. *Omnes libri, præter Parisiensem & veterem codicem, hic vitiosi sunt, legentes* Nunc quoque, *pro* Hunc quoque, *id ex affinitate literarum evenit.*

Lamna. *Quidam nuper in veterib. libris semper* Lamma, *non* Lamna, *legi admonuit. Ego contrà nunquam* Lamma, *sed semper* Lamna *invenio.*

Ut longo, *ita vetus cod. alii*, longè, *prius placet.*

Hîc sperata sedens. *Vet. cod.* Hîc insperato. *Si cui tamen prior lectio magis arriserit, per me ea fruatur licet; dum modò quod sequitur,* Corripit, illa sedet, *malit, quàm* Corripuit, silet hæc. *Ego sanè suspicor verbum* sedet *ab imperito nescio quo legente,* Hîc insperata, *è tertio versu huc translatum esse.*

Dotoq;. *Videndus hîc Jo. Pierius in nonum*

Vir-

Virgilii Æneid. & legendum cum vet. cod. lætataq; fluctu: *non cum vulgatis,* jactataq;.

Viridiq; thorus. *hanc lectionem liber calamo exaratus, & plerique veteres recipiunt, & magis mihi probatur, quàm alia illa,* viridi totus, *tametsi non ignorem, olim in nuptiis ignes ex lauro virenti fuisse adhibitos.*

Rhœtus. *Vet. codex,* Rhetus. *Turnebus putavit non solum hic, verum etiam in omnibus aliis Poëtis legendum esse* Rhœcus, *idque ex Æliani variæ historiæ lib.* 13. *cur ego contranitentibus omnibus veteribus libris non assentior, & citius in Æliano, quàm in infinitis ferè Poëtarum locis vitium esse concessero, idem tamen aliquando Pierius ex Interprete Callimachi suspicatus est.*

Atracia. *vetus cod.* Extracta, *malè. Nam Hippodamia etiam Ovidio Atracis & Atracia appellatur.*

Hac Peleus. *ita vet. cod. alii.* Hic Peleus, hic ense furens, *quæ lectio an melior sit, videat lector.*

Peragit Clanis Actora. *Variè hic locus legitur, nec sat scio an ullo in libro non vitiosè. Aldinum exemplar habet,* Peragit Clytus antora; *reliqui vulgati codices,* Peragit Clarus Antora. *vet. cod. ut excusum est. Sed hac de re latius in nostro, quem in hunc Poëtam scripsimus, commentario.*

Acclinisque *ita legendum manuscripti libri*

docent, nec ferè aliter omnia antiquitatis monumenta habent.

Num sæviet. *Quidam libri*, Nunc sæviet. *Alii*, non sæviet *ut Sabellicus legit: codex vetus*, Nunc sæviet. *quod placet.*

Fixam gerit. *ita vet. codex. alii omnes*, fixam erigit. *certè plenior oratio est, si* gerit, *quam si* erigit, *legas.*

Pelagum quantos. *Omnes ferè nostri temporis Grammatici, dum asserunt pelagus virilis esse generis, hac falsa Valerii auctoritate suam fulciunt opinionem, cùm tamen in vet. cod. legatur*, Pelagus quantos, *nec apud alios aliter reperiam.*

Quas referam. *ita omnes vulgari: vetus verò cod.* Quam referam.

Fraternæ si des accedere. *Hunc versum alii aliter legunt. Ego sanè lectionem, quæ mihi maximè Valeriana videbatur, elegi.*

Thetidique juvencum. *Vetus cod.* juvencam. *Hoc tametsi & Turnebus (quem omnium Gallorum doctissimum fuisse, Adversaria nuper edita facilè convincunt) & ego admonueramus; alius tamen vi novum & à nemine antèà observatum, è veteri meo libro in sua Conlectanea retulit.*

Mens tamen. *ita vet. cod. & antiquiores excusi: alii verò*, Mens tumet. *quam Fugentini emendationem esse suspicor.*

Longa Minyas. *ita vet. cod. Alii.* vates Minyas.

nyas. *Nec est dissimulandum, in veteri libro semper scriptum esse* Niniæ, *non autem* Minyæ.

Pallore viris. *sic liber calamo exaratus, & uterq; Parisiensis. Alii omnes,* Pallore oris.

Monitu pernoscere. *Sabellicus, cùm hîc legeretur,* prænoscere omina *censuit legendum,* pernoscere omnia, *ineptè. Simile quoq; vitium in versus Tibullianos irrepsit.*

Illa sacras pueri sortes ter sustulit; illi
Rettulit è triviis omnia certa puer.

quos ita lego:

Illa sacras puero sortes ter sustulit, illi
Rettulit è triviis omina certa puer.

Nec virum doctissimum, qui contemta & veterum & vulgatorum librorum auctoritate legit, Rettulit è trinis omnia, *audiendum existimo. Nam sive loquatur de loco, ubi dabantur per sortes oracula, in Fortunæ templo. (Sortes autem manu pueri versabantur, ut est apud Cicer. 2. de divinatione lib.) sive significatur locus, ubi sortes versabantur ad Lunam; lectio convenit. Fortè eodem spectat versus Propertii lib. 1.*

Sæpè illa immeritæ causata est omina lunæ.

Aëra pennis. *ita vetus codex: reliqui omnes,* aëra pinnis.

Quandoq; datur. *Aliter vulgati, nimirum.* Quantisque datur, *malè.*

Procul ostentabat. *Vet. cod.* ostendebat. *Alii,* ostentarat.

Omnibus inde via. *sic vulgati. Vetus cod*

inde magis. *Sic infrà, ubi alii,* deduxêre, *ibi vet. cod,* diduxere, *atq; ita ferè ubiq; legitur.*

Cœperat à gemina. *Hanc lectionem veteris cod. servavi, renitentibus Sabellico & Gisanio, qui,* discedere, *legendum putant. Carminis autem sententiam alibi ostendam.*

Nequiquam. *Vocem hanc cùm alii Lucretio, aliisq; auctoribus restituissent; ego quoq; primus Valerio multis in locis ex vet. cod. reddidi.*

Chaoniiq; vides. *Hunc versum, qui in omnibus libris hactenus excusis illum sequitur,* fidens superisq; mihiq́ue, *huc transferendum curavi sequutus veterem cod. Miror certè neminem id animadvertisse, ne ipsum quidem, qui hos versus propè tacitus præterit, interpretem.*

Incertus. *Alii legunt,* i certus; *vetustiores,* incertus, *quid si legamus,* i incertus?

Mitte metus. *ita vetus codex. Vulgati omnes,* Mitte manus, *per manus, manuum in cœlos extensio significatur.*

Hærent. *ita vetus cod. & omnia antiquitatis monumenta, non sunt ergò audiendi, qui propterea quòd* heres & hereditas *sine Diphthongo scribantur; etiam* hæreo *ita scribendum putant.*

Obruat Ideam. *Alii* obruit, *prius elegantius judico.*

Raucos ad litoris. *ita vet. cod. Alii,* paucos ad litoris, *ut inter se opponantur* paucos & quotiens; *mihi tamen vetusta lectio magis placet.*

Pon-

Pontumque polumque. *Omnes vulgati,* Pontúmque Cretámque. *In quo versu explicando plerique minorum gentium, ut ita dicam, Grammatici insigniter alucinati sunt, quorum somnia, quid attinet, commemorare? certè nemo omnium hactenus ex hac difficultate se expedire potuit: nunc verò apertus est sensus, & cum veteris cod. lectione omnino conveniens.*

Cratera minantem. *hîc etiam nodus fuit egregio vindice dignus; cùm alii* Nysantem, *alii* Mimantem, *legerint: quem adjutus à veteri codice dissolvi. Est autem imitatus Virgilium lib. 3. Georg.*

Bacchus & ad culpã causas dedit; ille furentes
Centauros leto domuit Rhetúmq, Pholúmq,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantẽ.

Leviore Tolum. *Sic libri vulgati & manuscripti, sed cùm nusquam de Tolo legatur, libenter hac in parte subscribo Sabellico & cod. Lugdunensi, qui legunt* Pholum: *præsertim cùm & Æson & Pholus illi bello interfuerint. Originem vitii hanc fuisse existimo; cùm scriptum esset,* Folus *pro* Pholus, *(veteres enim promiscuè f, & ph, utebantur. Sic enim in Pandectis Florentinis* triumfator *pro* triumphator, *sic infrà* sulfur *pro* sulphur, forcus *pro* phorcus *legitur) fuerunt, qui non f, sed t, esse arbitrarentur. (Nam in veteri meo codice forma hujus literæ quàm simillima est literæ f,) & Folum in Tolum permutârunt.*

Tol-

Tollere remo *ita omnes tàm prelo quàm calamo expressi libri: & sic infrà etiam locutus est. Turnebus tamen putavit legendum*, Pellere remo; *quod non temerè admiserim.*

Deis ut dent nostro. *Basilienſis editio cum aliis excusis*, Deis video nostro. *Alii illum ineptum sonum vitantes legerunt*, Deis videam nostro, *sine ullo sensu, melior est lectio vet. cod.* vota Deis ut dent. *ait enim tale, quid se à Diis optâsse, & optatum tulisse.*

Solverat amplexu. *ita vet. cod. Alii omnes*, Morantis solverat amplexus.

Cristatus gemino. *Cur Valerius Cometam Cretæum, ut vulgati omnes, aut cur Clevæum, ut Maserius alucinatur, vocat? certè non video. quare servavi vet. codicis lectionem. Si quis alteram priorum malit, & solidam rationem attulerit, cum illo non pugnabo.*

Iphitus. *Male Lugdunenſis, Argentoratenſis, & Parisienſis*, Iphirus; *cujus nec Apollo jus, nec Orpheus, nec ullus deniq; alius Poeta meminit. Hic verò Naubuli filius fuit: sic enim vet. codex, non Naubolum vocat.*

Sudantem pondere. *cùm in utroq; Parisienſi & Veneto legeretur*, sudantem, *vitio librarii Argentoratenſis irrepsit*, sundantem. *Id observans Gryphius, & qui eum secuti sunt, temerario quodam castigationis genere substituerunt*, sundantem pondere, *quod jam omnibus vulgatis codicibus turpissimè inharet.*

At fra-

At frater. *Vulgati omnes*, At frater plenior annis,

Maluit Anchæos vellus cõtingere Phryxi, *Cui versui vitium subesse suboluit etiam Turnebo, qui legendum putabat*, Maluit Anchæo. *quan quam quid sibi hic vellet Poëta, parùm visus est intelligere, nisi ego ejus interpretationem parùm assequor. Vet. cod.* plenior actis Maluit Ancæo, *&c. quod apertè verum est.*

Hic vatis. *ita vetus cod. Alii omnes*, Hic vates. *Sic infrà vet. cod.* palla imos ferit ima pedes. *ubi vulgati*, palla imos ferit alba pedes.

Inclitus. *sic liber calamo exaratus. Alii*, inclytus. *quidam etiam*, inclutus, *eadem varietate, qua* lacrumæ, lacrymæ, & lacrimæ, *scribitur.*

Hinc Butes Actæis. *Aliter omnes vulgati*, Huic Butes Attæis. *Sic infrà, ubi alii* Himetton, *ibi vetus codex*, Himeton.

Ter quater. *Etsi quotquot vidi antiqua exemplaria, hoc in loco consentiant legendo*, Te quater; *minus tamen & mihi & doctioribus id poëticum videtur: &* ter quater, *legere malim, si à veteri cod. aliquo hac in opinione confirmarer.*

Phlias. *vet. cod. hic mendosi sunt, qui legunt* Pelyas. *neq; enim is inter Argonautas aut ab Apollonio aut ab Orpheo recensetur; cùm* Phlias *ab utroq; nominetur.*

Portat cælataq;. *Vulgati omnes*, portat celer ac-

ler aëra: *Maserius*, celer insita: *Vetus cod.* portat cælataque, *optimè.*

Sed non Iphi. *Nam is in bello, quod Æetes contrà fratrem gessit, occubuit, ut dicitur libro septimo, ubi Jason queritur eum occidisse. Quódque meus* (inquit) *vestris pro mœnibus Iphis. Plerique, inter quos Philippus Eugentinus, putârunt legendum,* sed non Iphitus. *(sic enim omnes codices, præter Parisiensem & calamo exaratum, habent.) nec viderunt se syllabam natura brevem, constituere longam. Antiquior Parisiensis legit,* sed non Typhi tuis, *quod ut hîc recipiamus, non video sanè, quo modo in carmen septimi libri jam citatum admitti possit.*

Felices. *Ita vetus codex, & omnia antiquitatis vestigia.*

Ah quotiens. *Etsi communis etiam doctiorum sententia recepit hodiè, ut* toties & quoties *scribatur; magis tamen me veteres & libri & Grammatici movent: ut* totiens & quotiens *scribendum censeam. Victorinus enim ait, quædam Adverbia cum n, scribenda esse, ut totiens, quotiens, & Caper; sine n, inquit, scribenda sunt, millies, centies, decies. Totiens & quotiens cum scribuntur, cum n, scribenda sunt.*

Gerestо. *sic legendum: non, ut plerique vulgati habent,* Gerasto. *Vide Strabonem libr.* 10. *Melam libr.* 2. *Solinum, cap.* 29.

Fissaque fluctu. *Ita omnes libri vulgati, præter Ma-*

ter Maserium & librum Parisiensem, qui legunt, fixaq; fluctu. *Vet. cod.* Fessaq; lucta, *prima lectio maximè placet.*

Concludere. *Vetus cod.* conducere, *quod verbum nescio an satis huic loco conveniat.*

Arcadio. *Hic iterum* Archadio *scriptum inveni. sanè multis locis in veteri cod. aspirationem observo, quæ à vulgatis abest. sic* Hagniades *pro* Agniades, *sic* Archanum *pro* Arcanum, *quod verbum in omnium scriptorum vetustis libris tàm frequenter ita scriptum est, ut parùm absit; quin eam scripturam planè retinendam esse contendam. Sic semper* Achastum *pro* Acastum; *& infrà* Chalpen *pro* Calpen, *&* choruscus *pro* coruscus, *nec dubito, quin multarum litterarum usus nobis adhuc incognitus sit, qui tamen paulatim apparet.*

Complexus pectore. *Vetus codex*, compressus pectore. *prius magis placet.*

Rapuit pavido. *Vetus codex, & uterq; Parisiensis hanc habent scripturam: recentiores verò,* Rupit pavido, *ineptè. Simili comparatione alibi usus est Virgilius.*

Pulcherrima Graiûm. *Pulcher antiquiores cum aspiratione scripsisse, non solùm omnes libri, quos hactenus videre contigit, sed etiam Grammatici testantur: sic enim Valerius Probus,* Tria nomina Latina post c, aspirationem acci-

accipiunt, Lurcho, Pulcher & Orchus. *Et Servius tertio Georg.* Tria veteres habebant nomina, in quibus c literam sequeretur aspiratio, Sepulchrum, Orchus, & Pulcher: è quibus Pulcher tantùm hodiè recipit aspirationem.

Annuit. *Sic vetus codex melius, quàm omnes vulgati*, Abnuit. *nam eum non solum admisit, verùm etiam filiæ dignatus est conjungio. Unde dicitur :* Videt è grata nunc stirpe nepotes. *ita enim liber manuscriptus, non ut alii*, Videt è Graia *tametsi utrumq; recipi possit.*

Hac mihi ut hinc. *ita vetus cod. Alii omnes*, Hinc mihi cur. *prius malo.*

Et Tanaim. *Sic constanter vetustiores editiones, & liber calamo exaratus : alii.* Et Tanai, *sed ex conjectura, non ex rei veritate.*

Animæq; parentum. *hæc est lectio libri manuscripti : vetustior Parisiensis*, Animæque parenptum. *hinc recentiores.* Animæque peremptûm.

Dona ferat. *Lugdun.* Damna ferat. *Quæ scriptura mihi quidem non paulo magis quàm altera illa placeret, si vetustate niteretur, sic infrà pro eo, quod omnes vulgati*, quæ classe. *vetus habet*, qua classe, *& pro* Asiam concedere, *vetus codex.* Asiam concidere : *quod propter brevius unius syllabæ spacium non audeo recipere.*

Summa movebo: Experiar. *Vulgati omnes.*

Sum-

Summa movendo experiar. *idem utraq; lectio significat.*

Me primum. *Horum versuum intricatissimus fuit ordo, tum propter lectionum variationes, tum propter distinctiones & interpunctiones; ut taceam perturbatum sensum, in quo eruendo quidam mirum in modum se torserunt. sic enim ferè anteà legebatur:*

mea primùm regia mundo
Japeti post bella trucis, Phlegraq; labores
Imposuit: durum vobis iter & grave cœli
Constituit.

hæc autem, quam excudendam curavi, mihi videtur esse vera & distincta & lectio, idque assentiente vet. cod.

Motusq; niger. *Vet. codex,* motoq; niger, &, totiens demissa, *ubi vulgati,* totidem.

Pyragmon. *Sunt, qui malint scribere,* Pyracmon & cycnus, *quàm* Pyragmon & cygnus, *tum tamen aliter veteres libri habeant, & in multis dictionibus c. pro g. positam esse, ut inquit Scaurus, mirum non sit, quam literam non fuisse diu apud Latinos, inventam verò à Spurio Carbilio nova forma idem Scaurus & Victorinus, teste Pierio, asserunt.*

Latumq; profundum. *Qui hanc lectionem veteris cod. non intellexerunt, maluerunt conjectura usi legere,* Latiumque profundum, *fortè,* altumque profundum. *Altum enim pro mari apud hunc Poetam & Virgilium frequens est, nisi*

profundum pro eodem accipias: ut infrà. Pater ipse profundi. *Et apud Cl[illegible]anum:*

Inventa secuit qui primus nave profundum.

Et aliàs sæpè. nam prima lectio prorsus absurda est.

In monte chalybs. *Sic liber calamo exaratus: alii,* montemque chalybs, *ineptè. Erroris origo ad verborum transpositiones referenda est: cùm enim scripsissent librarii,* monte inq; chalybs, *pro* in monte chalybs, *natum est verbum illud,* montemque, *quod postim in vulgatis exstat. Sic Jacobus Rævardus cap. ultimo. C. de testam. milit. pro* tribunatum militum, *eleganter restituit* in tribunatu militum. *Sic Jacobus Cujacius cap. penult. de bonorum possess. contra tab. pro eo, quod in vulgatis est* effectum, in effectu *legendum esse, acutè animadvertit, uterque sanè I. C. hac ætate doctissimus. Renardi autem nostri emendationem eò libentiùs attuli, quòd eam in duobus manuscriptis libris liquidò compererim, ita ut de lectionis integritate vix dubitari possit. Observandum est hic in veteri codice scribi* calyps *pro* chalybs, *aut certè* calybs: *quemadmodum in Pandectis Pisanis,* optineo, opstringo, *& similia.*

Tollere harenis. *ita vet. cod. & omnes antiquiores: Varronem tamen ab ariditate deduxisse, testis est Servius.*

Pup-

Puppis in obliquam. *Hæc est lectio veteris cod. Alii habent:* Puppis in obliquum, resonos latus accipit ictus.

Antennaque. *Sic liber manuscriptus & aliæ antiquitates, nec placent Grammatici, qui dictum putant, quòd ante se habeat amnem, quasi* antemna, *scribendum sit. Dicitur autem ab* an, *quod priscis* circum *erat, &* tenendo: *est enim id, quod Carchesion nominatur.*

Terras spe pelagi. *Qui sic legunt, amaram quandam insultationem esse existimant: alii verò, pro quibus vet. cod. facit,* linquite terræ spem pelagi, *addentes iis, qui mare ingrediuntur, nihil præter mortem obversari debere, quandoquidem ea non majori quàm unius asseris interstitio à navigantibus absit; temerarium itaque esse, in mari terras cogitare.*

Aspectu in misero tota cum. *ita vulgo. & sunt, qui heptimimerim excusent. At ego libentiùs legerim, ut vetus cod. habet, & excudendum curavi.*

Tendunt simul. *hæc mihi optima lectio visa est, tametsi liber manuscriptus haberet,* ab Æoliæ tendunt simul æquore portæ. *judicent doctiores.*

Socer erigit. *In quibusdam operarum incuria legitur,* socer exigit, *pessimè.*

Heu luerim. *Ita legendum esse, non ut vulgati omnes habent,* hæc luerint. *satis patet ex sequen-*

ti, tua numina rector, Jam fuerint meliora mihi. *nam dux pro suorum salute & incolumitate sollicitus, quicquid periculi aliis incumbit, sibi id deberi censet.*

Pascet honos. *Variè hic locus legitur: in vetustioribus excusis,* pascit honos; *recentioribus,* pascat honos; *vetus cod.* pascet honos.

Stas pater. *Vet. cod.* stat pater. *quod tamen alia manu depravatum fuisse videtur. sic vetust. cod.* tantus nostras. *ubi vulgati,* tantùm nostras.

Dextræque sequuntur. *Ita legit Philippus Eugentinus: quæ lectio non displiceret, si vetus aliquis codex eam probaret: in recentioribus excusis est,* dextræq; sequentum, *quo modo etiam legendum putavit Turnebus: in vetustioribus verò & manuscripto codice,* dextraque sequentum, *quod retinendum esse ex meo veteri libro rectè nuper quidam in suis Conlectaneis monuit; non tamen ea id ratione, qua ille faciundum putavit, nempe quod veteres multa in a. produxerint, quæ nos brevia constituimus. Nam exemplum illud Prudentii, quod ex libro primo in Symmachum adducit, planè huic nostro simile, & ita ut ille legit, legendum est.* Mimica ridendaq; suis. *nimirum propter vocem encleticam. Alia, quæ affert, huc non faciunt, sed de illis alias.*

Inscia. *ita vetus codex: alii,* manus anxia. *utrumq; convenit. Et infrà,* Dædalus ora prosiliit: *vulgati,* Dædalus Ida prosiluit.

Cor-

Cortina *sic vulgati. vet. cod.* Gortina. *Sed de harum litterarum similitudine latiùs & diximus & dicturi sumus.*

Fusus humo. *Hanc lectionem & scripturam certam esse, cùm antè legeretur,* fusus humi, *persuaserunt mihi infiniti ferè veteres libri Virgiliani: nam primo Æneid. in illo,* Quàm septem ingentia victor corpora fundat humi: humo, *non* humi, *in omnibus antiquioribus exemplaribus scriptum est, quod nec Pierius dissimulavit, qui eam tamen scripturam admittere verebatur, quid? quod ita etiam illud lib. 5. ejusdem?* Cæsis ut fortè juvencis.

Fusus humo, *ubi alii* humi, *alii* humum *habent, legendum ex tribus vetustissimis libris didici? quam loquendi rationem Valerius videri poterat imitatus esse, & ita planè habet vet. cod. meus.*

Natiq; Lycurgum. *Vetus cod.* Ligurgum, *quomodo etiam in sexcentis ferè vetustis libris, Virgilii, Horatii, Prisciani, Senecæ, & aliorum scriptum est, quare eam scripturam retinui, ut hoc loco verissimam: & verisimile est alios id post me etiam observaturos.*

Melius prænoscere t. *ita vet. cod. alii,* pernoscere t.

Phlegetontis operti. *Sic legendum conjecit Turnebus, cujus conjecturam vet. cod. meus probat.*

Æolus antris. *Omnes vulgati,* Æolus arvis.

Liber calamo exaratus, Æolus antris. quod melius convenit cum epitheto secretis.

Quam multa leo. *Qui hic putârunt legendum,*

Quàm multa leo cunctatus in arta

Mole virûm, rictum q; genas q; & lumina pressat. *facilè convinci possunt, si auctoritas veterum codicum omnium objiciatur, quibus illi ipsi ita religiosè adhærere solent, ut vel errare cum illis, quàm cum vulgatis benè sentire, malint. Porrò quod ad scribendi modũ attinet, Valerius Probus,* Artus *pro* Angustus, *&* Artus *pro* membris, *sola declinatione, non etiam scriptura distingvit.*

Talia per lacrimas. *Sic omnes typis excusi: at exemplar manuscriptum,* Talia perlacrimans. *Quod verbum, cùm nondum alibi invenissem, huc etiam non admisi: nisi fortè litera* n, *interjecta sit, sicut in vicensimus, octogensimus, trigensimus, & similibus factum esse, ex Pandectis Florentiæ renatis facilè apparet.*

Ævi rudis. *Vulgati,* rerum rudis. *Sic infrà dicit,* rudem sub limine rerum.

Niger avehit. *Ait Charontem non antè carmen magicum decantatum avehere umbras; nisi quis secutus recentiores, legat,* niger advehit *& interpretetur,* non ante magicam incantationem Charon advehit umbras, *ut ex iis cognoscatur, quod lubet, quod non placet.*

Incondita leti. *sic vet. codex. Alii,* incognita leti.

Quis

Quin fida manus, quin. *Vehemens & dira est hæc detestatio: nam magnam vim habet repetitio illa,* quin, quin; *majorem certè, quàm si legas cum omnibus vulgatis libris,* quem fida manus, quem; *sine ullo commodo sensu.*

Rebusq; abscissa. *Hic locus nescio, quo modo oculos meos in priore editione subterfugerat: eum itaque Turnebus pulchrè restituit: nam & vetus cod. ita habet. Post quem tamen alius in suis Conlectaneis hanc emendationem magno clamore sibi vindicat, quæ hæc impudentia est?*

Victam si voluere molem. *Post hunc, versus aliquis desiderari videtur. In vulgatis legitur:*

Fata velint, si summa dies subverterit orbem.

Sed eum uterq; Parisiensis, Aldinus, Bononiensis, & quotquot sunt Argentoratensi vetustiores libri, ignorant. Itaque non immeritò suspicor Eugentini esse, qui & alia sua carmina sub castigationis titulo huic Poëtæ inserit. Vetus codex:

Jupiter, & primæ velit omnia reddere massæ.

Sed, ne quid dissimule, margini adscriptus est, ita ut jure de ejus fide dubitari debeat, atq; adeò neutrum Valerii esse Jovem lapidem jurarim.

Maneat Pelyan. *Sic suprà,* Borean, *lib. vet. habet, ubi vulgati* Boream, *hic* Peliam.

LUDOVICI CARRIONIS ZRUGENSIS CASTIGATIONES in secundum Librum Valerii Flacci.

IAmque fretis. *Malè hîc in omnibus prælo excusis, legitur,* Jamq; freti, *cùm vetus cod. habeat* fretis, *quo in casu sæpè & apud hunc & apud alios Poëtas reperitur.*

Templaq; Piseæ. *Turnebus in suis Adversariis contendit legendum ex Apollonio,* Tisseæ: *ita tamen ut paulatim à sua sententia desciscat, & apud Orpheum, aut quisquis alius est eorum Argonauticorum, quæ sub Orphei nomine circumferuntur, auctor,* Piseæ, *legi non dissimulet.*

Intrantemq; Amyron. *Argentoratensis & Lugdunensis,* Intrantemque Myrin. *Maserius,* Intrantemq; Amyron. *quam lectionem tenendam censui. Est enim Amyros fluvius Thessaliæ, in mare Ægeum decurrens, cujus Apollonius post Schyaton meminit. Litorea quoque urbs est, non longè à Melibea sita: unde Centauri Amirei dicti sunt. Quid verò Myris aut Amyris sit, nec apud Græcos, nec apud Latinos legi, nisi ita Valerius Amyron vocârit.*

Fretumq; reversus. *ita omnes vulgati. Vetus cod.* velumq; fretumq; reversum.

Exstruxit. *ita liber calamo exaratus, quod suadet compositionis ratio, teste Scauro Grammatico.*

Hor-

Horror abest. *Cùm sub Ætna Typhoeus jaceat, rectè dixit Poëta eum à Phlegra abesse: unde eroris convincuntur, qui,* horror adest, *cum vulgatis legunt.*

Neptunus in alto. *Sic vetus cod. Alii,* in altum. *prius magis placit.*

Torquentemq́; ignibus. *Strabo Typhoëo & draconus capita & serpentinos pedes dat, quo Poëtam respexisse dicet, qui hîc leget cum vulgatis,* torquentemq́; angvibus undas: *qui verò malit,* torquentemq́; ignibus undas, *referet ad id, quod dictum est,* sacras revomentem pectore flammas, *per quas fulmen intelligo, quo ictus erat, quæ commodior interpretatio esse videtur.*

Trux ille ejectat. *Putant quidam potiùs legendum,* eructat, *quàm* ejectat, *eò quòd magis aures impleat. Ego verò nihil lubens contra veterum librorum consensionem moverim. Ovidius quoq; ab hac scriptura stat, 5. Metamorph. cujus versus adscribam.*

Nititur ille quidem tentatq́; resurgere sæpè:
Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro,
Læva Pachyne tibi: Lylibæo crura premuntur:
Degravat Ætna caput: sub quo resupinus harenas
Ejectat, flammamq́; fero vomit ore Typhoëus.

Rupto sonuit. *Malè uterq; & Parisiensis & Bononiensis,* rupta sonuit.

Nullus in orbe. *sic vet. cod. Alii,* nullus in orbe.

In imo deciditEuro. *Ita vulgati omnes, præter Basilienſem & Argentoratenſem, qui habent* imò decidit auro, *ineptè. Vet. cod.* in uno decidit Euro.

It tacitis. *Vetus cod.* & tacitis ratis ocior horis. *Impreſſi omnes*, it tacitis ratis ocyor auris.

Nunquam conditur. *ita liber manuſcriptus. Alii*, nunquam conditus, *malè.*

Terra fugæ. *Hanc lectionem ſervavi ut vetuſtiorem & meliorem alia illa*, terra fugat. *judicet lector.*

Ætheriæ nec ſtare. *Ætherius, non Æthereus ſcribo ex omnibus omnium bonorum auctorum vetuſtiſſ. libris, licet alii dicant in illis Æthereus legi.*

Pœnamque Baratri. *Sic meliores codices & Virgiliani & Valerii Flacci: alii*, Pœnasque Barathri. *malè.*

Vox inde repens. *Repens idem hic eſt, quod ſubita & repentina, ut apud Lucretium libr. 5.*

At pater omnipotens irâ tum percitus acri,
Magnanimum Phaëtõta repenti fulminis ictu
Deturbavit equis in terram.

Et Virgilium Æneid. 12.

Quò ruitis? quóve iſta repens diſcordia ſurgit?

Et apud Ciceronem Tuſcul. 3. Ne me imparatum cura laceraret repens. *Ut & Statium Thebaid. 7.*

Vocisq́ repens ſingultus, apertum

Inter-

Intercluſit iter.

Sic Livius lib. 1. Repens ex agris in urbem tumultus allatus, pro nuntio fuit. *Falli itaq; conſtat eos, qui, ne ſillabam hîc brevem conſtituant,* Vox inde recens, *legere malint, contra veterum librorum fide ſubnixam ſcripturam.*

Jam tum ea. *hæc eſt germana ſcriptura. Aliorum & lectio & interpretatio ridicula eſt. Sic infrà omnes legunt,* nigramq; ſimillima pallam; *Vetus verò liber,* nigramque ſimillima palmam. *quod retineo.*

Inducto cratem. *Ita melioris notæ libri: alii,* induto cratē. *& infrà, ubi omnes,* plenasq; movebat. *ibi vet. cod. habet,* plenasq; movebant.

Videt illa. *Malè vulgati codices,* vidit illa, *nulla carminis ratione habita.*

Hinc tibi principia. hinc. *ita vet. cod. Vulgati omnes.* Hæc tibi principia. hæc. *prius malo.*

Et primam Eurynomen. *Hunc verſum liber calamo exaratus neſcit, quanquam de ſide ejus nihil dubito. Nam & Apollonius, Eurynomes, meminit. Sed libentius legerim,* ad proxima, *quam, ut vulgati libri habent,* ac proxima. *atq; ita ſanè legendum contendo. Sic apud Calpurnium Siculum Ecloga 7. pro eo quod pleræque editiones habent,* Quid te ſtupefactum, ruſtice, dixit, Ac tantas miraris opes, *legendum eſt,* Ad tantas miraris opes? *cum libro manuſcripto. Sed de eo in illum Poëtam latius.*

Manet

Manet illa viro. *Liber Bononiensis & manuscriptus habent, ut excusum est. Parisiensis verò:*

Manet illa viros, fœmulasq; fatigat
Litoribus tardi reputans quæ tempora belli.
Ante thorum & longo mulcent, &c. Alii, *mulcens, quæ mihi commodissima lectio videtur.*

Scis sumus. *Veteris cod. lectionem repræsentandam curavi, etsi ex ea sensum non admodum est elicere. Vulgati omnes:*

Scis simile ut flammis simus genus, adde cruentis.

Quod patrium sævire Dahis. Alii, *sævire dabis. Maserius, qui hunc Poëtam non omninò ineptè scripsit, multis variisq; testimoniis adductis, mulierum genus flammis simile esse, asserere conatur; quasi id ageretur.*

Toros virgata. *Vetus cod.* toros ingrata. *Lugdunensis & Bononiensis,* toros jurgata. *sed magis placet lectio utriusq; Parisiensis,* toros virgata. *ait enim eam, quæ plaustro assveverat, Barbarico ritu vestitam Lemniacarum thoros turbaturam.*

Plaustro direpta. *Vetus codex,* Plaustro directa. *prius malo.*

Hisdemq;. *Ita manifestè liber calamo exaratus, quod etiam in diversis aliorum Poëtarum manu scriptis libris millies observavi, & alii post me observabunt. Unici exempli causa locum afferam. Apud Virgilium libro secundo Æneidos, in*

Busti-

Buslidiano & plerisq; aliis veteribus exemplaribus scriptum est:

Et sedibus haret in hisdem.

Puto ea ratione, qua Priscianus lib. 7. scribit veteres in pluribus differentiæ causa feciſſe quasdam ſillabarum, vel litterarum additiones, vel ademtiones, vel accentuum mutationes. Itaque, inquit, in compoſitione idem & iſdem per unam i, ſcripſiſſe, quia nulla fit confuſio ſignificationis, inveniuntur pro iidem & iisdem, aut fortè quemadmodum idem compoſitum dici poteſt ab is, ita hiſdem ab hic. conſiderent doctiores.

Retrahitq; auditque *ſic vet. cod. At Lugdunenſis & Argentoratenſis*, eademq; traditque auditque: *uterq; verò Pariſienſis*, eademque trahitq; auditque. *ineptiſſimè.*

Jamq; oſcula. *Vulgati omnes*, atque oſcula. *pejus.*

Fortuna dediſſes. *Antèa legebatur*, fortuna dediſſet, *quod ut mutarem vet. cod. in cauſa fuit, cùm ſenſus nihilo deterior ſit.*

Fulmen agi. *Putavi aliquando vulgatam lectionem*, culmen agi, *hac meliorem eſſe; at nunc contrà hanc lectionem admitto, aliam rejicio; quanquam neſcio, an melius cum illo Virgiliano conveniat:*

Flammæq; furentes
Culmina perque hominum volvantur, perq; Deorum.

Urbem ut fugiens, *ita calamo exaratus: reliqui*

liqui, urbem aut fugiens, *prima littera operarum culpa adjecta. Et infrà in vulgatis malè legitur*, illic arrectæ *pro* ilicet arrectæ.

Venientibus adsunt. *Vet. cod.* assunt. *ita autem veteres scripsisse patet ex dicterio Plautino, ubi cuidam quæsito & dicenti* Assum, *respondit aliter*, Atqui ego elixum malim.

Turbine pontum. *Vulgati*, turbine pinum, *non placet. Sic infrà*, astricto; *vetus cod.* asstricto, *optimè. Et superiùs pro* accubat, *vet. cod.* occubat *judicet lector.*

Per auras. *Sic vetus cod. & Lugdunensis: alii*, per aures.

Verbere victas. *Ita vulgati omnes: vet. cod.* verbere ductas.

Quæ se aperit series. *Vetus cod.* Quæ se aperit facies; *sed malè, ut mihi quidem videtur, ut & illud, quod suprà in veteri codice legitur*, meritas en prima revertor.

Oculos pressere metu. *ita vet. codex. Alii omnes*, oculos pressere viri.

Pressosque thoris. *Sic omnes vulgati; liber verò calamo exaratus*, prensosq; thoris.

His cruor. *Ita rectè in veteribus libris legitur: nec me movet Sabellicus, arbitratus legendum*, It cruor. *rationem nemo non videt.*

Adduntq; domos. *Maluit quidam legere*, obduntque domos; *decepti, opinor, interpunctionibus. At ego, cùm id, quod in omnibus legitur*, son-

sensum nihilo deteriorem, imò non paulò meliorem efficiat, nihil muto.

Sed dura. *Vet. cod.* dira. *quod magis placet.*

Misera retine. *Sabellicus rectius,* miser ecce tene, *legi posse putat, ut ad præsentem, inquit, rerum statum referatur. Maserius cum vet. cod.* miseræ retine, *legit. Lugdunensis & Argentoratensis,* miserande tene, *quorum quodlibet eorum sententiæ facilè prætulerim, qui vel* ecce tene, *vel* miserere tene. *legendum censent.*

Ut pater &. *Ita vetus cod. Alii ineptiunt legentes,* Utq; pater nivea tumeant, ut.

Linque ò mi. *Sic liber manuscriptus. Alii omnes,* Linque ò mihi.

Non patrios. *Omnes vulgati,* non patrios furtis accedere saltus. *Vet. cod.* non patriis bustis accendere saltus. *Utram lectionem lector præponendam putet, ipsius judicio relinquo.*

Te credere. *Ita hîc legi debet; non,* te reddere, *ut vulgaris editio habet.*

Solvimus heu serum. *Hæc est lectio omnium prelo impressorum. Vet.* Solvimus heu miserum.

Redeuntq; piæ. *ita vet. cod. Alii,* reddunt-que piæ. *prius malo.*

Sed maxima cæte. *Vulgati,* sed maxima Thetym, Proteaq; ambiguum Phariis referebat ab antris.

Vetus codex. Sed maxima cæte,

Pro-

Proteaq; ambiguum Pharii se Patris ab antris, *quam scripturam retineo.*

Portum demus, ait. *Vulgati omnes:*

Portum demus, ait; nobis hac credite puppis

Adveniet levior Lemno Deus, &c. *Quam lectionem cùm librarii in priore Valerii mei editione corrupissent, & ita ferè,* Adveniet Lemno levior, *repræsentassent, factum est ut alter ille, qui nimis me hercule impudenter meas in Valerium Castigationes frequenter ad verbum è scholiis meis in sua Conlectanea transscripsit, vitiosam libri calamo exarati lectionem pro vera malo mediusfidius exemplo attulerit, & ita in vet. cod. meo (quem, ut dixi, nusquam nominat, sed ut suum adducit) legi adnotarit,* adveniet Lemno levior Deus, &c. *sed de his etiam pòst. Quid hoc, si non impostura, est?*

Scelerisq; recentis. *Vet. cod.* scelerisque nocentis. *non placet.*

Tortor agit. *sic exemplar manuscriptum: alia omnia,* Tertor agit.

Longis cœptis. *Lugdunensis, & Argentoratensis cum Florentino,* Longus cœptis & fluctibus arcet

Quem metus. *Parisiensis vetustior.*

Longus cœptis & fluctibus arcent

Qui metus. *Vetus codex.*

Longus cœptis & fluctibus arcet

Quem metus, *quod apertè verum est.*

Deser-

Defertasq́; domus. *Ita vetus cod. Alii,* Defertasq́; domus *sed prius malo.*

Cunctantibus adsit. *Vet. cod.* assit. *hîc & ubique.*

Et facies. *Quidam mutârunt,* it facies, *contra veteres libros, quorum hac in parte maximam esse auctoritatem statuo.*

Et quando. *Ita vet. cod. Alii omnes,* ec-quando.

Sceptra gerant. *Sic omnes vulgati. Vet. codex,* Sceptra regant.

Sævit amor. *& hæc est lectio vet. codicis. Alii legunt,* sæva magis, *planè ineptè.*

Excussaque. *Vetus codex,* excluſaque, *qui etiam proximo versu habet,* imbueratque, *pro* imbuere atque, *quod aut dictantis aut excipientis culpa accidit.*

Ammittere. *Sic vetus codex, & ita antiquos scripsisse, qui ignorârunt, multis erroribus causam dedêre, ut in rescripto Imperatoris Theodosii, quod sub titulo XXXVI. lib. 6. cap. ult. Codicis Justinianei legitur, ubi pro eo quod hodie.* Non enim par eademq́; ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere, *legendum esse,* ammittere, *& Codex Theodosianus lib. 4. cap. 7. & duo manuscripta exemplaria quæ vidi, planè confirmant.*

Sic portus. *Hæc est distinctio & lectio meliorum exemplarium; quam etiam ut meliorem retineo. Alii legunt:*

Si portus fugeret ratis aspera, si te

Plias in adversæ tenuisset litore Traches. *nulla interrogationis addita nota.*

Clamidemque. *Ita scriptum invenio in veteri cod. in quo etiam secundo ab hoc versu pro vulgata lectione* pinxit acu, *legitur* pressit acu. *& pro Parisiensi* sæva parentum, sæva paventum. *Denique pro vulgari* sit comes, sim comes, *optimè.*

Tunc tenus it Lemnos. *Qui hanc lectionem defendunt, ad navigantium opinionem referunt: quibus assentirer, si sententiam, non verba spectaremus; quanquam quæ ibi sententia esse possit, non video. Bononiensis & Parisiensis,* tunc tenuis Lemnos. *quod epithetum non satis cum illa convenit, nisi* tenuem *dicamus propterea quòd navigantibus* tenuis *propter interstitium videatur. Ego sanè aliquando libentius legissem,* Tunc Tenos & Lemnos. *sed syllabæ prioris longior mora id non patitur. Quare huic loco hæc elementa* n, l, *apponenda censeo. Vetus cod.* transibatque Electria, *malè.*

Hactenus in populos. *Huic loco, qui ab omnibus hactenus malè acceptus fuit, proprium & germanum nitorem restituit (ne quis suo honore fraudetur) ille, qui nuper in Lucretium Conjectanea edidit, eleganter sanè & ingeniosè: idque ex scriptura, quam ex veteri meo libro expressam proposueram lectori; quæ tamen non ita, ut ille asserit, interpuncta est, sed hoc modo:* Missa mane: *In hac itaque lectione meum veterem codi-*

cem,

cem; in interpunctione verò suam sequitur conjecturam.

Visuque enisus. *Ita vetus cod. quo auctore hoc verbum, quod sine ullo judicio aut edicto alii ex urbe ejecererant, in Latium reduxi. Sic apud Virgilium lib. 3. Æneid.* adnisi torquent, *non* adnixi, *habent libri plerique veteres.*

Lumina fluctus. *Vetus cod.* surgentia flumina fluctus; *quàm rectè, viderint alii. certè Lucretius lib. 3.* fluminis fluctum *dixisse videtur.*

Fluminis ingentis fluctus, vestemque cruentent.

Aut liquidi. *Ita liber scriptus. Alii, aut aliqui, malè.*

Fluctus Idææ. *Omnes vulgati,* Fluctus venêre. *Sed ego veteres cod. lectionem malo.*

Hammon. *Libri veteres plerumque huic nomini aspirationem addunt; quæ tamen ab omnibus vulgatis abest.*

Passosque sinus. *Varia hic lectio est: quidam legunt,* passusque sinu: *alii,* passusque sinus. *sed liber manuscriptus habet, ut excussum est.*

Ille simul. *Ita vetus cod. Alia exemplaria,* Illa simul.

Intremere idem. *Omnes vulgati,* intremere Idæ; Illidique ratis. *Vet. verò liber,* intremere idem, Illidique rates. *Judicet lector.*

Fluctus defertur bellua. *Exemplaria typis evulgata habent,* fluctus præceps defertur in

imos, *sed prior lectio & vetustior est, & magis rem ipsam oculis subjicere videtur.*

Cùm colla. *Alii leguat,* tùm colla tumens, tùm celsior armis.

Priami sed quis. *Sic manifestò vet. cod. Vertere autem pro avertere positum videtur. Vulgata scriptura hæc est:*

Herculeis deberi Pergama telis
Audierat Priami, sed quis jam vertere regni
Fata queat?

magis antiqua lectio placet.

Nox Dorica. *Cùm primùm ederem Valerium, putabam hìc legendum esse,* nox Durica, *quam scripturam tùm quòd veteris libri, quem Politianus vidit, auctoritate niteretur; tùm quòd quàm proximè ad illud, quod in omnibus hodiè exstat,* nox Dorica, *accederet; maximè verò, quòd Rhodigino & Politiano idem hoc placuisse viderem, publicè etiam asserui, sed multa sunt, quæ, ut sententiam meam mutarem, & vulgatam lectionem retinerem, svaserunt, aut verius impulerunt, non quidem ea, quæ Auctor in Lucretium Conlectaneorum copiosè adfert, quæ nullius ferè sunt momenti. De librorum enim consensione, quod dicit, nihil est; nam veteris illius, de quo antè, fidem illis objicere possem, potissimùm cùm ita vetustus fuerit, ut Politianus non malus harum rerum æstimator, ex eo uno omnes, qui hodiè sunt in manibus, profluxisse existimârit; & ille ipse, qui eam*

nobis

nobis consensionem opponit, nullum unquam Valerium Flaccum, quod mihi non semel amicè affirmavit, præter meum in scholiis meis ad verbum ferè expressum, manuscriptum viderit. Sed non me ea, quæ ille adfert, moverunt; alia quædam sunt, quæ longum esset enumerare, de quibus in Commentario latius fortasse disseram.

Lustris. *Baptista Pius & Politianus legunt* fatis, *cujus tamen vocis, paucis quibusdam interjectis verbis, repetitio inornata mihi videtur. nihil itaq; est, cur non antiquam lectionem, quæ ad duo lustra, quibus ad exscindendam Trojam opus fuit, alludit, conservemus.*

Plura vocantis. *Variant hîc pleraque exemplaria. Vulgata:*

Tùm verò plura vocatis
Annuit ille deis: promissa infida tyranni
Jam Phryges, &c. *Antiquiora verò habent, ut excusum est, & si prior lectio magis placeret, si* annuet *legeretur, alii judicent.*

Quondam sine nomine. *Quidam libri,* sine numine, *quod non omninò rejiciendum est, sed facilis est literæ* o *in* u, *& contrà, transmigratio. Sic lib.* II. *Æneid. Virgilianæ:* neque hoc sine nomine letum. *Veteres plerique habent,* sine numine, *quod venustius videtur.*

Fortuna Penates. *Vulgati omnes,* fortuna nepotes. *At altera lectio & à lib. vet. agnoscitur, & illi Virgiliano similis est:* Sparsos fraterna cæde Penates.

Celeres hîc prima. *Aliter libri prelo impressi*: Hic prima pio sollemnia Phryxo. *quod mihi non æquè placet. Sic infrà pro eo, quod in vulgatis est*, stupuitque fragore, &, juga Percotes, *vetus codex habet*, stupuitque fragorem, &, juga Percotis. *sed postremum hoc non admitto.*

Lamsacus. *Ita vet. cod. hîc & in aliorum Poëtarum vetust. lib.* dextramque amplexus. *Sic vulgati. at vet. cod.* dextraque amplexus. & efferat, *pro quo impressi habent*, afferat.

LUDOVICI CARRIONIS IN TERTIUM LIBRUM VALERII FLACCI Castigationes.

Ithonia solverat umbras. *vulgati omnes*, solverat undas, *sed vetusta lectio melior est: sequitur enim*, exueratque polum, *nimirum umbris.*

Dat Cererem lectumq;. *Lib. Lugdunenses, Basil. Argentoratenses*, da Cererem lætumq;: *quod quomodo intelligi possit, qui illis editionibus præfuerunt, viderint cod. vet. lectionem repræsentandam curavi, lectum verò pecus ea ratione dicit, qua Virgilius:*

lectas de more bidentes.

Abscessu lacrimans. *Post hæc verba in omnibus vulgatis, finis hujus versus, & principium proxi-*

proximè sequentis, desiderantur: ubi stupenda est eorum temeritas, qui hunc Poëtam ita in omnibus lacerârunt, ut ne sui quidem speciem retinuerit; quod an ullo in altero æquè contigerit, ignoro. Mirari sanè soleo quibusdam hunc interpretare aggressis non suboluisse vulnus hic plusquam Chironeum latêre.

Clyte variaverat. *Parisiensis utraque editio,* chlamydem variaverat. *vet. cod.* ditem variaverat. *rectius Eugentinus,* Clyte variaverat. *In vet. cod. facilis est error ex affinitate* d *&* cl. *Sic postea quidam legunt,* misit in arma Daraps: *alii,* misit in arma Claraps.

Postibus ora. *Post hunc versum in omnibus vulgatis legitur ille,* Muneribus primas: *& quem superius desiderari admonui: huc verò scioli volente nolente sensu violente traxerunt.*

Velo Proconesson. *Hic versus magnam & Maserio, & reliquis Grammaticis exhibuit molestiam: cùm in vulgatis legeretur,* veloq; Proconeson, *& illi inter se de carminis ratione altercarentur. Nunc verò quis est, qui de hujus scripturæ veritate dubitet?*

Et te jam. *vet. cod.* & Cæam. *quæ lectio, an ullo modo recipi possit, videant illi, quibus & otium & vet. lib. suppetunt.*

Rhindace. *Vet. cod.* Rhundace. *quam scripturam etiam alii probârunt, & interpres Lucretianus in suâ Conlectanea ex meis transscripsit Scholiis, ut & versum sequentem, addendum,*

& illud, Verrio Flacco eandem videri apud Latinos v, *quæ apud Græcos* υ.

Scyllaceon unda. *Aliter legunt vulgati,* Scylacæon ab unda. *Similis variatio est in illo Virgiliano:*

Cauſonisque arces & navifragum Scylalacæum. *Gifanius in Lucretium legendum existimat:*

Cautonisque arces & navifragum Scylacæum. *& ita in vet. lib. legi, quod antea Pierius monuerat, testatur, etiam in illo, qui in Bibliotheca artium Lovanii asservatur, in quo tamen, pace illius dixerim, manifestè legitur,*

& naufragum Scyllacæum.

sed in pluribus vet. exemplaribus eam, quam primo posui loco scripturam invenio, & doctioribus probari audio, ut versus plenus sit, quam Acron agnoscere Od. 16. *lib.* 1. *Horat. videtur.*

Dimittitq; oculos ſolataque. *Ita vet. cod. magis mihi tamen arridet vulg. lectio,* demittitque oculos reſolutaque.

Lucis ad horas. *Hæc est vulgaris scriptura: pro qua Politianus legendum existimat,* lucis ab horis: *malè. Parisiensis liber,* lucis ad ortum: *vet. cod.* lucis ad ortus: *quarum utrampis lectionem nemo est, qui aspernandam putet.*

Gorgon. *Ita vet. cod. vulgati verò,* Gorgo: *inter illos est & Lugdunensis, qui etiam sequenti versu legit* ſpargit, *& inferius,* orichalca ſonora, *pro* orichalca ſonoro, & ſparſerit, *quod*

opera-

operarum negligentia, quæ in hoc Poëta excudendo insignis fuit, accidisse arbitror.

Oricalca. *Sic hanc vocem in omni antiquitate scriptam invenio, ut & in vet. cod. in quo etiam paulò pòst legitur,* quæ prima parenti, *pro* quæ prima furenti.

Num pervigil armis. *Si quis ex hoc hemistichio sensum aliquem commodum eliciet, miror, quem is verborum ordinem observaturus sit. Nemo enim mihi facilè persvadebit, ne hic versum deesse suspicer, in vet. cod. meo subjungitur,* hostis & exciti dent obvia prælia Colchi: *sed in margine æquè tamen vet. scriptura: quem propterea admisi, quod non malè cum hoc loco congruere videretur. Colchos enim nominat, quia se in Colchiam delatos arbitrabantur: hinc illud sequens,* optatos huc affore credite Colchos. *Sive igitur is germanus est sive nothus: aliquis certè deest. Erunt fortassis, qui legent,* num pervigil hostis, *ab hoc conjicere est.*

Insonuit movitque ratem. *Vet. cod.* Insonuit monuitque ratem rapere obvia cæca Arma manu. *Fortè ratem posuit pro Argonautis, Græca figura.*

Umbonibus hærent. *Vet. cod.* umbonibus urgent.

Et Tydeus. *Vet. cod.* at Tydeus, *melius.*

Experiar. *Vet. cod.* opperiar: *rectè. Est enim opperiri (ita Festus scribendum docet) exspectare animo experiundi, cùm itaq; cupiat pu-*

gnæ sibi copiam fieri, & aliquem offerri, qui cùm manus conferat, melius opperiar, quàm experiar legitur.

Quo steteris. *Ita vet. cod. Lugd. verò Basilien. Argentor.* qui steteris, *quod non placet.*

Ochenii. *Ex hoc loco Grammatici de prioris syllabæ quantitate judicant: Ego nusquam alibi de eo legi: certè vet. cod. habet* Olenii, *quod, an rectius hîc conveniat, nescio, cùm Apollonius neutrum nominet, & in hujusmodi nominum rationem anxiè inquirere, quod rei parùm habeant, curiosorum sit.*

Circumdedit. *Vet. cod.* circumvenit, *melius: sequitur enim*, præfulgurat ense: *alioqui Enallage erit temporis.*

Vina dapesque remotæ. *Sic vet. cod. alii,* vina dapesq; remota.

In quo (omen.) *Ita liber manuscriptus: alii,* in quo omnes, *nonnulli*, in quo omen mansere.

Conservere manu & longè. *Sic vet. cod. vulgati verò* conseruere manus longè &. *quæ scriptura defendi nequit.*

Decurrit ab urbe. *Etsi omnes vulgati ita legant, melior tamen est lectio libri manuscripti,* decurrit ab arce: *sic Virgilius Æneid. lib. 2.*

Laocoon ardēs summa decurrit ab arce.

Ancæus Ethelum. *Vulgares libri.* Ancæus Achelum; *eadem varietate qua supra,* Olenii & Ochenii: *cùm enim Poëta ea nomina con-*

na confinxerit, minimè in iis laborandum est.

Disjectaque ora securi disjecit. *Ne eadem vox repeteretur, aut sensus parùm constaret, fuêre, qui legerent* dissecuit *aut* desecuit. *Quibus non repugnârem, nisi in vet. cod. esset,* delicataque ora securi disjecit: *cùm tamen* delicatus *à* delicio, *aut potius contra (auctore Sexto Pompejo Festo) dicatur; nihil ausim asseverare.*

Linquite, ait, ferro. *Minoris classis (ut ita dicam) Grammatici, in postremo hoc verbo constituendo mirum in modum laboraverunt. quidam pro* ferro. *reposuerunt* ferto: *& multis verborum periodis locum enarrârunt. Nonnulli* feretro *legere maluerunt; volentes impolitam illam, ut ipsis videbatur, ut mihi verè hoc loco decentissimam & sponte ad majorem vim accersitam repetitionem vocule unius vitare. Itaq; hæc lectio vet. cod. suum tueatur locum.*

Has, precor, exuvias ò prima cadavera, nostro

Linquite, ait, ferro.

ubi vulgati habent, & optima cadavera: *malè.*

Gnavet opus. *Ita liber calamo exaratus: non ut alii,* navet. *apud Ciceronem quoque 2. de Oratore libro, in manuscriptis exemplaribus hæc extat scriptura:* Jam mihi videor operam gnavâsse, cùm huc venerim. *Sed hæc de re Victorini apponam verba:* Nos quædam paucioribus litteris scribimus, quàm antiqui

solebant, ut narus, navus, nosco: nam illi has voces interposita g scribebant: cujus rei vestigia retinemus, cùm scribimus, ignarus, ignavus, cognitus, cognosco. *Aliud tamen ipse Cicero sentire videtur in Oratore, cùm ita scribit:* Noti erant & navi & nati: quibus cùm in, præponi oporteret, dulcius visum est, ignoti, ignavi, ignari dicere, quàm ut veritas postulabat. *Quasi dicat, veritatem postulare ut scribatur,* inanus, innotus, innatus: *licet usus aliud receperit. Quod si quis minimis nos interdum vocibus inhærere molestè ferat; videat ipsum Ciceronem: & cujus exemplo id fecerimus, facilè inveniat.*

Simul socios. *Sic habet vet. cod. alii verò,* simul potius, *ubi quidam heptimimerim, ut sæpè antè, constituunt absurde.*

Phlias. *Hic, ut & primo libro, mendosus est vet. cod. legens,* Pelias.

Dum campi. *Vetus exemplar,* dux campi: *omni, quam alia habet scriptura, difficultate sublata.*

Zelen & Broten. *Ita vetust. alii.* Zelyn & Brotyn.

Hinc Alyn. *Vet. cod. posteriorem vocem aspiratione attollit, quod in ea tàm apud Græcos fit, quàm apud Latinos.*

Protinus insignem. *Sic omnes vulgati, vet. cod.* Prothin & insignem. *quomodo à Poeta scriptum fuisse, præstare sum paratus.*

Sed

Sed difficit. *Cum in prioribus editionibus* difficit *legeretur. Sabellicus locum corrupit, &* deficit *suppositit: cùm tamen vet. cod. hoc verbum agnoscat: ex cujus scriptura Gisanius versum emendavit, & in sua Conlectanea retulit. Verùm eam vocem non solùm hîc, sed etiam in infinitis aliorum Poëtarum locis reperire est: in Virgilio observavit Pierius: in Valerio, primi nos, in aliis, alii.*

Clariaque supernè. *Liber manuscriptus,* Clariamq; supernè intonat.

Occumbens, i, nunc. *Vulgata lectio corruptissima est,* occumbens & nunc. *hæc verò vet. cod. elegantissima & ironiæ plena.*

Oblutumq; ferit. *Alia est lectio librorum vulgatorum: eaq; inepta.* Oblutamque ferit galeam, cristasque rubentes, Heu tibi dona gerens.

Attonitus cervice. *Ita Lugd. Basilien. & Bononien. at Parisiensis & manuscriptus,* attonitus Crenæ, *quarum utraque scriptura diversum, eumq; satis commodum habet sensum.*

At diversus agens. *Sic habent omnes libri prælo impressit; nec quisquam vitium subesse sensit: adeò ut non defuerint, qui scriberent* Turbantem, *viri nomen esse proprius. Vet. cod.* at diversa Sagen: *quæ lectio & vera & aperta est: Sagen enim ut & Hagen inter Cyzicenos nominat.*

Vulnere Cydrum. *Lugd. & Argent.* vulnere Cydnum. *prius malo.*

Coni-

Conisus viribus. *Verbum* conisus, *etsi in manuscripto esset: propter exemplorum tamen raritatem admittere non audebam: nunc verò inventis exemplis, nihil causæ est, quin recipiatur. Virgilius lib. 9. Æneid.*

toto conisus corpore ferrum conicit.

sic ibi veteres libri, Prudentius Psychomachia:

& ense coruſco Conisa in plagam.

in quibus tamen versibus conisus, *non* connisus *(ut quidam arbitratur) ex omnibus vet. cod. legendum est. Sic etiam lib. 3. Æneid.*

multiplicem conisi humeris.

Valerius enim Probus existimat eandem esse appellationem in proprio nomine Niso, *Hyrtaci filio: in appellativo,* nisuque immotus eodem: *& in participio,* conisi humeris.

Venatori Etymo. *Nescio, an hac in parte vet. cod. sit corruptus, cùm in eo legatur,* venator Hierimo; *Librarii, ut opinor, ineptia.*

Cita casside cuspis. *Inverso antea ordine legebatur,* cita cuspide caspis, *cùm in vet. cod. hæc sit scriptura, quod ex meis scholiis in suâ Conlectanea conlector emendationum Lucretianarum transscripsit.*

Di precor. *Sic habet vet. cod. non* dii, *& sic in in omnibus Virgilianis libris esse adnotavit Pierius: ut &* Grai, *non* Graji.

Phoceaq;. *Vulgati;* Phoreaq;. *utrum utri præferri debeat, difficile est in hujusmodi nominibus, ut dixi, judicare.*

Ingen-

Ingentes dones. *Ita Pariſ. & Bononienſ. reliqui cum vet. cod.* Ingentes donat: *optime. Nocte enim* magis atq; magis, *ut inquit Poeta:*

Clareſcunt ſonitus, armorumq; ingruit horror.

Veſuius attonitas. *Sabellicus alicubi ſcriptum reperit* Veſubus, *pro quo reponit* Veſuius. *Vet. cod.* Veſulus, *quod propius ad Sabellici accedit ſcripturam. Conlector Lucretianus* Veſuvus *legit, &* Veſuius *Latinè non dici exiſtimat, non rectè. Statuit enim lib. 4. ſilvar. ad Marcellum ita protulit:*

Fractas ubi Veſuius egerit iras.

Quo tamen in loco Veſuvus *tam contra veteres, quam contra melioris notæ vulgatos libros idem ille reponit. Sic & Martialis lib. 2. epigr.*

Hic eſt pampineis viridis modò Veſuius uvis.

Sic ibi vet. cod. pro eo, quod vulgati habent, Veſbius. *Dicebatur itaque,* Veſevus, Veſuvius & Veſuius. *nam* Veſuvus, *quod nomen Romanum eſſe aſſerere conatur, nuſquam invenio: niſi quis illud Papinii objiciat:*

Non adeò Veſuvinus apex aut flammea diri (urbes.

Montis hiemis trepidas exhauſit civibus

quod potius ſit à Veſuvius *quàm à* Veſuvus. *Jam verò, quod ad verſus illos Lucretii corruptiſſimos (qui tamen ab exemplari Moguntia ad me miſſo abſunt) attinet; ita legendos exiſtimaverim:*

Is la-

Is lacus est Cumas apud, & Vesuvi propè montem. *Idq; ex alterius conjectura: cui tamen prima in* Vesuvi *syllaba, negotium frustrà facessit, Quin enim ea in* Vesuvius *brevis sit, dubium non est, vel ex illo Statiano statim adducto: ejus ergò casus patrius est* Vesuvii, *per crasim verò* Vesuvî. *Atq; ita locum illum constitui posse existimo.*

Pugnæ crudescit. *Sic vet. cod. alii,* crebrescit.

Cœus in imo Vincla Iovis. *Locum hunc turpissimè fœdatum restituisse jactat se Sabellicus: idem gloriatur Janus Parrhasius. Adeò uterque studiosè tàm exiguum loci unius emendati laudem captat. Nihil autem ab his vet. cod. meus discrepat.*

Motis ululantia. *Ita vetus & Paris. reliqui omnes,* votis ululantia. *de sacris magnæ matris Deûm loquitur. Similis planè locus est apud Virgil. lib. 9. Æneid.*

Quod si tanta Iovis. *Sabellicus legit,* quod si Titanis, *vel* si Titonis: *quæ verba satis commodè interpretatur, cum autem summo consensu, & vulgati & calamo exarati libri habeant,* quod si tanta Iovis, *atq; hac conjectura sit Sabellici; aut aliquid in his versibus vitii latere, aut versum quempiam (quod hîc non rarò accidit) deesse suspicor, ut ut est, tantisper locum vitii suspectum habebo, dum vet. cod. aliquis, hanc conjecturam aut confirmarit, aut rejiciendam docuerit.*

Rege peremto. *Ita scribo: non autem* perempto.

empto. *Nec me movent vet. cod. (quanquam vetustiores sæpè* p *omittunt,) quibus qui hic auscultandum arbitrantur, miror, cur non iidem iisdem constanter auctoribus*; tempto, temptamentum, hiemps, dampno, sollempnis, sompnus, *& similia scribunt. Sed de voce* sompnus, *alias ex Agellio latius. Victorinus certè & Terentius Scaurus, litteræ compendium fieri volunt: &* sumsi, demsi, *atq; id genus alia, sine* p *scribenda judicant. Scio quidem Priscianum ab his dissentire: quo tamen non moveor. Adeò enim Grammaticis diversa tradere religio est, ut sæpè diversis locis à seipsis, nedum ab aliis dissentiant. exempla in Nonio frequentia sunt.*

Celeravit opem. *Vet. cod.* celebravit. *vet. Paris.* celebrabat. *vulg.* celeravit: *quod placet.*

Nocte satæ. *Vet. cod.* nocte satus. *Sed probior videtur vulgaris scriptura.*

Versiq; per agros. *Libri omnes typis editi,* averfiq; per agros.

Quò fugitis? *Ita Bononien. Florent. & vet. cod. alii,* quos fugitis: *utrumq; convenit.*

Præcipiti plangore. *Vel hic locus oscitantiam librariorum, de quibus expostulavi satis liquido monstrat: nam in Argentorat. cui præfuit Eugentinus, legitur* præcipit plangore: *sub calcem libri, ubi si, quæ inter excudendum errata obrepserint, subnotari solent, ita adscripsit Typographus: Versus ille,* præcipit plangore, *mutilus est: lege ergò* præcepit plangore; *insignis sanè*

emendatio, qua una fretus omnibus librorum impressoribus omnem perversissimè castigandi laudem, suo jure eripuerit.

Tenuis fletus. *Ita omnes vulgat. Vet. cod.* pars tenuis flatus, *quæ vera lectio est, per flatus tenues, spiritum & anhelitum deficientem paullatim intelligo. Viventes enim & morientium anhelitus captabant. De casu illo* tenuis, *aliquid in emendationibus Sallustianis ad initium* omnis homines (*sic enim ex Prisciano legi debet*) *dicturus sum.*

Fortuna revexit. *Ita vet. cod. & nonnulli vulgati. Alii,* fortuna revinxit. *prius malo.*

Fatis hoc. *Argentorat. Basil. Lugd.* fatis id, *Paris. & Bononien.* fatis jam. *vet. cod.* fatis hoc. *Sic apud Virgilium* 12. *Æneid.*

id rebus defuit unum.

Prohibebit hærenis. *Sic uterq; Paris. Bononiens. verò,* arcebit arenis. *vet. cod. ut excusum est, prima lectio Virgiliana auctoritate defenditur:*

hospitio prohibemur harenæ.

In planctum vocat. *Vet. cod.* in planctus vocat.

Nec dum suboles. *Annotârunt alii in vet. lib. legi* suboles, *non* soboles, *idem & hic omnibus in locis reperio, eamq; scripturam servandam censeo.*

Fatales rapuere. *Omnes omninò vulgati habent,*

bent, natales rapuere, *sed mihi lectio vet. cod. digna esse visa est, quæ retineretur.*

Illam vix geminam. *Ita vulgaria exemplaria. ineptè. vet. cod.* illam vix gemino.

Et tempora mœsti. *Ita malè omnes vulgati, cod. vet.* & corpora mœsti.

Aggere longo. *Vet. cod.* aggere longe: *ut referatur ad verbum* eminet.

Festina vocantibus. *Vulgati;* formosa vocantibus. *ubi Sabellicus cum libro Bonon. legit,* furtiva vocantibus. *Vet. cod.* festina vocantibus: *properabat enim propterea, quòd & ventus & socii Jasonem vocabant.*

Inde ter. *vet. cod. omnes & manuscriptus,* inde per armatos: *Baptista tamen Egnatius, qui hunc in Poëtam integros se commentarios asservare asserit (eos autem ut visos laudat Pierius) judicat legendum,* inde ter armatos: *tum ipsa consuetudine tùm Virgilii auctoritate, quæ est 2. Æneid. commotus.*

Huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum; subjectisq; ignibus atris,
Conditur in tenebras alta caligine cœlum;
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis,
Decurrêre rogos; ter mœstum funeris ignem,
Lustravêre in equis, ululatusque ore dedêre:

Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur
& arma;
Auditur clamorque virûm, clangorque
tubarum.

Præcedentes etiam versus, quibus exsequiarum religio describitur, huc planè spectant, ut verò in Egnatii sententiam totus concedam, cogit me, quod sequitur, ter inhorruit æther.

Cum clamore. *Ita vet. cod. vulgati omnes,* tum clamore. *malè.*

Arces ad patrias. *Hæc est lectio omnium vulgatorum, quæ mihi quidem non probatur: magis placet Bononien.* Arctos ad patrias. *vet. cod.* agros ad patrios: *& sic à Poëta scriptum fuisse, credo.*

At non. *Alii legunt,* at nunc: *malè.*

Magnis. *Ita vet. cod. alii omnes,* jam magis.

Cæsorum ab imagine. *Vet. cod.* læsorum ab imagine.

Carpitur æstu. *Ita liber calamo exaratus, & plerique vulgares. Virgilius lib. 4. Æneid.*

At regina gravi jamdudũ carpitur æstu.

Vetust. Paris. cæditur æstu; *quæ non est prorsus rejicienda lectio: quod enim homini potest esse gravius flagellum, quàm ut habet Satyricus:*

Nocte dieque suum gestare in pectore
testem?

Sacer atque. *Sic vulg. vet. cod.* acerque.

Agit &. *Vulgati,* agitat. *melior est altera lectio.*

Eume-

Eumenidum domus. *Ita vet.cod. an verò ea lectio, quam omnes vulgati libri habent,* Cimmerium domus, *huic præferri debeat, ignoro: certè mihi non æquè ornata videtur. Si quis tamen eam malit, legat Ptolomæum lib.3. Plinium lib.6. cap.8. & Strabonem.*

Ampycides. *Vet.cod.* Amphicides. *in Apollonio tamen legitur* Ampycides, *nisi Valerius Flaccus Latino more efferre voluerit.*

Æsæpia silvis. *Ita Lugd. & Argentor. Æsæpum certè Strabo hoc loco collocat. & Hermolaus Barbarus Homerum adducit, qui Æsæpum flumen ad urbem Zeliam celebrat. Ptolomæus verò hæc cõjungit,* Cyzicus, Æsæpi amnis ostia, Parium colonia: *uterq; Paris. habet* Æsapia. *Æsapum fluvium Apollonius lib. 2. describit, & ejus Hesiodus Theogonia meminit. Vet.cod.* Asopia: *de qua lectione vide Strabonem lib.8. & 9. & Didymum in scholiis Pindaricis. Quod autem ad hunc locum attinet, primam lectionem malo.*

Glaucasque comis. *Sic exemplar calamo exaratum. vulgata verò,* glaucaq; comas prætexere fronde.

Et procul ite. *Ita vulgat. vet.* & procul este. *Virgilius:* Procul hinc, procul este prophani.

Nostrivè luant. *Sic & vulg. & vet.cod. præter Paris. qui habet* nostri velent: *cujus sententia mihi non liquet: tametsi ea aliis perbellè constare videatur.*

Summis insternunt tabulata foris. *Hanc lectionem Interpres mordicus tuetur. vet. Paris. cum vulgatis*, summis insternunt tabulata toris: *sic & vet. cod. nisi quod pro* summis, *legit* cellis: *erroris autem non obscura est origo; est enim ex affinitate* t *&* f, *unde etiam torus, non thorus scribendum puto, cùm ab herbis tortis dicatur. Varro de vita P. R. lib.* 1. Quod frontem lecticæ struebant, & ex ea herba torta torum appellabant, hoc, quod injiciitur, etiamnum toral dicitur, lecticamque, quæ involvebant, segestria nominabant. *Sic eum locum apud Nonium in vetust. exempl. scriptum offendi.*

Densos trabe. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* densa trabe.

Æstusque. *Ita & vet. cod. & omnes vulgati, excepto Lugdunensi, qui habet,* astusque: *placeret, si vetustate niteretur.*

Quam Nemeam. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* quam Nemeen: *eodem utrumq; recidit.*

Jam tum indecores. *Ita vet. cod. alii,* indecoræ. *ineptè. ejus enim tertia syllaba producitur.*

Actumq; per omnem. *Uterq; Paris.* actumque movebo, Tende pudor mox & furias, ditem quoque verto. *Lugdunens. & Argentorat.* actumque movebo, Tende pudor mox & furias, Ditemque ciebo. *Ex hac varietate satis apparet versum ab aliquo esse depravatum. vet. cod.* actumq; per omnem Tende pudor, mox

mox & furias Ditemque movebo. *optimè sic Virgilius:*

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Vagus innata unda. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* innatat umbra: *optimè.*

Sic voce. *Ita vet. cod. alii omnes*, sic blanda, *quod æquè arridet.*

Et Eoi pocula. *Omnes vulgati libri hîc vitiosissimi sunt, legentes* spicula, pericula, vehicula, &c. *In quem locum multa affert Interpres prorsus ridicula. vet. cod. habet, ut excusum est: & ita ante etiam emendâram in priori editione, quamtamen castigationem nescio qua impudentia, ne dicam plagio, Auctor Conlectaneorum in Lucretium, ex scholiis meis desumtam sibi vindicat.*

Et sacra moventem. *Ita vet. cod. alii,* & sacra moveret.

Hoc pueri spes lusa. *Utrumque Paris.* hoc puero perfusa modo: *pessimè. Argent. & Lugdun.* hoc puero spes lusa. *vet. cod.* hoc pueri spes fusa *rectè.*

Jugi stridore. *Sic vulgati. vet. verò cod.* jugi de trude: *judicet Lector.*

Dapes hausisse. *Alia est libri manuscripti, alia vulgatorum scriptura. Utraq; tamen incolumis defendi potest. vet.* dapes hausisse. *vulg.* dapes auxisse, *sed posterior magis placet.*

Dejectaque saxi fragmina. *Vet. cod.* dejectaque saxis flumina.

Procurrit ad umbras. *Vet. cod.* procumbit: *vulgatam tamen lectionem malo.*

Comprensa trahentem. *Vet. cod.* compressa trahentem.

Diræ referentem. *Vet. cod.* duræ referentem: *quam castigationem è scholiis meis alter ille in suis affert Conlectaneis.*

Quibus anxia pectora. *Variè hic locus legitur. Lugd. & Argent.* variant quis pectora. *Utrumque Paris.* variant qui pectora. *vet. cod.* quibus anxia pectora: *quod si altera priorum lectionum sit admittenda, malo Lugd. & Argent.* variant queis pectora: *& interpretor variant: ut in illo Tibull.* Non sic Carpathiæ variant Aquilonibus undæ, *pro variantur.*

Tanto afore. *Utrumq; Paris.* tanto obfore cœtu: *ineptè. Bonon. & Florent.* tanto adfore: *idq; eo quod in vet. scriptum invenerunt*, afore, *quod & aliis erroribus occasionem dedit, ut alibi ostendam. Hoc autem verbum cùm primus omnium in Valerio Flacco observâssem, alii in aliis etiam auctoribus inveniri annotârunt, ut in Horatio lib. 1. Sat. 4.* vitium procul afore chartis: *sic enim ibi legendum est.*

Furens in jurgia. *Ita vet. cod. alii,* ferens fera jurgia: *minus benè.*

Idem orans. *Ita omnes vulgati vet. cod.* dememorans: *quod verbum nusquam hactenus inveni.*

Didimaonis. *Hanc vocem à Virgilio desumsit, qui*

sit, qui lib. 5. Æneid. Didimaonem quendam egregium armorum artificem nominat, ubi tamen multi vulgati libri, Didimæonis *legunt, sed malè. hoc monendum putavi.*

Avulsa jugis. *Vet. cod.* Excussa jugis. *Hanc comparationem ab Homero mutuatus est Virgilius, à Virgilio verò Valerius Flaccus. Virgilii versus ex lib. 12. Æneid. adscribam.*

Ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbras.
Cum semel in silvis ima de stirpe recisum,
Marte caret, posuitq; comas & brachia ferro
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro (tinis.
Inclusit, patribusque dedit gestare La-

& in obscœnis carminibus, quæ utinam non magna ex parte, utcunque aliter sentiat Politianus, sint Virgilii, cum in plerisq; suos versus aut paraphrastice reddat, aut in compendium contrahat, ut hoc loco:

Hoc sceptrum quod ab arbore ut recisum est,
Nulla jam poterit virere fronde, &c.

& in eo carmine, quod Muretus & Victorius Catullo tribuunt, mihi verò Virgilii esse omninò persuasum est:

Meis capella delicata pascuis,
In urbem adulta lacte portat ubera:
Meisque pingvis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit ære dexteram.

Quos elegantissimè in Bucolicis expressit: versu quia omnibus in promtu sunt, parcam adponere. Sed hæc extra rem.

Sermonibus urgens. *Ita vet. cod. alii*, terroribus urgens.

Phorcys. *vet. cod.* Forcus, *nec sat scio quàm rectè.*

Sidera sustulit astris. *Ita vet. cod. alii*, sidera sustulit aris: *una littera omissa.*

Flamina. *Vet. cod.* Flamina conticuere, jacet sine flatibus æquor: *omnes vulgati*, Flumina cõticuere, jacet cum flatibus æquor: *prius malo.*

Lea prolis. *Hercules Stroza putavit legendum*, quondam leo, *quod leæ juba tribui non debeat: sed aliter habent vet. lib. qui constanter* leo, *legunt.*

Dolor attrahit urbes. *Ita omnes vulgat. vet. cod.* attrahit obes. *melius.*

LUDOVICI CARRIONIS IN QUARTUM LIBRUM VALERII FLACCI Castigationes.

Atque

Atque ea. *Omnes vulgati*, utque ea: *malè*; *vet. cod.* Atque ea, *tale est principium lib. 9. Æneid.*

Atq; ea diversa penitus dum parte geruntur.

Ardenti trepidam. *Ita vet. cod. cum Lugdunens. & Argentor. uterq; verò Paris. cum reliquis vulgatis*, ardenti trepida: *malè.*

Immemores. *vet. cod.* inmemores.

Jam quibus incertam. *Fatetur Interpres se hîc conjectura reposuisse*, jam quibus insertam, *quod est, inquit, implicitam & involutam. vet. cod. cum Bonon. & antiq. Paris.* Jam quibus incertam: *quam lectionem retineo.*

Improba quo me. *Hæc in vulgatis omnibus pessimè interpuncta sunt.*

Hæc fatis mihi jam domus improba; quo me (amnes,
Nympha rapit sævæ monitu Junonis in
Nunc Jovis accessus etiam.

vetust. cod. Hæc fatis mihi jam domus; improba quo me
Nympha rapit sævæ monitu Junonis; inanes
Nunc Jovis accessus, & jam mihi, *&c. optimè.*

Jungitque preces. *Ita vulgati vet. cod.* jungitque suos.

Ante pharetræ. *Ita vet. cod. verè: nam antè dixit*, ô dolor.

Pre-

Precatur Gens hominum. *Vet. cod.* precantur Gens hominum.

Exit ubi. *Vulgati omnes*, dixit ubi: *pessimè & sine ullo sensu.*

Acheronte auditur. *Sic vet. cod. alii omnes*, Acheronte auditus.

Orantem procul arcet. *Ita vet. cod. elegantissimè. vet. Paris.* orat proclamat: *alii omnes*, orantem proclamat: *æquè absurdè.*

Sociis è puppe. *Alia vet. cod. alia vulgatorum librorum lectio est: utramq; adjiciam, ut suum lectori judicium maneat. vulgati omnes:*

Socios è puppe sacerdos
Fata Deûm & miseræ solans incommoda vitæ,
Securum Minys agit & medicabile carmen;
Quò simul assumpta pulsus fide luctus iræ.

vet. verò cod. habet:

Sociis è puppe sacerdos,
Securum numeris agit & medicabile carmen:
Quod simul assumta pulsum fide, luctus & iræ, *&c.*

multo, ut mihi quidem videtur, melius.

Ingentibus horis. *Ita vet. cod. vulgati verò*, urgentibus horis; *vet. Paris. & Maserius*, urgentibus.

Tumidis avertere. *vet. cod.* motis avertere.

Reges

Reges doliture. *Ita liber manuscriptus: alii omnes.* Reges preme dure: *quod interpretanquidam à Neptuno Ironicè dictum esse, quasi cum in summo luctu esset, jocari etiam libuerit.*

Alluit æstu. *Ita vet. cod. pulgati,* abluit æstu.

Nequiquam. *Sic hic iterum, non* nequidquam, *scriptum esse, liquidò jurare ausim.*

Nonacriâ. *Liber calamo exaratus,* Nonagria, g *pro* c *posita. Sic apud Nonium in verbo Proboscis, malè legitur calvum pro gallum, vitii origine hinc ducta, quod prius scriptum esset callum, quàm vocem alii non intelligentes, fecerunt calvum: nonnulli emendârunt legentes Ericium. Varronis sexagesf. verba hæc sunt: Se circumspexe atque inveniſſe cùm dormire cœpisset, tàm glaber quàm Socrates, gallum esse factum ericium pilis albis cum proboscide. Ita manifestè vet. cod. & ipse Nonius in verbo Ericium. eadem etiam vox reddenda est Ennio in Frulária, apud Nonium in verbo, præcisum, omasum, pernam, gallum, glires, glandia, quem locum adhuc corruptum esse, ex vet. librorum lectionis diversitate satis constat.*

Luctuque absumor. *Vetus cod.* assumor, *malè, ut opinor: sic etiam idem corruptè legitur apud Catullum in carmine ad Ortalum:*

Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias absumti fata gemens Ityli.

sic ibi legendum esse, non assumti, *docet Propertius lib. 3. eadem in re eadem utens voce:*

Incre-

Increpet absumtum nec sua mater Ityn.

Oro nec. *Vetus codex hîc vitiosus est, legens* gracia. *nec quanquam ne priorem quidem lectionem satis intelligo.*

Dolor &. *Omnes vulgati,* dolet & dura sic pergere mente: *videtur tamen Interpres scriptum alibi reperisse,* dolor. *vet. cod.* dolor & duras insurgere mentes: *benè, dicit enim dolorem jussisse ut, &c.*

Monitus subiere Timanti. *Hæc scriptura placet, tametsi vet. cod. habeat,* monitis rediere tumentes: *inepte, nî fallor.*

Qualiter ignotis. *In antiquissimis & Argentor. vetustioribus libris legitur:*

Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
Pandit iter.

Eugentinus, qui editioni Argentoratensi præfuit, ita versum hunc depravavit:

Qualiter ignotis spumantem finibus amnem
Pan intrat.

perpulchra mehercle emendatio rustico aliquo & Pane dignissima, vet. cod.

Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
Taurus aquis qui primus init, spernitq; tumentem
Pandit iter.

Quis jam in hujus scripturæ veritatem diutius inquiren-

quirendum existimet, aut quis non videat versum illum omissum, novam hanc castigationem extorsisse?

Quem nec sua turba tuendo It tanti *Vetus cod.* quem non sua turba tuendo It taciti: *& infrà*, nec quo via: *ubi alii*, nec qua via.

Hæc mea visit. *Sic liber manuscriptus & omnes vulgati, præter Parisiens. qui legit*, hæc mea visat Hospitia, hoc cuncti remeent.

Cæstu resides. *Vetus codex.* cæstus resides, *quod etiam Interpres recipere videtur, interpretatur enim*, resides cæstus, *quibus jam dudum nihil operatus sit.*

Lavitur patrios. *Sic Lugdun. & Argentorat. vetust. Paris.* labitur patrios: *quod propter litterarum* v *&* b *affinitatem, eodem recidit: at vet. cod.* capitur patrios: *sed prima lectio maximè placet; nam veteribus &* sonere *&* lavere *in usu erant: de quibus vide Nonium Marcellum.*

E sociis selectus. *Bononien. cum vetust. cod.* è sociis electus.

Deficiunt visu Minyæ. *Alii*, deficiunt visu mentes. *Interpres*, deficiunt vilu in se: *ineptè.*

Caput eripit astu. *Ita vulgati. vet. cod.* Obalia dubium caput erigit arte, *quod non minus placet.*

Insurgere ferro Incitat. *vet. cod.* insurgere ferro Integer. *Uterq; Paris.* insurgere ferro In-

ro incitat: *quod malo: nam illud vulgatum*, insurgere fesso integer: *displicet.*

Notat ipse manus. *Ita vet. cod. alii omnes*, artificumq; notata manu. *prius malo.*

Fraude furentemque. *Vulgati*, furentem. *vet. cod. ut excusum est: erit autem versus hypermeter, quales apud Virgilium multi sunt.*

Nec spes effeta. *Hic vet. cod. uterq; verò Paris.* nec spes effeta *tale est apud Virgilium*:

Frigent effeto in corpore vires.

ubi quidam etiam vet. lib. effectæ *habent, quamquam nescio, an melius hic legitur in Lugd. & Argentorat.* effecta.

Liber congerit ictus. *Hæc legenda sunt, ut vet. cod.* liber congerit ictus Desuper aversos sonat omnis vulnere vertex Inclinis, cedit-que malis.

Perfusique sacro. *Ita vet. cod. vulgati verò*, profusique sacro: *male.*

Præcipiunt pecudum. *Alii*, præripiunt. *In ea autem significatione præcipere, verbum elegantissimum est, de quo alias.*

Pelex. *Sic in omni antiquitate scriptum inveni.*

Jupiter astus. *Ita vulgati. vet. cod.* Jupiter æstus.

Lucent cui vertice. *Vet. cod.* toto cui vertice.

Messeides undæ. *Sic omnes typo excusi. vetust. cod.* Messenides. *Pindaro certè & Strabóni*

hi duo

hi duo fontes, μεσσήνης καὶ ἵππουκρήνη, conjuncti sunt. Messeniæ verò & Messenes meminit Pomp. Mela lib. 2. cap. 3.

Langventia somno. *Itavet. cod. alii*, langventia cantu, *ut ut legeris, eadem dictio repetenda erit.*

Cum facibus pyrisque. *Lego cum vetust. cod.* cum facibus spirisque. *Furias enim anguibus ornari fingunt Poëtæ.*

Raptatur Graias. *Ita liber manuscriptus: vulgati,* rapta furit Graja. *prius magis placet, ut & illud infrà*, spectat ab arce Phari, *potius quàm* spectat ab arce poli: *rationem nemo non videt.*

Provehat Euris. *Sic vet. cod. alii,* provehet auris.

Dura Deum. *Vet. cod.* Dura Deum summoque sui surgebat in ævo. *Vulg.* Dira Deum summoque lues urgebat in ævo: *nonnulli ut excusum est, quod maximè placuit.*

Insuper Harpyiæ. *Cum in vulgatis libris, & quibusdam manuscriptis legeretur,* insuper Typhonides, Harpyiæ ira Tonantis, *immane quantum una è loco suo dictio turbata turbarum dederit. Itaque Baptista Pius, Codrus Urceus, & Maserius ad conjecturas coacti confugere, quidquid insulsè & ridiculè cogitari potuit, his affinxerunt versibus, quorum tamen scripturam sequitur Alciatus Prætermiss. lib. 2. in l. Si merces §. vis major est D. locati. Vet. autem cod. habet, ut im-*

preſſum eſt: ex quo uno verſu emendato ejus bonitas cujus ſatis conſtare poterat.

Fallere quas nuſquam. *Vetuſt. cod.* fallere quas numquam.

Intorto ſeu turbine nimbus. *Vet. cod.* niger in toto ſeu turbine nimbo: *malè.*

Veruntque dapes. *Ita vet. cod. & plerique vulgati: Lugd verò,* vertuntque dapes. *De hac Phinei hiſtoria eleganter ſcribit Diodorus lib. 5.*

Sævit odor. *Sic ſcribo cum vet. cod. quia paucis interiectis ſequitur*, flagrat acerbus odor. *alioqui bis eadem dictio repeteretur.*

Polluerintque manu. *Sic vulgati. vet. cod.* polluerunt; manus. *ignoratus ſecundæ in,* polluerunt, *ſyllabæ modus, qui à Poetis ancipiti ſpacio collocari ſolet, verſum depravavit.*

Æoas. *Ita vetus cod. Interpreti tamen magis placet ſi Æxas, legatur contra libros manuſcriptos.*

Turbine ſic rapido *Ita vet. cod. alii.* rabido.

Cum premet Argos Letifer. *Sic vulgaria exemplaria: at calamo exaratum*, mox tamen & vobis ſimilis fuga, comprimet Argos Letifera *judicet lector.*

Ille ducem. *Sic vet. cod. & plerique vulgati. Interpres tamen legit*, Ille deum: *ineptè.*

Sic largus honos, tantum illa. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* jam largus honos, tam mira: *melius.*

Saxa

Saxa premunt. *Ita vet. cod. reliqui,* Saxa petunt: *& infrà,* si qua brevis scopolis fiet mora, si semel orsis Vlla quies, fuga tunc medio properanda recursu. *vet. cod.* Si qua brevis scopulis fuerit mora, si semel orsis ulla quies, fuga tunc medio patranda recursu.

Simul exiit aures. *Sic vet. cod. cum Argent. Vet. Paris. cum vulgatis,* excidit aures. *Interpres legit,* incidit aures. *Gifanius legendum putavit,* accidit aures: *quod non temerè rejicerem, nisi me consensio vet. cod. & illa loquendi inusitata ratio aliò impellerent: nam voce illa accidere, vix aliter scriptores usi sunt, quàm si præpositionem* ad, *adponerent, ut in exemplo quod affert ex Attii Meleagro,* simul ac nota vox ad aures accidit. *Stio quidem apud Plautum Sticho reperiri:*

Certo enim mihi paterne vocis sonitus
auris accidit.

sed hoc in versu Heroico duriusculum esset: malim itaque si conjecturæ locus esse potest, scribere, attigit aures, *ut lib. 2. locutus est.*

Ater aquas. *Ita vet. cod. vulgat.* alter aquas *Lugd.* alter aquis, *per quam absurdè.*

Quas torqueat Ancon. *Sic liber manuscriptus. vet. Paris.* aut torqueat Acon. *vulgati,* aut torqueat Ancon. *Apollonius certè lib. 2. Anconem hic nominat. Sic apud Ovid. ult. Metamorph. legendum est:* spissi litoris Ancon.

non Antrum, *ut quidam, vel* Antium, *ut Raphael legit.*

Thermodoon. *Ita vet. cod. Fuerunt, qui tàm hic, quàm apud Virgilium, Tibullum & Propertium*; Thermodon *reponendum putarent, ne scilicet ω μέγα brevis constitueretur: cùm tamen omnes libri manuscripti, maximè verò Virgiliani, quos infinitos vidi, aliter habeant. Apud eum itaq; Poëtam legatur* II. *Æneid.*

Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis. *non* Thermodontis, *dimetro spondaico: etsi enim Servius ibi Synæresin agnoscat, & Apollonius scripserit*, Θῆι δὲ τόμα θερμώδοντ[ος], *potest tamen ω μέγα corripi, si Dorum more in ο μικρὸν vertatur.*

Sileo & precor. *Ita vet. cod. Interpres & omnes vulgati*, sileo procul: *ineptè. Sic pro eo quod in vulgatis est*, verum næ, *& in aliis* verumne. *vet. cod. habet*, nam verè: *optimè.*

Auditur sonitus. *Lugd. & Argent.* auditus sonitus: *uterque Paris.* auditi sonitus. *vet. cod.* auditur sonitus.

Diffugere. *Sic liber manuscriptus. Lugdu. & Argent.* disjicere. *vetust. Paris.* dissicere. *Interpres legit*, aufugere. *ex conjectura.*

Idem Amyci. *Sic vet. cod. rectè: alii*, idem animos certè.

Rediere viris. *Sabellicus nactus codicem, in quo (ut in vulgatis & veteri) scriptum erat*, cecidere

dere viris: *rectè, mea quidem sententia jubet reponi.* rediere viris.

Vel fallar. *Ita Lugd. & Argentor. Interpres,* vel fallis. *vetust. Paris.* vel fallit. *vet. cod.* vel fallor.

Fuso se condidit antro. *Sic omnes vulgares; vet. cod.* fumo se condidit atro.

Cœperat incedens. *Ita vet. cod. alii,* Cœperat intendens.

Nec eniti remis pote. *Ita plerique vulgati; alii,* nec eniti remis quoque. *De significatione & usu verbi* potis, *eleganter in Catullum disseruit Muretus.*

Rhebi. *Ita vet. cod. & antiq. Paris. quam scripturam etiam Sabellicus invenit, pro qua tamen putat reponendum* Phœbi: *ineptissimè.*

Vix primis amplexi. *Sic Lugd. Argentor. & vetust. cod. id si recipimus, intelligemus sese mutuò complexos fuisse: sin verò illi lectionem utriusque Paris. quæ habet* amplexis luminis oris, *præferimus; dicemus ita hîc positum,* amplexis oris, ut illud apud alium:

Sic te complexa morientem Galle puella.

sed mihi illa scriptura minus placet.

Hypanisque Nomasque. *Etsi ita omnes vulgati habeant, scribo tamen ex vet. cod.* Hypanisque Melasque. *Melas enim hic collocatur testibus Strabone, Plinio, & Ptolomæo. Cujus etiam meminit Apollonius lib. 1. Argonaut.*

Glacialibus auris. *Sic vet. cod. alii*, glaciantibus auris.

Vrsa rigor invenit. *Vulgati.* vrsæ rigor invehit: *& ubi alii* freta versa, *ibi Lugdunens. & Argentor. freta mersa.*

Rigat ardua. *Ita vet. cod. reliqui*, riget ardua: *antiq. Paris.* reget ardua. *sic pro eo quod vulgati habent* anfractibus angit, *vet. cod.* anfractibus auget.

Aut vernis cum lux. *Vsque adeò densa est, inquit Interpres. glacies, ut non primo sole, non vere sed cum sol demum Tauri pertransiit, resolvatur. illud autem postremum è quibus Valerii verbis collegerit non video: videtur certè alibi versum aliquem huic subjunctum reperisse: quis vero is fuerit, difficile est divinare vet. cod.* Sed redit extremo tandem in sua litora Tauro: *quod carmen cum in libro manu scripto repertum, non omnino, aut ab hoc loco, aut à verbis Interpretis alienum videretur, volui adjungere, ut Lector de veritate judicaret.*

Jam Miynas diris. *Ita vulgati. vet. cod. cum Argentorat.* jam Mariandinis: *recte: quis enim non videt ex eo factum esse illud*, Mynias diris.

At properat Lycus. *Sic vulgares: vetust. cod.* approperat.

Atque eadem ira. *Vterque Paris. cum omnibus recentioribus*, atque ea cura: *Bononiens. vero*

verò, atque eadem mira: *nostram autem lectionem approbat liber calamo exaratus.*

Mihi fusus. *Ita vet. cod. cum recentioribus: uterque verò Paris.* mihi lusus: *malè.*

Lege quod accidit ultus. *Sic. Lugd. & Argent. vet. Paris.* lege quod accidit usus. *vet. cod. & Interpres.* lege quod, accidit ultus: *optime: ultus autem passiva significatione accipiendum est. Potest etiam scribi,* lege quod occidit usus, *non ineleganter.*

LUDOVICI CARRIONIS IN QUINTUM LIBRUM VALERII FLACCI Castigationes.

SVpremo in tempore. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* supremo in funere.

Aut ipse relinquor. *Ita vet. cod. alii.* aut ipse relinquo: *malè.*

Mens anxia. *Sic liber manuscriptus: plerique vulgati,* nunc anxia: *pessimè.*

Quantum phasis quantumque recessit. *Ita omnes vulgati, præter Argent. qui cum vet. cod. legit,* quantum Phasis, quantum Æta recessit. *optimé. Pater enim Medeæ à Poetis nunc Æetes nunc Æta nominatur: hinc apud Ovidium epist. Hypsipyles ad Jasonem legitur.*

Non hæc Æsonides, sed filia Phasias Ætæ.

Licet Volsius reliquique Interpretes putarint scribendum Phasis Aetæ: *inepte æquè enim Æta atque Aeetes pater Medeæ, ut dixi, vocatus fuit: quod etsi illo Ovidii, quem modo adduli versu, & alio eiusdem 7. Metamorph.*

Dissimilemq; animum subiit pater Æta relictus,

atque hoc Valerii loco (piget enim in re manifesta pluribus agere,

Quantum Phasis, quantum Æta recessit.

satis confirmari credo: accedat tamen (tanquam supernumerarius testis) auctoritas trium vet. cod. manu scriptorum, qui apud eundem Ovidium legunt.

Accipi hospitio juvenes pater Æta Pelasgos.

non juvenes Æeta Pelasgos: *tametsi Pierius existimarit Aeeten nequaquam ita nuncupari posse: quod falsum esse satis, ut opinor, ostensum est.*

Quod tamen extremis. *Vet. cod.* externis: *rectè: sic etiã superiori versu,* vidit labentibus, *Vetus codex,* lambentibus: *optimè.*

Non divitet umbras *Hæc est scriptura. vet. cod. vulgati autem,* non dividat umbras Ossaque nec tumulo nec sepate contegat urna.

Ac velut ille gregis cessit. *Ita vet. cod. Argent. & Lugd.* ac veluti gregis accessit. *Vet. Paris.* ac veluti gregis cessit. *Interpres legit,* ac velut ipse gregis cessit.

Lœ-

Lœtus sic. *Ita vulgati. vet. cod. melius*, lœtos sic.

Iam prora fretum. *Sic liber manu scriptus. alii.* nam prora fretum, *&*, tristes diviserat, *alii.* placidas dimiserat.

Callirhoen. *Ita. vet. cod. antiqui Paris.* Callirhoon: *recentiores cum Interprete*, Callichoron: *quod malo: nam Apolonius statim post Atheruſias paludes ejus meminit: & ea, quæ hic Valerius ille lib. 2. recenſet, quem Plinius (inquit Hermolaus cap. 1. lib. 6.) Callichorum dicis, eum vocat Flaccus Callichroon: ſed cum feſtam noctem actam eo loci dicat, etiam Callichorum defenderim quaſi à choreis. Huc accedit quod in phocide eſt locus Panopeus appellatus, quem Callichorum (ut inquit Pauſanias) Homerus vocaverit: propterea quod Thyades Atheniis profectæ ut Liberi patris Orgia, cum Delphicis mulieribus in monte Parnaſo celebrarent, quotannis medio itinere multis locis, precipuè Panopenſi agro thyaſos & choreas ducerent: quæ, ſi huc referantur, planè convenient.*

Bœotia. *Sic omnes vulgares vet. cod.* Boetia: *quo modo autem ſcribi debeat (nam utramque ſcripturam libri calamo exarati habent) quæſtio eſt inter nobiliſſimos Grammaticos agitata.*

Patorum laudibus. *Ita vet. cod. alii*, natorum. *Ille autem verſus qui in Lugd. & Argentor. ſequitur,*

Venturam cœlo fatis melioribus Argo,

non est Valerianus, nec in vet. cod. antiq. Paris. Bonon. aut Maserii editione reperitur: quin ab Eugentino huc rejectum credo. ne quis verò sit, qui libri calamo exarati ordinem exspectet, (quanquam is mihi satis & corruptus & perturbatus videtur,) eum subjiciam: ut videant Lectores, possint, ne ex eo commodum aliquem sensum formare:

Fama per extremos quin jam volat improba manes.
Addictasque fretis repetens freta, quaque ferentes,
Cyaneas.

illud autem carmen, Intereà & magnis fatorum laudibus implet: *sequitur post illud*, improba manes, &c. *sed in margine. Quare cùm dubitem de ejus veritate, nemo mihi religioni vertet, si modestè conjecturam meam proponens, quomodo legendum putem, exponam:*

Fama per extremos quin jam volat improba manes,
Addita jamq; fretis repetens freta, jamque ferentes,
Cyaneas; ardent, &c.

atque ita duos illos versus Valerianos non esse arbitror. neque verò temerè dissentientibus, præsertim vet. cod. aliena Poëtis inserenda sunt: nam sepè fieri solet, ut vel à sciolis quædam adjiciantur, vel è glossematis irrepant: cujus insigne exemplum mihi ostendit eruditorum juvenum flos Guilielmus

lielmus Canterus in Plauto: quod quia in optimis iisq; à V. C. D. E. Joanne Sambuco editis exemplaribus nondum emendatum est, ut à Cantero accepi, addam. Versus itaq; in principio Truculenti hi sunt:

Nam mihi hæc meretrix, quæ hîc habet Phronesium
Suum nomen, omne ex pectore emovit meo
Phronesium, nam Phronesis est sapientia.
Nam me, &c.

quis non videat postremum illud carmen è glossa erepsisse, & cum senarii formam haberet, Plautinis numeris assutum esse.

Protinus attulit. *Ita vet. cod. rectè: alii*, abstulit: *ineptè.*

Omina. *Malè omnes vulgati*, omnia *vet. cod.* omina *& infra*, visos placantia: *malè Lugd.* viso.

Odrysius dum ritæ movet. *Sic vet. cod. Argent. & Lugd.* Odrysius dux ritè movet: *reliqui vulgati.* Odrysium dux rectè movet. *quam postremam lectionē ita interpretatur Scholiastes, ut nihil dici absurdius potuerit.*

Crobiali latus. *Ita omnes vulg. vet. verò cod.* Cobylli latus: *quam scripturam Hermolaus Barbarus in Plinii lib. 6. cap. 2 agnoscit, & de Bylæo omne interpretatur, quem initium Paphlagoniæ constituit. Ego tamen hoc in loco* Crobiali *scribendum censeo ex Apollonii illo versu:*

Κρωβίαλος

Κρωβίαλον κρώμανλε καὶ ὑλήεντα κύτωρον. *Strabo, nisi in eo vitium sit,* Gobialon *vocat. ubi tamen* Grobialon *legere malim: Homerus sanè* Ægialon β.ιλ. *dixisse videtur. Multa autem ab hoc loco non aliena habet Scholiastes Apollonii.*

Inopi. *Fl rent. Ponon. & antiq. Paris.* Inopia: *Herm laus* Inopi *legit, tametsi, inquit, legatur* Inopiæ. *Cetera m de Inopo vide Pausaniam, Plinium lib. 2. Strabonem lib. 2. Vet. cod.* Enopie *Enope urbs est propinqua pylo sub ditione Agamemnones. Pausanias putat Gerenian ab Homero Enopen vocatam.*

Mox etiam. *Vterque Paris.* Mox etiam Cromnamque jugo pallente Cytoron, *recentiores.* Mox eriam Cromnam atque jugo pallente Cytoron. *Vet. cod.* Mox etiam Cromanæ juga pallentemque Cytheram: *media lectio optima est. Mela. lib. 1. c. 20. in vet. cod. ita habet. Cytra; Parthenius omnis, vrbsq; Sesamios & Cromnos, & à Cytisoro Phryxi filio posita Cytoros: in recentioribus verò, urbsq; Sesamios & Cromna & à Cytoro Phryxi filio posita Cytoros: quarum utraq; scriptura vitiosa est, cum legi debeat,* urbsq; Sesamos: *ea enim ab Apollonio nominatur, Iam verò apud eundem Melam, qui id quod in antiquioribus excusum est,* à Cytisoro *mutarunt in* A Cytoro; *etsi contra auctoris voluntatem ut ex. lib. manuscriptis constat, atq; adeò præter rei veritatem (nam Orpheus, Apollonius, & Valerius, Cytisorum Phryxi filium appellant)*

pellant) feciſſe videri queant, ſuum tamen habent auctorem Strabonem: is lib. 12. ex Ephori ſententia Cytorum Synopenſium emportum facit à Cytoro Phryxi filio conditum.

Erythina. Sic Interpres & Sabellicus. Apollonius Erythrion vocat. vet. Pariſ. Erethream. vet. cod. Erythiam: quam Stephanus ait Paphlagoniæ civitatem.

Solus Halis. Vet. cod. nec Solus Hylas. malè, ut mihi quidem videtur.

Autolicum. Vet. cod. cum antiq. Pariſ. Autolitum Phogiumq; & Deiolente: malo tamen legere cum Interprete Autolycum phlogiumq; & Deileonta: quod id magis conveniat cum iis, quæ habet Apollonius.

Vagus hos. Vulgati. Vagus hos ibi fecerat Bonon. lib. vagus hos defixerat. Vet. cod. vagus hos ibi fixerat: quarum alterutram ſcripturam veram eſſe non dubito.

Maſſageten. Antiq. Pariſ. Maſſagetom. Interpres, Maſſagetum omnes recentiores cum libro manu ſcripto Maſſageten: optimè. Hoc verbum etiam corruptum eſt in Achilleide Statii ſub finem: quem locum cum Iunius & Canterus ei medicas manus admoverint, non deſinam perſonare.

didici quo pæones arma rotatu
Maſſagere quo Geſa rotent.

ſic ibi veteres libri. non ut vulgati, quo Magete ſua geſa citent.

Quam

Quam vixerit amnis *Vet. cod.* quam vexerit amnis in æquor. *vulgati omnes*, quam sanguine vexerit amnis.

Inde Genetæi rupes. *Vulgati ex auctoritate Angeli Politioni habent*, inde Genetæi rupem. *Vet. verò cod.* inde Genetæi rupes; *multo melius.*

Tymavos. *Versus hi ante Politiani emendationem ita in vulgatis legebantur:*

Indigena æterni rupem Jovis, hinc tibi Mavors:
Dant virides post terga latus.

quos Politianus ita restituit:

Inde Genetæi rupem Jovis, hinc Tibarenum:

quæ scriptura etsi cum hoc loco optimè conveniat, liber tamen manu scriptus habet, inde Tymanus. *certè si similitudinem vocum, quæ dentium collisione in pronuntiatione fit, spectemus; parum aberit; quin pro eo* hinc tibi Mavors: inde Tymavos *legendum putem, quanquam cùm nihil inveniam quod pro me facit, non audeo affirmare, sed sententiam, donec certius quid invenero, sustinendam arbitror.*

Mossynœci. *Ita vet. Paris. recentiores verò* Mossynichi. *at vet. cod.* Mossonychi. *quidam putavit hîc legendum*, Mossynni, *non* Mossynœci, *ex Græco versu qui talis est:*

Μάκρωνες Φιλύρες τ' ὀ μωσσύνας ἔχσοι.

Cujus

Cujus conjecturam adjuvat vet. lib. meus manuscriptus Pomponii Melæ, ubi ita legitur, Ultra Carambim Mossyni. *vulgares,* Mossynæci turres ligneas subeunt.

Macrones. *Vet. cod.* Magrones, *ut* Drangæa, *pro* Drancæa, *& superius* Ligurgum *pro* Lycurgum: *idq; ex affinitate litterarum* C *&* G. *quod pulchrè Renardus noster in omni antiquitatis cognitione Prudentissimus & Jureconsultissimus edito nuper ad leges* 12. *tabul. eleganti commentario docuit: quo modo etiam legis illud caput,* Causam conscito. *legendum optimè ostendit,* causam cnoscito; *idq; ex Festi auctoritate, contendentis* C *pro* G. *veteres frequenter posuisse, ut ibi latius demonstrat.*

Byzeresque. *Vet. cod.* Bytheresque. *vet. Paris.* Byzaresque. *Interpres & recentiores,* Byzeresque, *quam lectionem, quòd cum Apollonio conveniat, repræsentavi.*

Philyræque à nomine. *vet. cod.* Philyreiaque: *Nescio utrum debeat præponi. Suspicor certè Poëtas, cum prima syllaba producenda esset alioqui natura brevis, ll. geminâsse:* Phillyrides *enim producitur, cùm* Philyra *hic corripiatur.*

Moribundæ desuper. *Ita vet. cod. cum Lugdun. & Argentor. alii,* moribundam desuper; *malè.*

Debita poscunt. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* debita noscunt: *multò melius.*

Per genus. *vetust. Paris.* pergenus. *Lugdunens.*

nens. & Argentor. pergimus: *ineptissimè. vet. cod.* per genus.

Sidera passis. *Varia hîc est variorum librorum scriptura: de qua inter se Sabellicus & Interpres altercantur. Quin verò hæc vetust. cod. lectio vera sit, dubium non est.*

Placidus reminiscere. *Sic vet. cod. alii omnes*, patrias etiam reminiscere.

Per te vehat. *Ita liber manuscriptus: alii*, prætervehar.

Pellis micet. *Sic cod. calamo exaratus: reliqui omnes*, pellis nitet: *quod minus placet.*

Trepidam sub virgine. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* trepidam sub imagine: *melius.*

Quemcunq; procorum. *Ita vulgares libri: quam lectionem laudat Interpres, vet. cod.* quæcunque procorum pacta petat: *optimè.*

Omne refusis. *Sic vet. cod. non nulli*, omne reflexis: *alii*, omne refossis.

Et data seri. *vet. cod.* & data sævi *sic infrà*, Æmoniis insaustũ. *vet. cod.* Hæmonis infestũ.

Ipsum qui talibus. *Omnes vulgati*, ipsum qui talibus ausis Spem sibi jam rerum vulgi levitate sereatem. *vet. cod.* ipsum quoque talibus ausis Spem sibi jam rerum vulgi levitate ferentem: *quam lectionem etiam Sabellicus agnoscit, & de ejus veritate nihil dubito.*

Regum cum milibus. *Ita vet. cod. alii omnes*, regni cum milibus.

Debitus Æeis. *vet. cod.* Ætheis.

Ne

Ne prælia fortè. *vet. cod.* ne prælia fortè, Hinc tibi grata negem, manet ingens ægida sudor. *Vulgati omnes*, nec prælia fortè Hinc tibi grata neget, jam jam manet ægida sudor: *malè.*

Aut altos diris. *vet. cod.* aut altos duris.

Lustrantia flumina *vet. cod* lumina: *malè.* Et *versu sequenti*, tantis in sedibus. *Vetus codex*, tacitis in sedibus.

Fratre tamen. *Variè versus hîc legitur, sed omnibus in libris ineptè, ne dicam absurdè; præterquam in vet. cod. cujus scripturam excudendam curavi: & ea, quæ Interpretes prolixè tractant, nihil huc faciunt,*

Æqualis Schytidum. *Ita vet. cod. alii*, æquali Dryadum. *ineptè.*

Talis & in vittis. *Somniat hîc Interpres, & meras nugas affert. Vet. cod. habet, ut excusum est, quæ lectio omni difficultate caret.*

Mater advenit. *Sic vet. cod. alii*, petat agmine nostro Advenit: *prius malo.*

Magni sedere. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* magnique dedêre.

Ora Dianæ. *Ita vet. cod. alii omnes*, arma Dianæ.

Perfer opem. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* sed fer opem, *prius Latinum esse non existimo: & infrà*, nos hospita pubes. *vet. cod.* non hospita.

Atq; omnia. *vet. cod.* sed & omnia. *&*, si veros possis. *vet. cod.* si vivos possis.

Alloquiis. *Omnes vulgati.* Alloquiis facilis præsens pater admovet æquis. *vet. cod.* Alloquiis facilis, præsens pater ammovet æqui.

Varia dux lætus. *Sic liber calamo exaratus. Alii,* lætatus.

Prima Sesostris. *vet. cod.* Sesostres: *Vide Herodotum lib. 2. Strabonem 16. Diodorum lib. 2.*

Trepidæque. *Sic vet. cod. alii,* trepidæq; requirunt & sine imbribus amnem. *vet. cod.* sine imbribus annum.

Ater & Eridani. *Omnes vulgati,* acer & Eridani. *vet. cod.* Ater & Eridani: *quam scripturam etiam alii laudant.*

Torto ratis. *Vet. cod. cum Sabellico,* toto ratis. *utraq; lectio tolerari potest.*

Jam Phasidis. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* per Phasidis: *optimè.*

Ludus ubi est multus. *Nonnulli,* ludus ubi exstabat. *vet. cod.* ludus ubi est tantus; *alii,* ludus ubi est multus. *Lugdun. & Argentor.* ludus ubi & cantus: *quæ lectio maximè arridet.*

Implicat igne domus. *Vet. cod.* implicat igne domos: *melius.*

Quin idem. *Ita vet. cod. alii omnes,* quis idem: *malè.*

Penetralibus edit. *Sic omnes vulgati. lib. manuscriptus,* patriis penetralibus infert.

Distulerant sed *Vet. Paris.* distulerant sed bellatorum. *Lugd. & Argentor.* distulerant sed

sed bella torum: *quam egregiam emendationem Eugentino debemus. quanquam parùm ab hoc vet.cod.meus recedat,legens* distulerant sed bella toros: *melius. Si quis verò est, qui fabulis anilibus & Æsopi commento frigidioribus delectetur, is videat Baptistam Pium,& Interpretem hoc loco: nam quæcunq; frigidè pariter & insulsè dici possunt, huc congesserunt: quorum tamen lectionem laudat Hermolaus Barbarus.*

Quos præcipuo. *Omnes vulgati,* quos præcipuo Titania tellus Legit honore Patres, motique ad prælia Regis; Admonet hîc socios, nebulamque erumpit Iason, Sideris ora ferens: nova lux effusa Cytæis. *vet. cod.* quos præcipuos Titania tellus Legit honore Patres; motique ad prælia Reges; Admonet hîc socios, nebulaque erumpit Iason, Sideris ora ferens: nova lux effulsit Itheis: *cujus postremam partem non probo: malo enim legere,* nova lux effusa Cytæis: *nam* κύτεα *inquit Scholiastes Apollonii,* πόλις κολχίδος. *Stephanus,* κύτα πόλις κολχική, πατρὶς μηδείας.

Maxima ab hoste. *Vet.cod.* Maxima fortè tenens totque illa cremantia divos. *Omnes vulgati,* Maxima ab hoste tenens. totque illachrimantia divos: *quæ, si vera est lectio, erroris origo non erit obscura: & facilè probari poterit, veteres scripsisse* illacrumantia.

Quam quem Polias. *Florent. & Bononiens.* quanquam Pelyas : *ineptè.*

Quíque ante secuti. *Vet.Paris.* quodque ante secuti. *vet.cod.* quotq; ante secuti.

Sed me nuda. *Sic vet.cod.alii,* sed mea nuda fides. *Ita etiam videtur legendum apud Tibullum lib.* 4.

Te Mesella canam, quanquam me cognita virtus Terret.

non quanquam mea, *ut vulgò legitur. sic etiam superius emendavimus* , me primùm regia mundo Imposuit : *cùm antèà legeretur*, mea primum.

Bebryciæ spernendus. *Omnes vulgati,* Bebryciæ spernendus adit seu fraude petivit. *vet. cod.* Bebryciæ spernendus adi seu fraude petivi : *& ita à Poëta scriptum est.*

Da jungere dona. *Ita omnes vulgati. vet.cod.* da jungere dextram : *utrumq; facilem interpretationem admittit.*

Mitescat habenis. *Sic vet. cod. & Argentor. Interpres verò cum reliquis vulgatis*, mitescat harenis : *malè.*

Ignescit opertis. *vet.cod.* ignescit apertis.

Haud tali vos tempore. *Sic vet. cod. alii,* haud alio vos tempore. *& pro* obsidet, *vet. cod.* assidet.

Jamq; virum. *Ita vet.cod.alii,* namq; virum. *Lugdu. & Argent.* cumque virum trahet ipse chalybs : *nullam lectionem satis intelligo.*

Insci-

Inscius astus. *Liber manuscriptus*, inscius acti; *quo etiam in exemplari versus ille:*

Ergo nec his nostris deerat labor improbus actis.

desideratur: videant doctiores sitne Valerianus.

Fare tuis. *Sic vet. cod. alii*, fare avidis.

Via decolor. *Ita vet. cod. alii*, via discolor.

Æthera versat. *Sic omnes vulgati. vetus codex*, æthera vestit.

Patitur convivia. *Vet. cod.* potitur convivia. *Ter. Adelph.* patria potitur commoda. *Pacuvius Iliona:* Usi onere, credo, sceptrum patienter poti.

Choassen. *Vet. cod.* Choaspen *apud Tibullum quoque lib.* 4. vel Regia lympha dyaspes. *docti quidam legunt;* vel Regia lympha Choaspes.

Hic segnior. *Sic Interpres cum Eugentino; quæ vera lectio est. vet. Paris.* hæc genitor. *vet. cod.* genitor sic: *absurdissimè.*

Unctis. *Lugd. & Argent.* vinctis, *alii*, victis. *vet. cod.* unctis, *rectè: est enim id mollis & enervati animi indicium: sic posteà:*

Sed nec sperne virum, & comtis diffide capillis.

quem versum in omnibus libris hactenus desideratum in vet. cod. meo inveni.

Vide lata. *Sic nonnulli libri. vet. alii*, viden alta comantem?

Laxarten. *Lugd. & Argen.* laxarten *vet. cod.*

laxaſten. *conſule Hermol. Barbarum in Plinium lib. 6. cap. 21 & 25.*

Pulſantem corpora. *Sic Lugd. & Argentor. cum vet. cod. Interpres autem cum reliquis vulgatis,* pulſantem cornua.

Adſpicit Aega. *Vet. cod.* adſpicit Aeetæ: *eque bene.*

Num querat? *Bonon.* nam queror. *Lugd. & Argent.* num queror? *reliqui,* non queror. *vet. cod.* num querar? *optimè.*

Tantus mihi luctus & angor. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* tacitus mihi lucus & agger.

Et ſola *vetuſt. Pariſ.* & ſola colimus ſi gentibus. *Interpres cum Lugd.* & ſola colimur ſi gentibus. *vet. cod.* & ſola colimur frigentibus: *Interpretis lectionem germanam Poëtæ eſſe credo.*

Non tibi Byſtonide. *Ita vet. cod. reliqui omnes,* non tibi Aloydæ.

Fas aliquid nequeat. *Ea eſt ſcriptura librorum vulgarium. vet. cod.* faſſáque quæ nequeam: *deſiſtamne,* inquit, *& fatebor quicquam eſſe, quod facere nequeam?*

Manet accipite ergo. *Sic Lugd. & Argentor. alii putant legendum,* rerum manet exitus ergo. *vet. cod.* rerum manet accipite, ordo: *atq; ita à Valerio ſcriptum fuiſſe aſſero.*

Nata juvet. *Vetuſt. Pariſ. & Bonon.* nata jubet. *ex litterarum ſimilitudine mendo nato, ut inferius oſtendemus.*

Phle-

Phlegræas. *Ita Lugd. & Argent. & vet. cod. at vet. Pariſ.* Phlegyas qui: *alii*, Phlegræas qui reddere: *æquè abſurdè.*

LUDOVICI CARRIONIS IN SEXTUM LIBRUM VALERII FLACCI Caſtigationes.

AT vigil iiſdem. *Utrumq; Pariſ. cum reliquis vulgatis*, at vigil his furiis. *vet. cod.* at vigil hiſdem ardet furiis.

Præſensque videri. *Vetus codex.* tueri: *quod melius huic loco convenit, ut ut interpretari volueris.*

Abſtineant alienæ à. *Ita vet. cod. alii*, abſtineant alienæ ſanguine: *malo ut excuſum eſt.*

Ideò tantos. *Sic omnes vulgati, præter Florent. qui cum vet. cod. habet*, non illos ideò tanti: *prius magis placet.*

Ductorque Colaxes. *Lugd. & Argent.* ductorque Coraxes: *malè.*

Viridemque Maracem. *Sic omnes vulgati. vet. Pariſ. & cod. vet.* miracen. *Interpres legit* Micaren. *quid autem hîc legi debeat, difficile eſt judicare, quando nihil alibi, quod huc faciat, invenio.*

Scutis diffuderis. *Vet. cod.* ſcutis diffunderis: *melius.*

Datis Achimeniæ. *Ita Lugd. & Argent. vet.*

Paris. dat is Achimeniæ. *Interpres,* Dathin Achimeniæ. *ut & vet. cod. rectè.*

In arma Daraps. *Vet. cod.* in arma Claraps: *idq; ut ostensum est ex literarum affinitate.*

Rodalo cum fratre Sydon. *Vet. cod.* non Rodalo cum fratre Fidon.

Jacesinaque levo. *Ita vet. cod. alii,* Acesinaque lævo.

Cum gente Syenem. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* cum gente Sirenem.

Arboris ad summum. *Deest hic versus in libro manuscripto, sed cùm omnes editiones eum agnoscant, certè Valerianus esse videtur.*

Cœaleæ. *Sic omnes libri vulgati. Hermolaus censet legendum* Coralii, *à quo non ita multum dissentit. vetus cod. legens* Coraletæ, *quæ vera est scriptura.*

Sub vellere. *Lugdunens. & vet. cod.* sub vulnere: *malè.*

Ambenus. *Interpres cum Lugdu. & Argent.* ambolus. *alii legunt,* Ambenus, *ut vetust. Paris. & lib. manuscriptus habet.*

Hos super erectam. *Sic vulgares libri. vet. cod.* super æratam.

Aea Baternas. *Etsi ea scriptura, quam omnes agnoscunt, mihi non contemnenda videretur: non potui tamen dissimulare vet. cod. lectionem, quæ talis est:*

Illinc juratos secum trahit Exabaternas.

Alii

alii legunt, in se trahit Aea Baternas: *judicent doctiores.*

Hiberni qui terga Noæ. *Ita vetust. Paris. Lugdun. verò & Argent.* hiberni qui terga Novæ *vet. cod.* hiberni qui terga Noræ. *Sunt etiam qui conjiciant legendũ*, Tybarni qui terga novem: *quorum sententiam hîc rejicio.*

Quosque Tyras. *Ita Lugd. & Argent. Vetust. Paris.*, quosque Taras. *vet. cod.* quosque Tarax.

Drangæa Phalanx. *Vet. cod.* Drancæa Phalanx *cujus cauſſam superius sæpè attuli.*

Vel superas. *Vulgati*, superas Hecaten comitatus in aulas. *Vetus codex*, superas Hecates comitatus ad auras.

Varus. *Ita liber calamo exaratus: alii omnes* Vanus.

Viderat æstas. *vet. cod.* viderat ætas.

Longæva novalia. *Sic codex manu scriptus. Lugd. & Argentorat.* Lagi novalia. *alii.* Lagæ novalia. *malè.*

Quas Otaces. *Lugd. & Argent.* quas Sotaces: quas Latris agunt *Vet. cod.* quas Otaces, quas Latris, &c.

Notosque refutat. *Vet. Paris.* notusque refutat Argus. *Lugd. & Argent.* notusque refutat Arcus *Interpres*, notusque refutat Angor. *quam scripturam multis asserere conantur Interpres & Sabellicus. vet. cod.* notosque refutat Arcus.

Hic & odoratus. *Vulgati.* Hic & odoratus spiranti crine Michael. *Sabellicus autem putat legendũ,* spiranti crine Metletæ. *vet. cod.* odorato spirantes crine Micelæ. *quam scripturam etsi nihil inveniam, quod eam adjuvet, ut concinniorem tamen exprimendam curavi.*

Doctus & Auchaces. *Vetus cod.* Doctus & Auchates.

Vincula Egyto. *Sic vet. cod. omnes verò vulgati,* vincula Cyro: *ineptè.*

Cum juga. *Ita liber manuscriptus. alii,* cum vada.

Emoda. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* Eumeda, *quod malo.*

Exomatas. *Sic omnes manuscripti codices. Hermol. & Interpres ex Marcellini lib. 4. reposuerunt,* Jaxamatas. *Et Vopisci vita Cæsarum locum depravârunt, cùm* Exomatas *pro* Jaxamatis, *substituerunt: negantes interim in veteribus libris aliter quàm* Exomatas *legi: quam ego scripturam ut antiquam retineo.*

Mesus. *Vet. cod.* Mœsus. *vet. Paris.* Nœsus: *quæ scriptura cum locis jam nominatis, non malè congruit.*

Sarmata conti. *Sic vet. cod. & omnes vulgati, Sabellicus tamen conjicit legendum,* sarmata canthi: *male.*

Aut is apud. *Vet. cod. Paris. cum omnibus vulgatis,* Auctus apud fluvios volucrum sonus æthera quantus. *Vet. cod.* Aut is apud fluvi-

fluvios volucrum quatit æthera clamor. *unde legendum conjeci, ut excusum est.*

Tunc lituum. *Lugdunens. & Argentorat.* tunc lituum concentus adit. *Vet. Paris.* tunc lituum conceptus adit. *vet. cod.* tunc lituum concentus agit. *optimè.*

Typhoea reverberat. *Ita Lugdun. & Argentor. quam lectionem falsam esse ostendit Interpres, legens* Typhona reverberat. *vet. cod.* Typhoea verberat.

Caspius Æœum. *Vetus cod. cum Lugdunen.* Caspius Ætœum.

Prædamq; relinquit. *Sic. vet. cod. alii,* prædamque relinqui: *malè.*

Cadit ipse. *Omnes vulgati,* cadit is Chremedonidis. *Sabell. alibi reperit,* cadit ipse Medonidis. *vet. cod.* cadit ipse Chremedonis: *æquè benè.*

Jamque latet. *Versus hi duo in libro manu exarato desiderantur, Valeriani tamen sunt: quanquam eosdem Mycillus Statio lib. 7. Thebaid tribuat, an verò ille exemplar habuerit, in quo eos invenerit, nescio: certè nec Aldi, nec reliquæ editiones ibi eos versus constituunt: quin liber Bononiens. Aldinus, & uterque Paris. hoc loco legunt.*

Debeat Oebreus. *Sic vet. cod. alii,* Ocheus.

Subito jacit. *Ita omnes vulg. vet. cod.* graviter jacit.

Visuque Medontes. *Vet. cod.* visuque Medores.

Actæi sed eum. *Multæ variæque sunt in vulgatis libris lectiones, quarum nulla tamen cum hoc loco congruit: si eam excipias, quam vet. cod. habet.*

Tot Rhyndace. *Cum superius in vet. cod. legatur.* Rhundace, *hîc tamen constanter* Rhyndace *reperio, ea qua dixi, Græco cum v nostro affinitate.*

Candentis carbasa. *Bononienſis* candentis carbasa villi. *Vetust. Parisiensis cum omnibus vulgatis* candentis carbasa Nili, *Vet. cod.* splendentis carbasa lini: *optimè.*

Pictoque juvant subtemine. *Admirabilis est librorũ manuscript. non quidem mediæ ætatis, sed vetustiorum in scribendi ratione consensio: nam cum D. Lambinus, homo in veteribus restituendis mirè industrius, apud Horat.* Unde tibi reditum certo subtemine parcæ, *meminisset in omnibus codicibus* legi subtemine: *ita quoque & in meo hoc vet. cod. & in 2 calamo exaratis versum illum Papinii lib. 7.* Et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax. *scriptum inveni. Quid? quod Carisius Sosipater lib. 1. instit. Grammat. idem annotat, ut ex eo Pierius in 3. Æneid. observavit: sed & Varro lib. de lingua Latina. 4. de generibus vestium loquens, non aliter quàm* subtemen *scribit, quin &* subtemen, *non* subtegmen: Temen *non* Tegmen, *antiquos scripsisse testes sunt Pandectæ Florentinæ in*

l. 70. in

l.70. in principio & § ult. D. de legatis lib.3. l.22. in fine D. de auro, argento.

Proturbans ingerit *Sic vet. cod. alii*, profundens ingerit.

Tegmen avis. *Omnes vulgati*, Id quodque tegmen avis & equi porrecta per armos. *vet. cod*, Id quoque tegmen equis agitur porrecta per arma.

Vadit equûm *Ita vet. cod. alii*, vadit equi.

Teneræ liquuntur *Sic Interpres. at Lugd. & Argen.* teneræ linquuntur *vet. cod.* teneræ liquuntur.

Onchea conto. *Ita. vet. cod alii*, ochea.

Deducat ab. *Vet. cod.* deducat ab arbore rami. *vulgati*, deducat ab aere rami.

Ante manu. *Sabel. legit*, Arte manu tacita cui plurima crevit harûdo. *alii, ut excusũ est.*

Nam fors adjunxit *Ita omnes vulg. vet. cod.* nam fors ita junxit.

En ait. *Sic vet. cod. alii*, Non ait.

Corripit horror. *Vet. cod.* Corripit error.

Magnoq́; doloris. *Lugd. & Argent.* acies auget, magnoſq́; dolores. *vet. cod.* acies auget magnoq́; doloris Turbine: *melius.*

Aut claris occumbite *Lugd. & Argent.* aut claris occumbite factis. *vet. cod.* caris occumbite factis. *vet. cod.* caris occumbite natis. *Ego verò aut* natis *aut* factis occumbere *Latinum esse non puto: legendum itaque conieci* claris occumbite factis. *& meam*

am conjecturam inveni à vet. Pariſ. comprobari.

Parvíq; etiam. *Vet.cod.* parviq; viam.

Non uſquam videt. *Vulgati omnes,* non uſquam videt atque iterum intrat in æquor: *quam poſtremam verſus partem multis verborum circuitionibus Scholiaſtes interpretatur: pleriſq; de veterum in augurio religione temerè allatis. vetus cod.* Quem quærit nuſquam, videt atque ierum intrat, &c.

Opprimit admiſſis. *Ita vet.cod. alii,* opprimit amiſſis: *ineptè, ut & quod ſequitur.*

Genitor inquit. *Vetus cod.* inquit genitor: *multò melius.*

Hæc ſaxa relinquant. *vulgati,* hæc ſaxa relinquam Martis agros, ubi tam ſævi duravimus amne. *vet.cod.* hæc ſaxa relinquant Martis agro ſubitam ſævi, &c. *in altera earum lectionum facilis error eſt. Ita enim veteres ſcribebant,* Martiſ agroſ ubi tam.

Ipſius Æoliæ. *Ita vet.cod. longè melius, quàm ait Interpres,* ipſius Eubœæ: *aut omnes vulgati,* ipſius Euboiæ.

Qui frangere olivo. *Vet.cod.* frangit olivo: *ut etiam quidam impreſſi: iſtud autem Poëta mutuatus eſt ab Homero* ιλ. ϱ.

Arietat. *Lugdun. & Argentor.* arietat canthum. *vet. cod. cùm Pariſ. vetuſt.* arietat &: *melius eſt enim proceleumaticus; ut,* labat ariete crebro Janua. *Virgil. 2. Æneid.*

Bella-

Bellabimus. *Ita vet.cod. & nonnulli recentiores: alii,* bellavimus: *malè.*

Ductantem cornua. *Vet. cod.* ducentem cornua.

Inque labantis equi. *Lugd. & Argentor.* Inque labantis equi tendentem frena Cenhippen. *utrumq; Pariſ.* Inque labentis equi tendentem frena Neſippen. *vet.cod.* Illabentis equi tendentem frena & Henippen: *optimè.*

Nutuq; cadens. *Vet. cod.* nutuq; carens.

Rapturus ab agmine. *Lugd. & Argent.* raptorus ab ingvine: *malè.*

Neq; tela cavere. *Hos verſus è quibus Interpres ſe expedire nõ potuit, tacitus præterit. Omnes vulgati,* neq; peſte recinctos Tela, ſed implicitos, miſeraque in peſte revinctos. *vet.cod.* neq; cura cavere Tela, ſed implicitos miſeraque in veſte revinctos: *optimè. Illarum autem vocum,* peſtis & veſtis, *in ſe tranſmigratio frequens eſt. Exemplum unum adducam ex Pacuvii Nyptris:* (tulit

Barbaricam veſtem navibus noſtris ob-

Nova figura factam, commiſſam infabre.

Sic ibi vet. cod. at in vulgatis Nonii Marcelli libris, verſus hi duobus in locis ita leguntur.

Barbaricam peſtem Sabinus noſtris, &c. *ineptè.*

Conſtrictos excipit. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* conſtrictos accipit.

Ac ſa-

Ac sævas aperit. *Vet cod.* seras aperit. *sequenti verò versu*, Increpat & seris. *Vet. cod.* increpat, & sævis: *benè.*

Inter regia. *Vet. cod.* inter egentia *prius malo.*

Illius ad flatus: *Vet. cod.* illius ad fremitus.

Alligat ignis *Cod. Bonon. & Venet.* alligat ingens. *manuscriptus*, alligat igni Cuncta sopor: *melius.*

Medio quam sistet. *Sic Interpres. Lugd. & Argent.* medio quæ staret. *vet. cod.* neque quæ medio stet: *optimè.*

Atq; prior. *Vet. cod.* ac prior hanc: *elegantius*

Dedit ecce decus. *Vet. cod.* dedit acre decus.

Alienaque cura. *Vet. cod.* alieni cura. *& sic legi debet.*

Ignava sedes. *Vet. cod.* ignara sedes. *utrumque admitti potest*

Dic age tu veri. *Vet. cod.* dic age tuque feri.

Spirantis acerbi. *Malè quidam legunt*, spirantia cervi. *ut Argent.* chlamis ardet *pro* arcet.

Non pascua. *Diversissimè versus hic in omnibus legitur & interpungitur. Lugd. & Argent.* non pascua nec bos. Hic tibi nocturnis

nis mitte hæc simulachra rapinis: *utrumque verò Pariſ.* non pascua nec bos. Hic tibi nocturnis mitte hæc simulachra quePanis. *vet. cod.* non pascua nec spes Hic tibi nocturnis, mitte hæc simulachra repinis.

Et laxis. *Vet. cod.* & lapsis.

Modo læta Cyteis. *Omnes vulgati*, modo læta citatis. *vet. cod.* modo læta Cyteis: *multo melius.*

porrigit ictu. *Ita vet. cod. alii*, porrigit arvo.

Et zachorum & phal. *utrumque Pariſ. cum Lugd. & Argent.* & zacorum & Palcen peditem pedes haurit amastrum. *alii* amastim. *vet. c. ut excusum est.*

Cassa frendens. *Vet. cod.* cassa ridens.

Læta bouum. *Ita Lugd. & Argent. vet. cod.* læta hominum.

Euritus Exomatas. *interpres, ut sibi constet putat legendum esse* Axamatas, *pro* jaxamatas, *prima litera detracta. Ego constanter in vulg. & vet. libris, & hic & superius invenio* Exomatas. *et ita planè legendum censeo.*

primis ereptus. *Vet. cod.* brevibus præreptus.

At Latagum. *Omnes vulgati*, Ablatacum Zetemq; Daraps; illum exigit hasta Hunc fugat, ingenti subiti tum sanguinis unda Vidit. *vet. cod.* At latagum, &c. *ut imprimendum curavi.*

Quod funderet arma. *Omnes vulgati*, quod fuderat arma Oranteſq; viros quam denſis ſiſteret armis. *vet.cod.* quot funderet arma, Oranteſque viros quam denſis ſterneret haſtis: *melius & elegantius.*

Nec ſanguine quiſquam. *Vet. cod.* nec ſanguinis uſquam.

Impulit. *Omnes vulg.* Intulit atq; novas egit ſub pectore vires. *vet.cod.* Impulit atq; novas egit ſua pectora vires.

A Jove. *Vet.cod.* ab Jove. *Sic Æneid.*

Et mi genus ab Jove ſommo. *Et in Bucolicis:*

Ab Jove principium Muſæ. Jovis omnia plena. *Et Calpurnius Eclog. 4.* Ab Jove principium ſiquis canit æthera, ſumat. *& alibi ſæpè.*

Undantem cornibus. *Ita vulg. vet. cod.* ſudantem crinibus.

Nunc Atinen. *vet.cod.* Nunc Arinen Olbumq; necat, jam ſaucius Apren. Et deſertus equo Tydrum pedes excidit haſta. *Omnes vulgati.* Nunc Arnem Nolbumq;. notat. i.ſ. A. & d.e. T. pedes excipit haſta.

Saturare canes. *Lugd. & Argen.* Saturare canes Schytiæque volucres Heu miſeri veniſtis ait. *vet.cod.* Vos Schytiæ ſaturare canes Schytiæq; volucres Huc miſeri veniſtis ait. *optimè. Sic Virgil.* Nō nos aut ferro Schyticos populare penates Venimus.

Caden-

Cadentis acerbat *Sic vet.cod & omnes typo excusi. at Interpres*, cadentis acervat: *minus bene: vitii origine ex litterarum cognatione ducta: veteres enim promiscuè & indifferenter* v & b *utebantur. sic in Epist. Plinii malè*, Celsus Iubentius, *pro* Juventius. *nominatur & apud Ciceronem de Senect.* hospes tuus habitus Masinissa, *pro* hospes tuus avitus Masinissa. *& oratio Ciceronis pro* Cluentio Habito *inscribitur, cum vocari debeat, pro* Cluentio Avito: *multisque aliis in locis, ut eleganter docuit Jacobus Cujacius acutissimus interpres, quibus illud Varronis addatur ex Satyra inscripta,* Est modus matulæ. οὐκ μέτρος. Cui nihil jucundius quisquam vivit *pro* vino nihil iucundius quisquam bibit: *Quo in loco Gifanius putavit legendum* ουνο nihil &c. *acutè. sed hoc contra vet. lib. apud Virgil. quoque 12. Æneid. quidā legunt*, formidine crimen acervat: *alii*, acerbat: *quod malo. sed id nemini mirum videri debet; tāta. n. est* v & b *quemadmodū dixi, cognatio ut ante* M.CC. *annos fuerint, qui integros de ea libros conscripserint: quod testatur Cassiodorus, qui sub Justino seniore vixit, lib. 1. Instit diu lect. cap. 30. cujus verba. & quod in vulgatis malè interpuncta sint, & ut omnes intelligant quanti facienda sit, Orthographiæ adscribam emendata.* Orthographos, *inquit*, antiquos legant, Velium Longum, Curtium Velerianum, Adamantium Martyrium de v & b, ejusdem

de primis mediis atque ultimis syllabis: eiusdem de b littera trifariam in unum posita: & Eutichen de aspiratione. *sed & Focam de differentia generis. quæ prolixius apposui, ut eruditos incitarem ad hujusmodi Grammaticos conquirendos.*

Miseræ sensere. *Sic vet.cod.alii.* curuæ sensere.

patrium cervice. *Ita plerique vulgati. eo modo, quo Virg.* sacrũ tiaram, *dixit.vet.cod.* patriam cervice. *Vt apud Iuvenalem.*

Phrygia vestitur bucca tiara.

Tygris agit. *Ita vet.cod. alii.* saucia tigris hiat.

Nec labor assiduus. *Hic versus ab omnibus vulgatis & abest & deest: quem ex vet.cod. Valerio restitui.*

Nigraque evulsam extendit. *Ita Lugd. & Argen. Bonon. verò,* magnaque evulsam extendit. *Vet.cod.* nigraque evulsam tendit.

Fuga fœda ducum. *Lugd. & Argent.* fuga fœda ducũ. *Vet cod.* fuga torva Ducum.

Quid fratris meritas. *Lugd. & Argent.* quid fratris sævi tunc Iupiter omnia. *Bonon.* sævi tunc Iupiter omine. *vet. cod. ut excusum est: quemadmodum etiam legendum putavit, in novis suis lectionibus doctissimus, mihique amicissimus Canterus.*

Fallere Achivos. *Vulgati omnes,* Quo fallere Achivos Quisq; velit; quoq; hunc. *vet. cod.*

cod. quo fallat Achivos Sic meritos quoque & hunc.

Socias elementi *Vulgati*, socias dementi turbine gentes, Erigitur paullum levi. *Vet. cod.* socias elementi turbine gentes, Erigitur paullumque levi: *melius.*

Serus Iber. *Vulgati.* serus Iber ubi Syndomæque phalangus. *Vet. cod. serus* Iber Essedomæq; phalanges. *videat lector utram lectionem præferat.*

Marte carent, *Vetus codex & Bononiens.* Marte calent: *malè, ut opinor, sequitur enim,* solisque juvant clamoribus agmen.

Profert mortalibus. *Exemplar Lugd.* profert, optabilis *cum vet. cod.*

Vt fera Nyctelii. *Lugd. & Argentorat.* ut fera Nyctelii paullum per sacra resistunt Mox rapuere Deûm jam jam quodcuûque paratæ. *Interpres & vetust. Paris.* ut fera Nictelius paullum per &c. *Vet. cod.* Ut fera Nyctelii paulisper sacra resistunt.

LUDOVICI CARRIONIS IN SEPTIMUM LIBRUM VALERII FLACCI Castigationes.

ERgo ubi cunctatis. *Sic vet. cod. at. vulgati.* Ergo ubi contactis. *Lucanus lib. 2. Pharsaliæ:*

Turritaque premens frontem matrona corona,
Translatæ vitat contingere limina plantæ.

Si quis omnino contendet legendum cunctatis, *dicet virū id irrepsisse ex eorū opinione, qui* contatis *auctore Verrio quem Festus refutat quam* cunctatis *scribere malunt: atque ita unus litteræ additionem facilem esse.*

Nec pereat. *Omnes vulgati,* Nec poterat quo scire modo. *Vet. cod.* Nec pereat quo scire malo. *Vetust. Paris.* Nec poterat quo scire modo.

Jam jactata toro. *Vet. cod.* Tum jactata toro nimiumque experta cubile.

Levis erigit. *Ita vet. cod. Bonon. verò, Florent. & Paris.* languentes erexit imber. *quidam legunt,* erexit imber. *sed prima lectio optima est.*

Clarescceret aspera. *Sic omnes vulgati habent, præter unicum vetust. Paris. qui legit,* clarescant atria: *cujus fidei per me derogatum nolo, cum & vet. cod. suffragetur.*

Jam jam vultus *Sic vetust. Paris. cum omnibus vulgatis. vetus codex,* nam jam vultus vocesque parantem.

Sic spreverit. *Vet. cod.* ut spreverit.

Spolium ut vino. *Vetust. Paris.* spolium ut Juno,

Ipsum offerre. *Lugdun. & Argent.* ipsum effer-

efferre meos, atque ipsum pandere lucos, *vetust. Paris.* ipsum efferre meos ipsum me pandere lucos. *Ita & vet. cod. nisi quod pro* efferre, *legat* offere.

Ac prior. *Bonon. lib.* ac prior Æmonias rapuit super æquora prædasHaud ego. *vet. cod.* Ac prior Hæmonias repetet super æquora prædas. Haud ego, &c.

Stupet Ioniusque. *Interpres,* nautes stupet Jonio altoQui te jam lybeæ tuens. *Lugd. & Argent.* stupet magis Ionus alto, *vet. cod.* stupet Ioniusque magister Qui portus Tiberine tuos.

Præceps subito. *Ita omnes vulgati, præter Bonõ. qui habet,* præceps subit omnis quam ostia. *vet. cod.* præceps subiit, nusquã ostia; nusquam, &c.

Quærit ut Æxis, *Vet. cod.* Ætæis.

Explerique nequit. *Vet. cod.* implerique nequit.

Sese semel. *Sic vet. cod. alii,* sese simul.

Totum mecum. *Ita vet. cod. alii,* tantum mecum.

Decepta reliquit. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* furiata reliquit.

Quin illa sacro. *Vet. cod.* queis illa sacris quo freta veneno.

Quod singula. *Vet. cod.* sed singula.

Sed me. *Omnes vulgati,* sed me ipsum

opus & cunctant *vet. cod.* sed me ipsa opus est cunct.

Tu face leviferæ. *Sic vet. cod. alii*, tu face luciferæ. *forte ad Dianam Tauricam respicit.*

Impediat *Vetust. Paris.* ut mea forte Impediat nec me ætati. *Sabellicus & Interpres legunt*, nec Ætatis *Lugd. & Argent. cum recentioribus*, impedat, nec enim est tanti. *quod scripturæ adulterium suum auctorē Eugentinum prodit. vet. cod. habet ut excudendum curavi.*

Amplexumque pati. *Ita libri editi vet. cod.* amplexumque peti.

Festinansque. *Vet. cod.* festinamque.

Duræ cogar. *Vet. cod.* dire cogar comes esse sorori. Et nunc ille sua. *vulgati*, duræ cogar comes ire sororiEt nunc ille sui. *malè*

Hæserit aruis. *Vot. cod.* hæserit oris.

Qua redi itq; *Bonon.* qua redeuntque dies. *vet. Paris.* qua rediitq; dies. *manuscriptus & recentiores*, qua redit itq;. *benè*

Diis nata. *Bonon.* ornata malignus. *Sabellicus & libri recentiores*, ô nata malignis. *vet. cod.* diis nata malignis.

Quoniam potes. *Sic vet. cod. alii*, quando potes.

Quæque aspera mater. *Ita vetus. cod. alii*, aspera semper.

Ardua amanti *Bonon.* ardua menti *Interpres legit*, arida mens est: *quam lectionem omnes libri vulgati servant. vet cod.* ardua amanti

Da

Da prendere veſtes. *Interpres cum Sabellico*: redde diem & noctem mihi: da me adprendere veſtes. *vet. cod. cum Ludg & Argent.* Redde diem noctemque mihi da prendere veſtes. *Vetuſt Pariſ.* Redde diem noctemque mihi da adprendere veſtes.

Iugulata procorũ. *Sic legit Sabellicus. Vet. verò cod. & vetuſt. Pariſ.* vulgata procorum.

Dignior: eſt & *Antea legebatur*, digniores. *ex quo loco Baptiſta Pius aſſerere conabatur, ſyllabam es, aut brevem aut longam conſtitui poſſe: adducto etiam Propertii verſu:*

Si puer es, alio trajice tela tua.

Egnatius autem & reliqui recentiores Grammatici. aut ad cæſuram confugerunt, aut verſum depravarunt: ſed vet. cod. optimè habet, ut excuſum eſt; neque enim es. unquam produci poteſt. nam apud Propertium ita lego:

Si pudor eſt, alio trajice tela tua.

cum enim dixiſſet. An tibi jucundum eſt ficcis habitare medullis; *ſubjungit*, ſi pudor eſt, *te nimirum* ficcis habitare medullis, alio trajice tela tua. *Reliqua quæ hic aut Pius, aut Propertii interpretes habent, inſulſa ſunt.*

Infelix obſtruit. *Ita omnes vulgati. vetus cod.* infelix obruit.

Duras evadere. *Sic emendavi ex vet. cod. cum antea legeretur*, diras evadere: *quam tamen emendationem alius ex meo manu ſcripto libro, in ſuis Conjecturaneis ſibi aſſcribit.*

Proclamat neque. *Quatuor hîc versus transpositi sunt, qui ordinem verborum & sensum perturbant, sic enim vulgo leguntur:*

Proclamat neque opem ignoto viresq;
daturam.
Ac neque tam turpi cessuram semper amori
Sæpe suas miserè promittere destinat artes.
Denegat atque una potius discernit in ira.

Aliter sanè in libro manuscripto, multòque emendatius & quemadmodum à Poeta scriptos fuisse non dubito: nam in aliis commodum sensum velle inquirere, est cum ratione insanire: sic ergo legendi, ut excusi sunt.

Qui nunc est. *Vulgati*, qui nunc est crudelis. *Vet. cod.* qui nunc est primævus.

Tunc poteras. *Bonon.* tunc paterque atq; istis. *Lugd. & Argent.* tunc poteras istis juvenem tunc perdere monstris. *vet. cod.* tunc poteraſque istis juvenem non perdere monstris.

Caucaseum. *Vulgati*, Caucaseum tonitru nutritaque gramina ponit. *vet. cod.* Caucaseum promit nutritaque gramina ponit. *non ita placet.*

Mente dolor. *vet. cod.* monte dolor.

Dat dextram. *Versus hic in omnibus corruptus est; legitur enim*, blandeque pavens vocem

vocem Venus ut quam. *vet.co.* Dat dextram vocemque Venus blandisque paventem Alloquiis.

Hortaturque sequi. *Vet. cod.* Hortaturq; suis brevibusque insurgere pennis. *alii omnes.* Hortaturque sequi brevibusque insurgere pinnis.

Jamque redire rogant. *Vet. cod.* jamque redire volunt.

Haud aliter cæcæ. *vet. cod.* haud alia Æææ per mænia.

Jamque tremens. *Vulgati,* Jamque tremens longe sequitur Venus atque sub altas. *vet. cod.* Ipse tremens lõge sequitur venus: utq; sub altas: *multo melius.*

Expendere pœnas. *Vet. cod,* pendere pœnas. *sic lib. 1.* jam pendere pœnas Colchida.

Nõ jacet. *Vulgati,* Jam jacet extrema quod nunc mihi cuspide cantus. *vet. cod.* An iacet externa quod nunc mihi cuspide Cantus.

O ubi Juno. *vet. cod.* en ubi Juno.

Si tamen. *Vulgati,* Si tamen aut superis aliquam spem ponis in ipsis. *vet. cod.* Si tamẽ aut sumtis aliquam spem ponis in armis.

Quantum hic aberis. *Vet. cod.* quondo hinc aberis: *rectè.*

Merito morituram. *Ita Lugd. & Argent. cum reliquis vulgatis. vet. cod.* merita morituram.

Perdita abibo. *Vet. cod.* prodita abibo.

Vnquam ego. *Interpres legit.* Vnquam ego si meriti noctisque si immemor hujus, *Lugd & Argentor.* Unquam si meriti noctisque sit immemor hujus: *liber manuscriptus*, Vnquam si meriti sim noctis & immemor hujus.

Dulces rapientia: *Ita vet. cod. interpres*, dulcis rapientia *Lugd. & Argent.* totiesque ducis rapientia.

Mihi care periclis. *Sic omnes vulgati. at vet. codex*, iterum carpende periclis.

Liberne fretis, *Interpres legit*, Tibarine fretis jam vultus apertus, *in quem locũ quæcunque inepte pariter & absurdè effutire potuerunt, omnia congesta videas vet. Paris.* Tibarine fretis jam vultus aperto. *Lugd. & Argent.* Liberne fretis jam vultus apertis. *vet. cod.* Liberne freto jam vultus aperto.

Spesque addidit aura. *Ita Lugd. & Argent. utrumque autem Paris.* spesque addidit aula. *vet. cod.* spesque addidit ausa: *optimè.*

Mihi vertite. *Vet. cod* invertite *& pro* partim Graium *vet. cod.* parti Graium.

Prosequitur speciosa ducem. *Sic interpres reliqui vulgati*, prosequitur spacioq; ducem *vet. cod.* prosequitur stipatque ducem.

Lapsa dies *Vet. cod.* Lassa dies: & attoniti, *vet. cod.* attonitis.

Effudere tenebræ. *Ita vulgati omnes. vet. cod.* effudere tenebras.

Ex

Exima *Vet. cod.* ex una. *rectè. sequitur enim* geminos mortalibus ignes, &c.

Et torvo. *Vet. cod.* & torto.

Inicit Æsonides. *Vulgat.*, Inicit Æsonides dextrã atque ardentia mittit Cornua *vet. cod.* Incitat Æsonides dextram: inque ardentia mittit Cornua.

Nitenten carminis. *Sic alii vet. cod.* nitẽten cornibus.

Tum gleba quatit. *vet. cod.* gleba quati: *melius. sic ubi alii*, dare germina tellus At vera. *vet. cod.* daret agmina tellus Adverso.

Recedere cristis, *vet cod.* recedere castris.

Iamque omnes videre. *vet. cod.* omnes odere.

Medea veneno. *Post hunc versum alius desideratur, quem ex libro manuscripto reposuimus. est is talis*, Infectã dederat usuq; armarat in illos: *qui planè cum hoc loco convenit.*

Qualis ubi exstimulat. *Comparatio hæc diversè legitur in vul.* Qualis ubi exstimulat mœstę Phrygia agmina matris, Ita vel exectos lacerat Bellõa comatos *vet. co.* Qualis ubi exstimulat mœstæ Phrygas annua matris. Ita: vel exfectus lacerat Bellona comatos. *alii ex Strab. lib. 2. legunt*, Comanos.

LUDOVICI CARRIONIS IN OCTAVUM LIBRUM VALERII FLACCI Castigationes.

uT

Tu precor hæc. *Vulgati*, Tu precor hæc longæ placidus mox sceptra senectæ. *vet. co.* Tu precor hæc longa placidus mox sceptra senecta.

Prodit medicamina ciſtis. *vet. cod.* profert medicamina ciſtis.

Furiarum erecta. *vet. cod.* ejecta. *Lugdunen.* evecta,

Quem tenet. *Interpres & vet. Pariſ.* quem tenet extremum conjunx ferit irritus Iſthmos. *Lugd. Argent. & vet. cod.* Quem tenet extremum conjux ferit irritus Iſthmon.

Acta timore gravi. *Vet. cod.* icta timore gravi: & jam jam non ulla, *vet. cod.* jam nunc non ulla.

Satis eſt vexiſſe. *vet. cod.* ſatis eſt quæſiſſe.

Virgo iterum notis. *vet. cod.* Virgo novis iterum.

Advocat ultro. *vet. cod.* ac vocat ultro. *elegantius.*

Quem me inſtante. *Sic omnes vulgati. at vet. cod.* quem metuis me ſtante.

Atque effuge raptis. *Hic eſt poſtremus verſus vet. mei codicis manuſcripti, reliqui temporũ injuriâ perierunt: quorum jacturam eò levius & æquiori animo patior, quò præclariora ea ſunt, quæ nobis ſeu fata ſeu Deus aliquis ſuper eſſe voluit. cum itaque non niſi ab excuſis & vulgatis exemplaribus adjuvari poſſim, unum hoc ſupereſt, ut eorum variationes aliquot in locis oſtendã;*

quod

quod cum fecero, vela complicabo. & Argonautas Junoni & Palladi committam.

Terrigenas in fata. *Sic Lugd. & Argent. at utrumque Parisense*, terigenas infesta dedi. *malè.*

Fraudemque fidemque. *Ita utrumque Paris. Lugd. & Argent.* fraudemq; fugamq;. *melius.*

Vos ait. *Interpres*, vos, ait, Æsonidæ. *vet. Paris.* vos ait Æsonide. *Lugd. & Argent.* vos ait Æsonides: *media lectio maximè placet.*

Nec tura. *Sic scribo: non autem* thura. *suffragantibus vet. cod. & Grammat. Sosipater enim Carisius Tus à tundendo dictum vult: quamvis Julius Modestus* τὸ θύειν *deducat.*

Dixerat atque orans. *Ita Interpres & vetust. Paris. at Lugd. & Argent.* dixerat itque orans.

Haud ita sed summo. *Vet. Paris.* haud ita sed somno. *malè,*

Haud finit, *Ita Interpres. recentiores verò,* aut finit.

Nec Murrha. *Vet. Paris.* nec myrrha corpus Achivi. *Lugd. & Argent.* nec murrha corpus Achivis.

Haud illa velit, *Sic Interpres. Bonon. Lugd. & Argent.* haud ulla velit. *Sabellicus*, haud nulla velit.

Hæc committat. *Ita omnes recentiores.*

Inter-

Interpres, hæc commutet. *ineptè. Sic apud Virgilium libro quinto Æneid.*

Non vires alias conversaque numina sentis.

plerique vet. cod. habent commissaque: *melius, ut mihi quidem videtur.*

Hi reddere. *Interpres legit*, his reddere forsan Fas: abeant, *Lugd. cum omnibus vulgatis*, Hi reddere forsan Fas habeant. *prius malo.*

Quid dubitas. *Hunc versum*, quid dubitas? heu dure siles magnumque minatur. *invenio in Paris. Bonon. & Florent. post illum*, decor ille juventæ *Interpres verò reiecit post illum*, altera prora. *Eugentinus in Lugd. & Argent. editionibus omisit, fortassis quia Valerianus non est.*

Tentat &. *In recentioribus vulgatis istud est postremum carmen. in antiquioribus autem sequitur*, Mene aliquid meruisse putas? me talia velle. *ut ut est, constat sine Poetam morte præventum ultra fragmentum octavi libri nihil scriptum reliquisse: quo magis miror Ioannem Hartungum & 10. & 11. ejus libros in Decuria. 2. locorum à se correctorum adducere: cum illi à Valerio Flacco non editi, sed à Baptista Pio ex Apollonio conversi & extremo Valeriani cod. adjecti sunt. optarim itaque eos duos locos sub cap. 5. quod continet errata in citando in eadem Decuria ab Hartungo positos esse.*

Finis Castigationum.

NOMEN-

NOMENCLATOR AUCTORUM ILLUSTRATORUM, LAUDATORUM ET emendatorum.

Notet Lector, eundem Auctorem in unâ pagellâ interdum bis, ter, quater, aut quinquies citatum esse, qui brevitatis gratiâ semel tantùm indicatur.

ABBO 421
Accius 511. 533
Achæmenides 499
Achilles Statius 550
Acron. 546. 62
Adamantius 145
Ado Viennensis 50
Ælianus 57. 189. 372. 373. 410. 411. 420. 421. 424. 426. 435. 488. 554. 546
Æschylus 35. 214. 220. 347. 377. 497
Afranius 451
Agathias 193. 319. 340. 348
Lampert. Alardus 123. 206. 223. 266. 365. 449. 481. 493
Albinovanus 87. 316

Alcæus 354
Andreas Alciatus 34. 145
Ambrosius 425. 554
Ammianus Marcellinus 190. 227. 321. 342. 418. 450. 545. 554
Andreas Hierosolymitanus 564
Andromachus 328
Anthologia. Vide Epigrammata Græca.
Antoninus 213
Antisthenes 283
Anyta Poëtria 211
Apollodorus 52. 54. 85. 137. 253. 321. 379
Apollonius passim.
Apollonius Tyrius 218
Apostolius 437
Appianus 336. 420. 423
Aphthonius 61
Apulejus 46. 51. 86. 125. 133. 183. 203. 254. 319. 358. 447. 450. 490. 501. 536. 539
Aratus 264. 317. 447
Arcerius 372. 431
Ariminus 197
Aristenætus 271. 272. 424. 450. 500. 536
Aristophanes 84. 117. 410. 441
Aristophanes Grammaticus 283
Aristoteles 143. 254. 274. 317. 437. 487
Arnobius 51. 74. 201. 211. 271. 484. 552. 553. 565
Arrianus 34. 345. 346. 412. 545. 555
Artemidorus 123. 286. 535
Asconius 47

Atheneus 147.212.444
Athenagoras 254.538
Author rei militaris 191
Auctor ad Herennium 540
Augustinus 75.147.205.347.364.378.379.425.440.539.554
Avienus 149.285.
Ausonius 137.219.263.264.357.365.379.566
BACCHYLIDES 356.361
Baptista Pius 148.188.223.276.368.568
Caspar Barthius 38.40.45.57.258.440.497.504.534.541.560
Beda 192
Joannes Bernartius 533
Biblia sacra 186.197.211.253.254.281.283.352.366.376.380.441.505.538.544.64
Petrus Binsfeldius 539
Blondus 355.550
Boethius 253.512
Bonfinius 551
Barnabas Brissonius 551
Brodeus 485
Christoph. Bulæus 41.74.86.253.341.434.489.
Busbequius 567
CALABER 68.253
Callimachus 73.195.196.206.214.254.348.360.423.436.54

Canterus 322.488
Martian. Capellæ 208.222.258.280.283.284.377.62
Capitolinus 414
Carrio 44.87.83.82.114.122.123.135.136.142.181.185.188.208.259.268.270.276.280.281.284.286.322.342.379.409.434.488.493.495.541.542.549.554.567.568.58.63.37.
Casaubonus 69
Cassiodorus 85.143.193.197.501
Cato 188.272.363
Catullus 119.195.423.451.455.57.60
Cedrenus 378
Censorinus 363
Christodorus 358
Cicero 38.62.85.119.147.196.210.262.282.365.488.503.510.547.548.549
Claudianus 35.36.42.43.45.50.51.55.67.73.78.79.87.121.128.139.144.186.187.188.193.210.216.280.285.338.340.354.359.360.366.371.377.410.419.436.437.445.487.508.512.545.554.557.559.560.566
Clemens Alexandrinus 269.284.321
Cloatius Verus 362
Cœlius Rhodiginus 136.335.338.339.342.499.63
Cointus Smyrnensis 512
Coluthus 454.55
Constantinus 286
Corippus 37.187.193.265.444

Corni-

Cornificius 540
Corpus Juris 58
Curtius 42.66.428.450
Cyforianus 424
DARES 67
Martinus Delrio 540
Demetrius Triclinius 47.334
Demoſthenes 147.338
Dempſterus 51
Joſephus Devenius 219
Didymus 67.179.218.337.432.
Caſſius Dio 210.413.
Diodorus 69.81.83.274.345.364.365.374.416
Diogenes Laertius 319.363.420.491
Dionyſius 217.287.318.356.421.431
Donatus 450
EGESIPPUS 41
Egnatius 71.204.280
Elmenhorſtius 553
Emporius 145
Eucherius 114
Eugentinus 317
Ennadius 208
Ennius 66.271.354.374.418.436
Epicharmus 409.264
Epigrammata Graeca 118.123.252.319.358.437.
449.480.493.532
Epitaphium vetus 564
Eratoſthenes 287
Erythraeus 86

Etymologicon 203
Evagrius 496
Eudoxus 116
Eulogianus 119
Eunapius 280. 500. 61
Euphorion 70
Euripides 68. 73. 211. 223. 259. 260. 349. 365. 377. 441. 455. 543. 556
Eusebius 191. 413. 422. 551
Eustathius 179. 202. 212. 216. 217. 257. 262. 337. 340. 345. 353. 373. 375. 431. 433. 547. 55. 60. 63.
FALCKENBURGIUS 437
Festus 47. 59. 146. 186. 286. 339. 418. 435. 445. 496. 503. 507. 512. 546. 550. 559. 563
Firmicus 377
Florus 219
Freculphus 50
Fulgentius 443
GALENUS 436
Gellius 126. 323. 418
Germanicus 37. 501
Gesnerus 336
Gevartius 142
Gifanius 84
Glossaria 49. 421. 438. 511
Gotfridus Viterbiensis 378
Gratius 82. 192
Gregorius Nyssenus 424
Guntherus Monachus 42. 366

Gyraldus 182.201.554
HARPOCRATION 47.143.203.211.254
Joan. Hartungus 342
Heliodorus 359
Heraclides Ponticus 195.201
Heraldus 147
Hermolaus Barbarus 321.335.336.147.420.423
Herodotus 55.185.212.260.365.367.432.545.562
Joan. Frider. Hervartus 365.554
Hesiodus 57.61.73.85.137.264.276.283.318.340.355.410.446.538.451.480.546
Hesychius 48.64.72.143.203.214.286.359.372.419.421.426.427.428.430
Hieronymus 316.424.452
Homerus passim.
Horatius passim.
Hubertus Crescentinas 318
Hyginus 34.50.72.192.253.286.337.377.570
JOSEPHUS 41.365
Isidorus 48.49.187.193.276.421.438.439.446.455
Isocrates 338
Julianus 80.436
Justinus 220.511
Juvenalis 40.43.46.51.57.65.77.78.86.265.273.351.371.379.422.423.430.434.449.453.454.555.537

Juvencus 565
KIRCHMANUS 302.196.203
LACTANTIUS 59.63.140.334.482
Renatus Laurentius 84
Leo Imperator 191.380
Lexicon vetus 64
Lindenbrosius 257.554.
Anton. Liberalis 218
Lipsius 261.376.379.420.226.433.437
Jacob. Nicol. Loënsis 320.334.344
Livius 85.119.413.421.425.428.438.439.545
Lucanus 53.55.61.62.65.118.132.134.138.197.199.222.258.367.410.429.440.443.500.511.545.561
Lucianus 63.64.194.257.265.450
Lucilius 188.453
Lucretius 49.84.119.142.205.376.454.487.489.512
Lactarius Placid. 50.63.139.209.339.367
Lycophron 35.40.64.68.74.85.117.139.141.144.202.209.363.548
MACROBIUS 65.136.362.363.505.538
Machia vellus 380
Manilius 70.71.74.76.79.114.136.143.180.204.263.271.287.317.373.421.427.510.552.36.42.45.
Mantuanus 421
Ald. Manutius 33
Marcianus 378

Mar-

Martialis 41.43.48.69.115.134.184.263.355.
364.373.374.430.440.454.541.554.
Maserius 86.122.126.181.434.453.488.567.58
Manssacus 143.428
Maximus Tyrius 51.452
Mela 60.63.114.115.116.137.147.177.182.191.
192.275.322.334.338.341.367.416.417.422.
423.425.492
Paulus Melissus 207
Meursius 71.196.214.215.322.40
Menander 446
Minutius Felix 360
Publ. Mimus 487
Monophilus 360
Muretus 55
Musæus 356.450
Mycillus 342
Myro Poëtria 59
NÆVIUS 357
Naumachius 424
Natalis Comes 133.253.570
Nazarius 433
Nazianzenus 61.350.436
Michael Neander 56.76
Nemesianus 76.128.180.210
Neoptolemus 318
Nicetas Choniates 66
Nicander 137.213.317
Niccarchus 199
Migidius 365

Nonius 64. 187. 429. 453
Nonnus 51. 77. 117. 135. 137. 213. 254. 322. 423. 437. 439. 450. 455. 487. 557
Nymphodorus 342
Jun. Nypsius 118
Gregor. Nyssenus 424
ONOSANDER 184. 190. 376
Orpheus 35. 67. 85. 125. 203. 207. 254. 277. 341. 346. 356
Orus 567
Ovidius passim.
PACATUS *Latinus* 74
Pacuvius 187. 373
Panormitanus 563
Parrhasius 35. 193. 379
Parthenius 125. 178. 214
Passeratius 213
Pausanias 69. 260. 321. 335. 337. 363. 488. 540. 550
Pedo vide Albinovanus
Persius 64. 195. 432. 548
Persii interpres vetus 444
Petronius 69. 211. 214. 262. 360. 454. 488. 555
Phalaris 446
Pherecydes 52. 54. 356. 196
Philemon 450
Philo 366. 430
Philopomen 434
Philostratus 35. 37. 255. 256. 316. 340. 441. 450. 507. 537

Phor-

Phornutus 85.347.552
Pierius 206.207.282
Pindarus 59.67.83.117.125.140.184.220.265.334.370
Plato 206.257.337.352.358.554
Plautus 45.58.59.84.125.137.140.146.187.262.347.351.455.533.534.536.540.543
Plinius passim.
Plinius junior in Epist. 191.254
Plutarchus 63.64.66.73.74.179.190.198.199.203.206.273.286.336.339.409.412.425.446.499.534.551
Politianus 142.341
Pollux 51.124.179.187.339.363.375.419.424.427.428.433.444.551.565
Polyænus 141.419.434.550
Polybius 47.190.375.425.433.440
Pompeius 188
Porcius Licinius 480
Porphyrius 207.538
Priscianus 217.357
Probus 217.438
Propertius 46.64.65.80.84.139.180.183.198.201.213.216.217.219.276.423.450.451.481.488.499.533.556
Prudentius 51.67.115.186.253.377.413.415.501.554
QUINTILIANUS 41.46.48.75.202.223.353.435.446.501
REMIGIUS 539

Rho-

Rhodiginus, vid. Cœlius
Franciſc. Robertellus 320
Roſinus 43.51.87.276
Rutgerſius 213.216
Rutilius 114
SABELLICUS 182.191.193.562
Saluſtius 85.131.419.433.42
Joſ. Scaliger 66.204.271.281.317.428
Jul. Scaliger 33.50.126.340.356.365.434.510
Gabriel Schleiffentagius 271
Scholiaſtes Arati 37
Æſchyli 211.223.62
Ariſtophanis 180.221.441.563
Apollonii paſſim.
Callimachi 320.54
Euripidis 265.347
Heſiodi 61.432.446
Homeri vide Euſtathius
Incertus 321.427
Juvenalis 51.139
Nicandri 496
Perſii 444
Pindari 125.139.218
Sophoclis 337.435
Joannes Scoppa 33
Joannes Secundus 260
Sedulius 192
Seneca Philoſoph. 63.85.118.119.186.261.352.
359.376.379.455.497.503.547.566
Seneca Tragicus 33.44.62.85.118.140.186.200.
201.205.

201.205.207.208.221.253.261.441.486.490.
512.537.550.557.566
Sergius Polensis 75
Servius 59.63.81.87.136.178.186.222.281.334.
363.364.432.433.457.498.537.552.556
Sidonius Apollinaris 36.38.71.139.183.210.452
Silius 41.45.25.58.63.67.75.77.79.81.86.118.
130.135.139.190.199.267.371.421.427.430.
440.510.553.561.562.566
Simonides 262
Solinus 218.286.319.323.338.345.411.418.422.
544.545
Sophocles 140.207.222.264.316.347.352.358.
377.481.546.35.47
Achilles Statius 450
Statius passim.
Steſichorus 57.66
Heinr. Stephanus 66.193.342.425.547
Steyvechius 422
Strabo passim.
Hercules Stroza 223
Svetonius 39.43.49.197.198.349.430.505.555
Suidas 40.49.179.203.215.372.375.412.426.
430.431.453.434.438.445.551.535.563.570
Sulpitius 367
Sympoſius 204.323
Syneſius 316.423.446.549
TACITUS 39.41.63.34.77.140.200.492.545
Terentius 48.123.124.125.373.455.505
Tertullianus 70.86.413.491

Theo-

Theogenes 115
Theodoretus 347
Theocritus 141.144.210.213.217.265.267.358.361.451.452
Theognetus 283
Theognis 316
Theon. 446
Tibullus 73.87.199.204.207.272.273.373.417.423.451.507.508.535.536.547
Thucydides 147.352.375
Turnebus 49.58.67.138.349.533.548.559
Tzezes 546.547
VALERIUS *Flaccus passim.*
Valerius Maximus 185.187.316.319.435.553
Varro 52.133.136.146.179.182.198.262.409.424.432.454.550.559
Vegetius 148.189.375.413.422.431.434.532.552
Vibius sequester 82
Virgilius passim.
Vita Bernhardi 539
Vitruvius 66.124.364
Gerard. Vossius 217.45
Vulcanius 360
XENOPHON 60.148.337.339.348.372.375.376.425.433.441.480
Xiphilinus 199.551
ZONARAS 564

FINIS.

CHRISTOPHORI BULÆI

IN

VALERIUM FLACCUM

SCHEDIASMATA

AD

CL. Virum

LAMPERTUM ALARDUM

Amicum ſuum.

CL. VIRO

LAMPERTO ALARDO

Salutem & Amorem maximum!

IN Te & SCHLEIFFENTAGIUM nostrum amor meus est, ALARDE, ut quicquid Musæ Gratiæq; vestræ pangunt, id avidissimo oculo celeriter involem, nec de manibus deponam priùs, quàm omne perlustrârim. Sive hoc amoris vehementia facit, sive elegantia vestra eruditioq; minimè vulgaris, sive utrumque. Namè doctrinâ ac virtute nata est amicitia illa prorsus invidenda & propemodum sine exemplo, quâ alter alterum multos annos sincerè & suavissimè complectimur. Igitur ut Commentarios tuos in Valerium Flaccum typis describi audiebam, illico pagellas à prelo adhuc dum calentes ac madentes ad me mitti imperabam, ut primus lector maturè degustarem rorantes ingenii

tui favos. Et sanè ita me adfecit illecebrosa ista Musa, ut inter legendum inciperem ipse quoque in orâ chartæ adspergere nescio quid Notularum: quas limatissimo judicio tuo hîc submitto. Etsi enim illas scio quàm exiles sint, & quàm tutò se potuerint domi continere: tamen confido, eas Tibi non futuras nolenti, quòd ab homine veniunt tui amantissimo, & ad Valerium pertinent, cujus saluti & nitori quàm unicè studeas, erudito testimonio luculenter comprobâsti. Habe ergo has meas Tibi argutias, & prout videbuntur, ita tracta. Si enim probæ fuerint, ames quæso: sin quod vereor, aberrârint, corrige aut prorsus abjice. Tui enim arbitratus sunto. Unum memineris, natas mihi esse absque curâ & libris. Scripsi enim cum jam convasassem, partim VVittenbergæ, partim in itinere, partim Lipsiæ. Benè vale doctissimum & amicissimum caput.

In electorali Philyrea VII.

Januari, Anno

CIↃ CXXX.

CHRI-

CHRISTOPHORI BULÆI IN VALERIUM FLACCUM PHILOLOGEMATA.

Vers. 1. Prima Deûm magnis canimus freta pervia nautis) Frustra se torserunt Interpretum doctissimi in loco satis manifesto & apertissimo. Jul. Scaliger lib. VI. Poët. totum hoc primordium ut minùs poëticum interpolavit, & versus suos substituit invito magno Caspar Barthio in admirando Adversariorum opere. Nec profectò opus fuit intempestivâ illâ crisi. Nihilo enim meliores sunt, qvos numeros attulit cætera divinus heros. Ergo relinqvatur Poëtæ, qvod ipse fecit initium. Qvòd autem aliqvi pro *Nautis Natis* malunt, male faciunt: Nam cum Virgilio & Catullo sentit, qvi nautas istos *heroas* salutârunt. Virgilius in Pollione:

Alter erit tum Tiphys, & altera qvæ vehat Argo
Delectos heroas. — Manilius lib. V. v. 13.
Et ratis heroum, qvæ nunc qvoqve navigat astris.

At *prima primùm* explicant, qvasi per antimeriam adverbium positum sit pro nomine: oppidò non benè. Nam in primâ sta-

tim voce tam insolenter loqvi Flaccus nec voluit, nec debuit. Primus auctor hujus tam audacis glossæ Alciatus fuit, qvem vide lib. 8 Parerg. Ego simplicissimè intelligo, qvomodo aliàs dicere solemus, *Julius Cæsar fuit primus Imperator Romanus; Orpheus est antiqvissimus Poëta Græcus: Hic est primus serenus dies hujus septimanæ: Socrates fuit primus Philosophus activus*, &c. Infra lib. VI. v. 214. *Primus & hic nostrâ sonipes cadat impius hastâ.* Audis; *primus sonipes impius?* Ibid. v. 223. *cui plurima silvis Pervigilat materna soror.* Propertius lib. III. Eleg. III. *pugnamq; siniſtram Cannensem.* Sic hoc loco, *prima freta pervia.* Nam ante hæc maria, patuerunt navigiis nulla. Pueri nôrunt, posse adjectivo jungi adjectivum alterum numerale, sine omni figurâ. *Deorum* autem *freta* appellantur, qvia soli Dii marini ea habitâsse & pertransîsse credebantur ante expeditionem istam. Pedo Albinovanus:

— *aliena qvid æqvora reris*
Et sacras violamus aqvas, Divûmq; qvietas
Turbamus sedes?

Hinc Noster *sacros fluctus* appellat infra v. 637. pariter ut Albinovanus *aqvas sacras*, hoc est inviolabiles. Catullus etiam de Argo;

Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.

v. 1. *canimus*) *Canere* solenne verbum poëta-

poëtarum est, de qvo audiendus Scaliger lib. II. de causs. LL. cap. V. & lib. III. Poët. cap. XXVI. nec non lib. IV. cap. XVI.

v. 3. *medioscꝫ inter juga concita cursus rumpere.*) Nobilissimus Barthius ad Claudian. de bell. Get. legendum hîc existimat *medio cursu.* Et lib. I. Adverss. c. XVII. translatas voces arbitratur, qvasi dicendum fuisset, *media juga cursu interrumpere*; Dissentio, & ordinem rectum puto. *Rumpere cursus* est rumpere medios fluctus, medium mare, medias æqvoris vias. Infra v. 483.

Et dedit æqvoreos cælo duce tendere cursus.
Lib. II. v. 613.

Pande viam, cursuꝫ tuos age Diva secundo.
Germanicus Cæsar Arato:

Ignotiꝫ maris cursus ——
Virgilius I. Æneid. v. 538.

Huc cursus fuit. — hoc est, via, iter. Ergo *medii cursus* sunt, ut dixi, mediæ æqvoris viæ.

v. 5. *Phœbe mone.*) *Monere* est docere. Virgil. lib. III. v. 461.

Hæc sunt qvæ nostrâ liceat te voce moneri.
Nosser lib. VI. v. 33.

Hinc age, Riphæo qvos videris orbe furores
Musa mone.

v. 10. *Eripe me populis, & habenti nubila terræ*) Per *Terram* obscuritatẽ Poëtæ notant, per *cælos* gloriam & famam. Virg. III. Geor.

— *Tentanda via est, quâ me quoq; possim*
Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora.
Propert. lib. III. Eleg. 1.

Quò me fama levat terrâ sublimis, & à me
Nata coronatis Musa triumfat equis.

Notæ sunt istæ φεροντες, *ad cœlum tollere, ad sidera ferre*, pro laudibus mactare.

v. 11. *Sancte Pater*) Vespasianum intelligit. *Pater* autem religionis & reverentiæ nomen est, qvod non solùm Numinibus datur, sed & hominibus, imò & inanimatis, adeoqve cunctis rebus venerabilibus & augustis. Non enim Æneas solùm Patris nomen gerit apud Virgil. multis locis, ob venerationem scilicet. sed & *Appenninus* & *Tibris*. Lege Turnebum lib. XIII. c. VIII. Noster lib V. v. 209 *Pater Inachus*.

v. 21 *Orsa*) incepta. Virgilius: *Atqve ut araneoli tenuem formavimus orsum*, in Culice.

v. 13. (*Nimq; potest*) *Solymo Nigrantem.*) Gifanius Ind. Lucr. *Solymoq; nigrantem.* qvæ lectio elegantior est & numerosior.

v. 14.. *in omni turre furentem*) *furere in omni turre*, Phrasis est in vulgum minus nota, qvam illustrat eruditiss. Caspar Barthius. lib. II. magni operis cap. IX.

v. 23. *gravis*) senior.

v. 23. *longus p pulis metus.*) Qvem subjecti populi longè lateq; metuebant.

v. 23. *amnes*) Ita Sabellicus, & Andr. Schottus

tus lib. II. observ cap. LIV rectiùs, qvàm qvi *omnes*. Poterant enim Othryn & Hæmum petere, qvi non essent Peliæ

v. 25 *imum Olympum.*) agros ad radices Olympi sitos.

v. 25 *felix*) dives, ὀλβίων. Sic & *Beatum* pro divite sumi ad Catullum Muretus docet.

v. 28. *per aras*) in aris. Vide lib. IV. v. 750.

v. 29. *super*) insuper, præterea. Gifanius Indice Lucret.

v. 31. *anteire metus*) prævertere, antevenire.

v. 32. *letiq; vias*) rationes ac modos exstingvendi. Ovidius:

Tuta freqvensq; via est, per amici fallere nomen,
Tuta freqvensq; licet sit via, crimen habet.

v. 38. *tranqvilla tuens*) alii *timens*. Sed priorem lectionem asserunt, qvæ statim seqvuntur.

— — *nec fronte timendus*
Occupat, & fictis dat vultū & pondera dictis.

Sic infra lib. II. v. 555.

Illum torva tuens, atqve acri lubricus æstu.

v. 41. *daq; animum*) aude hoc ipsum. Virgil V. Æneid. v. 363.

Nunc si cui virtus, animusq; in pectore præsens
Adsit —— ——

h. e. audeat. Nam ita Scaliger lib. IV. poët. c. 16. interpungit & explicat. rectè.

v. 50. *magni marù)* Eruditè hæc illustrat Ob. Gifanius Indice Lucret.

v. 53 *Olim annis ille ardor hebet) olim-annis, τοῖς πάλαι ἔτεσι.* Ita Græcâ hac Syntaxi supra v. 23. dicebat, *longus populis metus.* Qvare *ardor olim-annis* est, qvi olim in annis erat juvenilibus. Possis tamen & *olim-ardorem* construere, sicuti Catullus *olim-furores* dixit, *τὰς πάλαι θυμὰς.* Sed prius illud melius est. Lib. VII. v. 156: *qvando ardor hebet.*

v. 57. *dignare)* aude isthoc facinus, animo virili periculum hoc subeas. Virgilius lib. I. v. 14. *adire labores* dicit. Ut & Noster v. 320. *nate indignos aditure labores.*

v. 62. *adytis)* Cæsar lib. III. Bell. civil. *In occultis ac remotis templis, qvò præter Sacerdotes adire fas non est, qvæ Græci ἄδυτα appellant.* Postmodum qvilibet locus secretus & promiscuæ hominum multitudini inaccessus ἄδυτον dici cœpit.

v. 63. *hesterno veneno)* Ita rectiùs legitur, qvàm *externo.* Vult mella Draconi data esse, qvæ virgo pridie veneno miscuerit. Terentius Eunuch. act. V. sc. IV.

Qvo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent.

v. 64. *taciti doli)* Jasoni, vel clandestini; aut etiam tacendi & pudore pleni.

v. 66. *tandem)* Vox hæc nullâ necessitate, sed ornatus tantùm gratiâ adhibetur in interro-

terrogationibus vehementibus & emphaticis. Cicero I. Catilin. *Quousque tandem abutere Catilina patientiâ nostrâ?*

v. 68. *aut curru, ut sævos frenâsse Dracones*) malim *currum*, ut respiciatur ad præcedentia. *Ut* autem valet *cum*.

v. 70. *Vomere terras imbuit.*) primùm versavit. Pari modo Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos v. 11.

Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.

hoc est, prima secuit, prima transiit. *Imbuere* enim propriè inchoare est seu initiare.

v. 70. *& flavâ quercum damnavit aristâ.*) Elegans usus verbi *damnare*, pro mutare. Virgilius I. Georg. v. 7. 8.

Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ.

Vide Jos. Castalionem Decade III. Observat. c. IX. Ovidius I. Fast. sub fine:

— — *per quas correcta vetustas,*
Quernaq; glans victa est utiliore cibo.

v. 74. *superet*) scilicet æstus & insidias Peliæ.

v. 74. *magis*) potiùs.

v. 75. *si*) pro an. Terent. *Vide si intus sit.* Infra lib. VI. vers. 4.

v. 77. *te viridem videt*) Elegantissimo schemate fingit Gloriam sive Famam in littore stantem, ac ad magnos ausus invitantem cum pollicitatione victoriæ certò reportan-

portandæ, memoriæq; nominis æternæ. Qvo etiam argumento victum Jasona mari incubuisse tradit, siqvidem ob nominis celebritatem nihil unqvam intentatum mansit.

v 79. *Incæptum*) Nauci hæc est lectio, qvare amplector emendationem literatissimi Alardi, qvi *Incertum* substituit.

v. 87 *Da Scythiam*) Fac Scythiâ potiar. Verbum *Da* in precationibus hac notione perfamiliare est. Vide Brissonium lib. I. de Formul. & Taubmannum ad hoc Virgilii, lib. V. v. 690. *da flammam evadere classi*, &c.

v. 91. *accepére Deæ*) audiverunt: Virgil. II. Æneid. *Accipe nunc Danaûm insidias*.

v 99. *rebus q; in secula tollat*) rebus scilicet præclarè gestis. *Tollere* verbum est in phrasibus gloriæ solenniſſimum. Vide Notas ad Cassii Orpheum.

v. 107. *ultrò*) propriè surpatâ voce. Lege Taubmannum ad v. 282. Culic.

v. 116. *inviti conjugis*) μὴ βελομένης. Adi qvæso magnum Danielem Heinsium ad Horat. lib. I. Od. II.

v. 130 *Hîc insperato*) Amplector sententiam politissimi Jani Gvilielmii defendentis vulgarem lectionem, *Hîc sperata sedens Tyrrhem tergore piscis*. Vide ipsum Miscellan. c. II. *Sperata* verò Sponsam notat.

v. 149. *qvanqvam miranda*) valde miranda.

v. 153.

v. 153. *Non juvenem in casus, eademq; pericula Acastum Abripiam?*) Ut scilicet hoc pacto ulciscar fraudes mihi structas, & habeam de familiâ Peliæ, qvi idem fatum mecum experiatur. Juvat enim socios habuisse malorum.

v. 160. *Raptor*) aqvila.

v. 161. *Accipit augurium*) pro se interpretatur. v. 183: *promissa accipit.*

v. 163. *fraternaq; pectora jungens*) consangvinea. Sic hoc ipso libro v. 178. *fraternæ si des accedere famæ.*

v. 173. *tua per suspiria*) Te suspirante.

v. 183. *gressus avidos*) celeres.

v. 193. *Dejicit*) Sic Virgil. X. Æneid. *Dejecit leto.* Confer Scaligerum lib. IV. admirandi operis cap. XVI.

v. 191. *carchesia*) Sic Virgil. V. Æneid. *mero libans carchesia Baccho.* Vide Macrobium lib. V. cap. XXI. ex Athenæo.

v. 219. *niveosq; per artus*) candidis in artubus. Tò *per* pro *in* sumitur, ut sæpe apud hunc Nostrum.

v. 230. *plenus fatis, Phœboq; qvieto*) Supra: *Ecce sacer, totusq; Dei per littora Mopsus.*

v. 266. *ventosq; ferentes*) felices, secundos. Virgilius III. Æneid. v. 473:

— *fieret vento mora ne qva ferenti.*

Noster lib. VI. v. 327. *aut ventos opus expectare ferentes.*

Seneca

Seneca lib. de Beat. Vit. cap. XXI. *Navigantem ferens & secundus ventus exhilarat*, id est, ventus qui à puppe : οὖρια. Homero est φέρων οὖρος. Hac notione idem Seneca *Fortunam ferentem* dixit, pro prosperâ epist. XXII.

v. 285. *âgeminâ Abydo*) De Sesto & Abydo vide quæ Paréus nepos ad Musæum nuper congessit ex antiquis & recentibus auctoribus : sunt enim lectu non injucunda.

v. 294. *Jamq; mero ludoq; modus*) finis. infra lib. I V. v. 475.

v. 311. *crispans pelagus*) γλυκὺ κῦμα.

v. 320. *indignos aditure labores*.) Locutio à Virgilio ; quam supra annotavi. *Indignum* autem ἄφατον, sive magnum est, seu quod præ magnitudine nõ possit æstimari. Sic Ennius *Indignas turres* dixit magnas. Virg. Citi v. 310:

— *Hæc nobis gravia atque indigna fuere.*

Vide Joseph. Scaligerum ad h. l.

v. 327. *mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor*,) hoc est, dum mors alicujus adhuc metuitur, metus ille tolerabilis est, & non omninò pessimus, quia semper aliquid bonæ spei admixtum habet : ubi verò cujus mortem antea tantùm timebam, jam verè mortuus & exstinctus est, tum metus iste degenerat in acerrimum dolorem. Igitur jam temporis, quo mortem tibi metuo, possum[me] adhuc solari spe bonâ, fore ut evadas & superes periculą : ubi autem tri-

stem

ſtem nuncium accepero mortis tuæ tum ſanè & ipſa, qvanta ſum, tota perii. Eſt oratio hæc Alcimedes ſuccincta qvidem & ſucciſa, verùm admodùm plena multis affectibus, qvos obiter legendo non ſtatim advertas: attentione opus eſt.

v. 329. *Qvos jam mente dies.)* Qvas calamitates, qvos infelices dies animo prævideo.

v. 330. *raucos ad littoris ictus)* Ita rectè legitur, non *paucos*. Nam Statius ſimiliter illud epitheti amat.

v. 331. *Scythicum metuens pontumq́ polumq́)* Variè locus hic legitur. Andr. Schottus lib. II. Obſerv. cap. XXXIX. defendit: *pontumq́ Cretamq́*, peſſimè. Maſerius: *Cyramq́* peraudacter. Præſtat ergo ſeqvi Carrionem, qvi noſtram ſcripturam eruditè aſſerit. Adeatur ipſe: nam aliena ſcrinia compilare mihi religio eſt.

v. 332. *nec de te credam noſtrù ingrata ſerenis)* Adeò male tibi metuam, ut etiamſi interdum vel bonum de te nuncium accepero, vel ipſa aliqvid boni ſive per ſomnium, ſive alia per indicia de te concepero, tamen non ſim creditura, ut etiam ingrata videri poſſim tùm in numina, qvæ nunciari curabunt, tùm in te ipſum, utpote qvem planè infeliciſſimũ credam omnium hominum, & non eâ præditum virtute, ut ſuperare objecta poſſis pericula. *Serenis* valet gaudiis

diis de te mihi factis. Ovidius lib. II. de Ponto, eleg. I.

Tandem aliqvod pulsâ curarum nube serenum
Vidi. fortunæ verba dedíq; meæ.

Idem I. Trist III.

Ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit.

v. 333. *Da precor amplexus, hæsuraq; verba relinqve Auribus*) Morituri suos priùs amplexabantur, & extremùm alloqvebantur, dum poterant. Seneca in Medeâ act. III. sc. II.

Suprema certè liceat abeuntem loqvi
Mandata, liceat ultimum amplexum dare.

Lucanus lib. III.

— *Veniam misero concede parenti*
Arge, qvòd amplexus, extrema quòd oscula fugi.

Elegans & eruditus Poëta Sanazarius lib. I. eleg. III.

Atqve animâ tecum jam fugiente loqvi.

Tibull. lib. I. eleg. I.

Te spectem, suprema mihi qvum venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu.

Confer qvæ huc facientia constipavit sedula Musarum apis Jan. Gruterus lib IV. Suspicion cap. I. Et adde Nostrum lib. III:

Ast ego non mediâ te saltem Cyzice vidi
Tendentem mihi morte manus: aut ulla moVerba tuli. (nentis

v. 338. *non leviore auro*) æqvè magno & gravi

gravi poculo aureo, qvàm Pholus tollebat Vid. Junius lib. IV. cap. V.

v. 341. *Auditaq́ magnis vota deis*) Horatius lib. IV. Od. XIII:

Audivére Lyce DI mea vota, DI
Audivére Lyce.

Noster lib. VI. v. 292:

Hæc ait, auditurq́ Erebo ———

v. 340. *tollere remo.*) Nihil hîc mutandum. Nam sic inferius qvoqve.

v. 349. *senem*) *Senex* de fœminâ. Tibullus:

Hanc rident meritò tot mala ferre senem.

Sic in veteri epigramm. Papinii (seu Pomponii ut habet Priscianus) apud Varronem lib. VI. de LL. in adolescentem Cascam:

Ridiculum est cum Te Cascam tua dicit amica:
Fili Petroni, sesqvisenex puerum.
Dic Tu pusam illam: sic fiet mutua muli.
Nam verè pusus Tu, tua amica senex.

Turneb. lib. XXX. cap. XV.

v. 360. *arcentibus aliis.*) qvamvis adversa auspicia navigationem disvaderent. Lib. VI. contrarium habetur: *diis melioribus.*

v. 366. *certus jaculis*) infra v. 437.

——— ——— *certus*
Æthalides subitas nervo redeunte sagittas
Cogere.

Claudianus in IV. Cons. Honor. v. 528.

— — — *certiq́ petitor*
Vulneris, & jussum mentiri nescius ictum.

v. 368. *nec potuit similes voluitve edisscere vultus.*) De ejusmodi hominum similitudinibus notabilia narrant Plinius lib. VII. cap. XII. Solinus cap. V. Aristoteles de natur. animal. VI. cap. VII. Lactantius de Opif. cap. XII. Plutarchus de placit. V. cap. XII. Lucretius lib. IV. Valerius Maximus lib. IX. Baptista Campofulgosus memorabil. lib. IX. cap. XV.

v. 376. *at frater plenior actis*) Omnino *annis* rescribendum est, ut svadet ac persvadet Andreas Schottus lib. II. Observat. cap. XXXIX. & LIV. Parum autem refert *Ancæum* sive *Ancæo* legas: nam verbum *contingere* utriqve casuum sensu eodem jungi potest.

v. 438. *gladio bonus*) Manilius: *Voce bonos.* Nemesianus Eclogâ I. ubi videndus Barthius: Δαυμάσιος. Lucretius lib. III: *Qvi melior multis qvàm tu fuit improbe rebus.* id est, præstantior. Noster paulo ante v. 424: *Oraq́ Thessalico melior contundere freno.* id est, peritior. Homerus Iliad. Φ. κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

v. 448. *frigora*) umbras. Virgilius Eclog. II:

Nunc

Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant.

v. 461. *noviſſimus*) De hac voce Gerardus Voſſius Inſtit. Orat.

v. 534. *Juſtiq́ facultas*) Laurentius Balbus ita hunc locum concipit:

— — *juſtiq́ facultas*
Hinc mihi, cum varios ſtruerem per ſecula reges.

hoc ſenſu: *fuit mihi facultas juſti*, id eſt, juſtè & æqvabiliter hominum atqve terrarum fata diſponendi, cum rerum immutabilem ſeriem componerem, *hinc*, id eſt, ex eo, qvòd nullus tunc mihi in terris filius erat, cujus privatus amor à recto & juſto me retraheret. Sed Ego nihil muto: nam idem ſenſus haut paulo clariùs in vulgari qvoqve lectione. Cæterùm ex Apollonio hæc eſſe docet Andreas Schottus libro II. Obſervat. capite LIV.

v. 548. *Undat eqvis floretq́ viris.*) Lucretius: *floret mare navibus.* Idem libro I: *Hinc lætas urbes pueris florere videmus.* Sic *urbem ſepulchris florere dixit* Prudentius. Libro V. verſ. 564: *floret variis via decolor armis.* Libro VI. verſ 77. *armatâ floreſcant pube novales.*

v. 550. *Ulla pares animos)* Erat cum legendum putabam, *mares animos.* qvomodo Horatius in de arte:

Tyrtæus q; mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Et Persius Sat. VI. v. 4:

Atqve marem strepitum fidis intendisse Latinæ.

Item Apulejus lib. III. Metam. *Heus pueri, inqvit, qvin maribus animis, & viribus alacribus dormientes aggrediamur.* Sed nunc priori scripturæ acqviesco.

v. 548. *sed nulla magis sententia menti fixa meæ.)* Qvod post multas dubitandi ultro citroq; rationes concluditur apud animum, *sententia* dicitur. Silius lib. XII:

Hæc postqvam placita, & tenuit sententia mentem.

Sidonius: *Tandem cunctanti sedit sententia.*

v. 563. *me primùm regia mundo)* *Mundus* pro cœlo, ut post Carrionem rectè doctissimus & amicissimus Alardus noster annotavit. Lucretius lib. V. circa finem:

At vigiles mundi magnũ & versatile templum
Sol & Luna suo lustrantes lumine circum.

Idem lib. II:

— *rejectant voces ad sidera mundi.*

Virgilius II. Georg.

— — *Vos ô clarissima mundi*
Lumina, labentem cœlo qvæ ducitis annum.

Enni-

Ennius: *Mundus cœli vastus constitit silentio.*
Claudianus: *Firmior Herculeâ mundus cervice pependit.*
Iterum Virgilius in Ciri:

Suspicit ad culti nutantia sidera mundi.

Idem in Culice:

Lucidaq; ætherio ponit discrimina mundo.

Seneca in Hercule Furente v. 18:

Mundus puellæ serta Gnossiacæ gerit.

Idem Oedipo v. 45.

Tristisq; mundus nubilo pallet die.

sive ut alii, — *nubilo pallet novo.* Vide Macrobium in somn. Scip. lib. I. cap. XX. & lib. I. cap. XI. Ciceroni etiam *mundus lucens* dicitur, *& mundus ætherius*, Tibullo.

v. 617. *piceo cœlo)* sic mox: *Cum picei fulsêre poli.* Lib. II. v. 15: *Cum dea se piceo per sudum turbida nimbo Præcipitat.* Et v. 521. *piceo nec dum tenet omnia cœlo.* Intelligit autem ingruentes atras nubes. Nam cœlum pro aëre nubibusq; sumi, pueris notum.

v. 626. *sed tale fretum.)* Sed hanc maris naturam esse putant.

v. 628. *qvod)* subintellige *facere.*

v. 631. *linqvite terræ spem pelagi.)* Alii, *terras spe pelagi*, sensu ironico. Ego veterem lectionem tueor, qvæ procul dubio Valerii. Cave autem τὸ *Terræ* casum tertium putes numeri singularis: nam qvintus est

plurativi, appellatus per ἀποφοράν, hac sententiâ: *Terræ*, hoc est, homines à naturâ in terris collocati, nolite relicto solo salum ingredi, aut lucrum sperare è pelago. Aliâs non video sensum in phrasi, *spem pelagi terræ relinqvere*. Esset enim, si qvid rectè intelligo, terras incendere spe pelagi, seu jubere terras, ut lucrum è pelago sperent. Qvod huic loco neqvit convenire. *Terram* autem pro hominibus, terræ incolis, etiam Virgil. dixit I. Georg.

— *vestros munere tellus,*
Chaoniam pingvi glandem mutavit aristâ.

De re ipsâ eleganter elegiæ princeps Propertius lib. III. 6:

Ite rates curvæ & leti contexite causas,
Ista per humanas mors venit acta manus:
Terra parum fuerat fatis; adjecimus undas.
Fortunæ miseras auximus arte vias.

Sed lege qvæso totum carmen, facies operæ precium.

v. 632. *sacros fluctus*) hoc est, qvos tentare religio sit. Nam sacrum haut rarò religiosum, venerabile, inviolabile. Catullus ἐμφατικῶς scilicet: *Di magni, horribilem & sacrum libellum.* Supra v. 1. *Deorum freta* appellabat.

v. 633. *segni flentes occumbere leto.*) Mors qvæ in naufragio oppetebatur invisa maximè

mè erat veteribus illis. Hinc milites apud Synesium, ne naufragio perirent, statuunt sibi necem manu conscisce, ut heroicam, & animæ neqvaqvam exitialem. Quia enim igneam hanc credebant exstingvi videbatur contrario elemento. Quare Homerus de solo Ajace Oilei aqvis submersi adistum modum scripsit:

ὡς ὁ μὲν οὐθ' ὑπάλυτο, ἐπεὶ πίεν ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Ajax interiit, *postqvam bibit æqvoris undam.*

Nullum enim alium *interiisse* dixit, sed ut qvisqve à corpore sejungitur, εἰδὸς δεβεβηκώς. Silius lib. VI. v. 202.

Hunc medio invadit fluctu, ripæq; relatos
(Heu genus infandum leti) depascitur artus.

Nam sic emendat primum versum Fr. Modius Novantiqv. lect. epist. XXII. Vide Synesium epist. III. Servium in I. Æneid. Frid. Taubmannum in Culic. v. 348. Lud. Carrionem, & eruditiss. Lamp. Alardum ad hunc Nostrum.

v. 636. *Junguntq; manus atqve ora fatigant.* Discedentes manus jungere, & se invicem osculari amant. Ovidius I. Trist. eleg. 3. *Et qvasi discedens oscula summa dedi.* Ibidem.

Nec mora: sermonis verba imperfecta relinqvo,
Amplectens animo proxima qvæq; meo.

v. 642. *hanc mihi Pallas, & soror.)* Interrogationum notâ locus hic animandus est:

— — *hanc mihi Pallas,*
Et soror hanc, inqvit, mulcens mea pectora fletu
Abstulerint? —— ——

Intelligit trifidam hastam, seu ipsum regnum maris, qvod sibi à Junone & Pallade integrum relinqvi cupit.

v. 652 *qvos æqualis horror)* sensus planus est, constructio paulo intricatior. Ordo hic videtur: Cum Notis ad Æoliæ tendunt simul æqvora portæ, hos ipsos Notos à tergo insecuti comites, Horror, Pluvia, & Imber. Adi Linacrum de constr. ordinat.

v. 666. *Hæc pelagi libabat Lucres*) Hunc morem jam ol malii docuerunt: qvare actum non agam.

v. 675. *da reddere terris has animas*) supra: *da mergere Grajos.* Infra lib. IV. v. 635: *date tangere vultus.* Virgilius IV Æneid. v 683: *date vulnera lymfis abluam,* id est, finite, concedite.

v 687 *clamor, dextraq; sequentum.)* Ita legit ex veteribus libris Gifanius Ind Lucret Nec potest dissentire Carrio. Nam hanc literam sæpe veteres contra vulgatos

Gram-

Grammaticorum canones produxerunt. Lucretius lib. I:

— *aut aliqvid noſtra qvo corpora alun-*
tur.

Prudentius lib. I. in Symmach.

Mvnica ridendaq, ſuis.

Propter ſeqvens ſcilicet *vi qv.* ubi *v* in *vv* molleſens duplicem conſonantem atqve ſic poſitionem qvam vocant, repræſentat. Lipſius de rectâ pronunc. LL. cap. XII. Et Ægidius Schudus de Rhetiâ Alpinâ cap. XXXVI. Inde *Liqvor* & *Liqvidus* primam habent ancipitem, & *aqva* primam longam per Lucretium:

Qua calidum faciunt aqva tactum atqve va-
porem.

v. 677. *qvocunqve loco.*) id eſt, omni. Propertius lib. II. Eleg. XVI:

Nos qvocunqve loco, nos omni tempore tecum,
Sive ægrâ pariter, ſive valente ſumus.

Cicero de Oratore: *Permultos excellentes in qvocunqve genere videbis.*

v. 684. *manus inſcia*) ſcribe *anxia*: nam hæc vera lectio eſt, qvam etiam Andr. Schottus tuetur lib. II. Obſerv. cap. LVII.

v. 704 *æriſonâ orâ*) Cur *æriſona* doctiſſimus Alardus habet. At qvòd vulgati pro *orâ* malunt *ida*, non placet. Nam illud prius haut paulo elegantius eſt: videturq;

hoc novitium à manu esse glossatoris, notantis, qvænam fuerit illa ora.

v. 707. *visu lassatur*) Ita svaviſſimus poëtarum Musæus de amore Leand. & Herus v. 78: παπλεύσεν ἐμόγησεν. Plautus Menæchm. *Oculi spectando dolent.* Lucretius: *fessus satiate videndi.* Adde Nostrum v. 419.

v. 721. *O domus, ô freti neqvicqvam prole nepotes*) Meræ tenebræ in hoc versu, qvas illustrâris, si cum Laur. Balbo Lilienſi legas *penates*: nam nepotes Pelias nullos habebat. Est ergo apostrophe ad domum, in qvâ se frustra prolem succepisse conqveritur Pater, ut qvi filium nunqvam reducem simul cum cæteris Argonautis in pelago crederet periturum. Memineris hanc figuram Valerio esse solenniſſimam, qvâ non in auxilium vocatâ necesse sit offendere multis locis.

v. 771. *ævi rudis*) Ita legendum est, non *Rerum rudis*, ut Carrioni visum. & poscit textus.

v. 779. *gentis de more.*) Virgilius VI: *lectas de more bidentes.* Statius *ex more* V. Silvar. II. v. 29. Contrarium est *sine more*; qvod injustè, sine exemplo, crudeliter exponit Luctatius in Statii Thebaida. Legendus Petrus Faber JC. lib. II. Semestr. cap. XVIII.

v. 808.

v. 808. *incondita leti fors*) *Incondita*, incognita, ignota. Claudianus:

Qui crimen matris condidit ore nova.

hoc est, notum fecit, propalavit. Tibullus ad Messalam in principio:

— *ac meritas si carmina laudes*
Deficiant, humilis tantis sim conditor actis.

In Lib. II.

Vers. 43. *stellatus crinibus æther*) Capella lib. II.

Nunc stellata poli conspice limina.

Statius VI. Thebaid.

— — *cœli stellantis imago.*

Crines autem pro radiis accipit. Infra lib. V. v. 415:

— *madidis rorantes crinibus ignes.*

Virgilius in Culice v. 43:

Crinibus & roseis tenebras aurora fugârat.

v. 51. *at non experti*) *an non* Lilienfis. Ego *Ac non* vel *& non*. Ita enim locutio multo fit venustior, & parum receditur à vulgatâ scripturâ.

v. 74. *tuta domosq; petunt*) id est, loca & mansiones. Sic Catullus carm. LXIV. de Attine furore percitâ:

— — — *sequimini*
Phrygiam ad domum, Cybeles Phrygia ad nemora deæ.

Et

Et *domos avium* Virgil. II. Georg. nidos appellavit: ne putemus domos tantùm habitacula hominum dici. Lucretius etiam lib. I. v. 18.

Frondiferasq́ domos avium.

Sannazarius, cultissimus Poëta, lib. II. Eleg. IX:

Serpentum facta est alituumq́ domus.

Qvòd autem Laur. Balbus in seqventibus *rò raras* in *raucas* mutat, præter necessitatem argutus est. Sunt enim sub exortum Solis ad huc rariores in littoribus aves, qvàm ubi plena emicuit dies.

v. 92. *acclivem)* statim emenda, *acclinem*, qvæ vox multis in locis contaminata fuit. Est autem *acclinis*, qvi se ad rem aliqvam acclinat. Martianus Capella lib. VIII: *Evan pone vietus atqve acclinis adstabat.* Noster lib. I: *acclinisq́ tapetis in mediis.* Claudianus de Prob. & Olyb. consul. v. 115. ex Raphelengii restitutione:

Cespite gramineo consederat, arbore fultus
Acclines humeros — — —

Apulejus qvoqve, Statius, Arnobius, aliiq́; hoc verbo sic usi.

v. 144. *nostros dolores.)* Thressas mulieres, qvæ nobis dolori erunt.

v. 143. *icta genas)* Qvid hoc sermonis est? Legerim *picta.*

v. 145.

v. 145. *in tali qvoniam tibi tempore conjux*) Ego hæc non capio: explicet qvi poteſt, & ſanet: multa enim vulnera in paucis verſibus.

v. 178. *fortuna dediſſes*) Ita ſcribendum eſt, non *dediſſet*, ut Carrioni placet. Nam apoſtrophas Valerio uſitatiſſimas eſſe, ſuperius monui.

v. 186. *ſperabit.*) audebit.

v. 190. *delubraq́ feſta frunde tegunt.*) Virgil. II. Æneid.

Nos delubra deûm miſeri, qvibus ultimus eſſet
Ille dies, feſtâ velamus frunde per urbem.

v. 254. *obnubit q́ caput*) Antiqvum fuit inſtitutum, ut ſacra diis facientes caput tegerent. Varro: *Romano ritu ſacrificium fœminæ cum faciunt, capita velant.* Joan. Brodæus lib. V. miſcell. cap. VIII.

v. 291. *Puppe domos*) Sabellicus *Pube*, qvod non placet.

v. 294. *ſolvimus heu miſerum furtis ſcelus:*) Alii non *miſerum*, ſed *ſerum*, qvod rectum puto. Virgilius V. Æneid.

Seraq́ terrifici cecinerunt omina vates,

hoc eſt, triſtia, ut Servius interpretatur. Lucretius initio lib. III: *ſi fiert ita ſera voluntas*, id eſt, ſiniſtra, turpis, cœca, male ſana. Seneca in Medeâ act. 4. v. 17:

Hic ſera ſerpens corpus immenſum trahit,

Triſſ-

Trifidamq́ lingvâ exsertat, & quærens quibus Mortifera veniat.

Confer Palmerium in fine XIV. Spicileg.

v. 312. *arma notant.*) Est hic *notare* idem qvod obſervare, ut rectè Carrio. Petronius: *dum hæc diligentiùs audio, non notavi mihi Aſcylti fugam.* Iterum: *Proximâ ergo nocte, qvum miles notáſſet ſibi & lumen inter monumenta clarius fulgens.* Idem alibi admodum qvàm ſæpe.

v. 374. *invigilans atqve integer*) Suſpicabar olim *impiger*: ſed jam video integritatem ſcripturæ. Dicitur *integer* Hercules, qvòd ab Hypſipyle ſe abſtinuerat. Horatius:

Integer vitæ, ſceleriſq́ purus.

v. 383. *ſi ſedet*) omnino placet. Claudianus bell. Gildon. v. 115:

Hæc ubi ſederunt genero —

Vide de hoc verbo Bernartii Scholia ad Papinium, & Pincierii ad Catech.

v. 406. *tenuiſſet*) detinuiſſet. Sæpe hac voce ita utitur Symmachus in epiſtol.

v. 423. *per hunc utero qvem linqvis*) Uſitatiſſimæ obteſtationes per liberos. Libanus Plautinus Aſinar. I. ſc. I: *Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ ſupereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem: ita te obteſtor.*

v. 452. *litora blando anfractu ſinuoſa legens.*) Iſiodorus lib. X. Origin. *Lector à legendo dicitur;*

citur, *hoc est, percurrendos: unde & navis dicitur legere, qvicqvid transit.* Minutius Felix: *Oram curvi molliter litoris, iter fabulis fallentibus legebamus.* Virgil. III. Æneid.

Teq́ datis linqvo ventis palmosa Selinis,
Et vada dura lego saxis Lilybeia cœcis.

v. eod. *vox attigit aures,*) alii *accidit.* Lucretius lib. IV:

At qvæ pars vocum non aures incidit ipsas.

Cicero in Vatin. *Non putas fas esse verbum ex ore exire cujusqvam, qvod non jucundum & honorificum ad aures tuas accidat.* Confer qvæ inferiùs noto ad lib. IV. v. 580.

v. 455. *duræ*) malim *diræ.*

v. 461. *cæco clamore*) incondito, incomposito, vario, & in omnes partes effuso. Confer autem Virgil. II. Æneid. v. 223. 224.

v. 462. *defectaq́ virginis ora*) rectè ita, non *dejectaq́. Defecta ora* sunt pallentia, deficientia. Inferius v. 493: *Meq́ precor, defectaq́, Pergama monstris Eripe.* Pari modo Apulejus lib. VIII. Metamorph. *defectam valetudinem* dixit: *Sed per corporis ut videtis, mei defectam valetudinem opitulari neqveam.* Idem lib. VI. mox ab initio: *Et illico dirigit citatum gradum, qvem defectum prorsus assiduis laboribus spes incitabat & votum.* Noster lib. VII. v. 116.

v. 174. *fugeret*) Sabellicus *fregit*, male.

Imita-

Imitatur Maronem lib. II Æneid. *Exceßére omnes adytis, arcuq́ relictis*, &c.

v. 475. *principio morbi, cælq́ exacta sereno Temperies.*) Vult malum istud prænunciatum antecedaneis morbis, & diebus præter morem turbidis. Nam cœlum turbidum & lux obscura, inter scæva omnia Vide nobilissim. Barthium ad Claudian. in Conf. Olyb. & Prob.

v. 480 *primæva manus.*) Juvenes primi ævi. Sic Noster hoc ipso libro v. 657. — *centum primæva ministri Corpora.* Et *primum ævum* inferiûs lib. VII. pro Juventute. Seneca Hippol. II. sc. III:

Tu qui juventæ flore primævo viges.

Statius lib. II. Silvar. Epicedio Pileti:

— *miserum est primæva parenti*
Pignora, surgentesq́ nefas accendere natos.

v. 482. *corniger Ammon.*) Explicuit hæc sufficienter ingeniosis. Alardus, qvem cum eruditissimo *Gabriel. Schleiffentagio*, Musarum Gratiarumq́; ocello, à multis annis diligo ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ, ἴσον φιλέουσιν ἐμοῖσι Nempe debuit hîc qvoqve prædicari noster amor.

v. 498 *Sigæq́ pestis*) Draco pestifer. Nam qvidqvid latale, noxium, & damnosum est, id *pestis* nomine solet appellari. Catullus seipsum alloqvens ita de amore suo:

Eripite hanc pestem perniciemq́ mihi.

Idem:

Idem: *Qvare aut crudelem naſorum interfice peſtem.* Cicero Philipp. VII: *Tetram & peſtiferam belluam ne incluſam & conſtrictam dimittatis cavete.* Apulejus V. Metam. de Sororibus Pſyches: *Sed jam peſtes illæ, teterrimæq; Furiæ anhelantes viperearum virus navigabant.* Videatur Claud. Minos in embl. Alciati XXIX. & contendatur hæc deſcriptio Valeriana cum illâ Virgilii ex II. Æneid. v. 200. & ſeqq. Nam eò reſpexiſſe Noſtrum, liqvido apparet.

v. 505. *Litoribus ſua cogit hiems.*) *Suum* dicitur, qvicqvid alicui proprium, aut certâ ratione ad aliqvem pertinet. lib. II. v. 626: *Sed ſuus in Venerem raptat Deus.* Vult ergo: Draconem ad litora agunt fluctus, qvos ipſe excitat. *Hiems* non ſolùm pro tempeſtate, ſed & qvibusvis fluctibus majoribus apud Valerium ſæpe occurrit. Loca notet, cui volupe.

v. 506. *alto*) mari. Lib. IV, v. 268: *Spumanti qvalis in alto Pliade capta ratis.* Sed hæc protrita ſunt.

v. 507. *patriisq; manus cum plenus habenis Orion*) Scribo:

— *patriisq; minax cum plenus habenis*
Orion bipedum flatu mare tollit eqvorum.

Cum minax Orion, plenus patriis habenis, hoc eſt, laxans habenas tollit & excitat

tat mare flatu bipedum eqvorum. Sed cur *bipedum?* Puto, qvia parte sui posteriore desinunt in pisces. Pervigilium Veneris:

Cærulas inter catervas, inter & bipedes eqvos.

v 512. *suaq; arma precatus.)* Duces prælium inituri, non solùm Deos, sed & arma sua implorabant. Virgilius XII.

Exin, qva in mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus adstabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Arunci spolium: qva fatq; trementem,
Vociferans: nunc, ô nunqvam frustra vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
Loricamq; manu validâ lacerare revulsam
Semiviri Phrygis; & fœdare in pulvere crines.

v. 522. *totâq; pharetræ nube premit*) omni telorum genere. Ita Apostolus in eâ ad Hebræos cap. 12. §. 1: νέφος μαρτύρων, *nubem testium.* qvod imitatus politiss. Lipsius in orat. de calumniâ.

v. 523. *magnus Eryx*) post *imbres* non est ponendum punctum, sed κόμμα: dicit enim Erycem neqve ab imbribus neqve à ventorum flatibus sede suâ dimoveri. Cicero IV. Verrinâ *Erycum* vocat.

v. 531. *Pistris.)* Pistris, *maximum animal in mari*

mari Indico, ait Plinius lib. II. cap. IV. Ciceroni dicta, *Neptunia Pistrix*. Videatur Hadrianus Junius libro II. variar. lect. capite XIII.

v. 537. *collibus amnes.*) Ida enim aqvis & fontibus abundat.

v. 542. *crudi saxi)* asperi, duri.

v. 543. *emicat)* Prosilit. *Emicare* celerem & concitatum motum indicat. Virgilius lib. extremo Æneid.

— — *saltuq́ superbus*
Emicat in currum — —

Noster lib. VI. v. 550:

— — *magnq́ in fata Ceramni*
Emicuit — —

v. 553. *aërii muri*) alti. Virgilius Tityro:

Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo.

Idem VI. Æneid:

Monte sub aërio — —

Idem lib. III. v. 291:

Protenus aërias Phæacum abscondimus arces.

Catullus in Epithalamio Pelei & Thetidis:

Non sine nutanti platano, fletáq́ sorore
Flammati Phaëthontis, & aëria cupressu.

v. 556. *subit)* adit, aggreditur. Cicero: *vultum alicujus subire.*

v. eod. *male lætus*) parum lætus.

v. 561. *noster ades)* unus es de iis, qvi pro-

pinqvitat: nos attingunt. Terentius: *neſter eſt*, pro de neceſſariis noſtris.

v. 562. *Stirpis honos.*) Eadem ſtirps. Lib. VI. v. 109: *inde etiam par mortis honos. Honor rei* pro re ipsâ. Caſſius Parmenſis in Orpheo:

Qvi cupit æternæ donari frondis honore.

Ubi vide qvæ notamus.

v. eod. *longis oris*) longinqvis. Propertius:

Longum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.

v. 573. *manet immotis nox Dorica luſtris.*) Hæc certè vera lectio eſt, qvam in poſtremâ editione etiam Carrio in gratiam iterum recepit. Qvi *Duria* vel *Durica* obtrudunt, inepti ſunt. Nuſqvam enim, qvod ego meminerim, hæ voces exſtant. *Nox ergo Dorica* eſt, qvâ eqvus à Trojanis in urbem admiſſus eſt, Doresq; ceperunt & inflammârunt Pergama. Dictum ad faciem proverbii, ut *dies Allienſis, dies Cannenſis, Veſperæ Sicilienſes*. Niſi fortè recipere velimus novam conjecturam clariſs. & longè eruditiſſimi Alardi mei, qvi *noctem duliam* reponit: ingeniosè qvidem, ſed fortaſſis haut ex mente Valerii.

v. 582. *vigili ſimul omnia ludo feſta vident*) hoc eſt, vident omnia perſonare lætis ludis.

dis. *Festum* pro læto, hilari. Silius Ital. libro XIII. de Pane:

Dextera lascivit cæsâ Tegeatide caprâ,
Verbera læta movens festâ per compita caudâ.

Seneca Hippol. II. sc. II. v. 14:

Mentem relaxa, motibus festis facem
Attolle.

Idem Troade IV. sc. I. v. 23:

Depone cultus squalidos, festos cape.

v. 583. *Idæ*) Jam olim notaram non *Idæ* sed *Ida* legi debere. Nunc gaudeo idipsum etiam placere Lamp. Alardo, Viro elegantissimo & probissimo, cui post Lud. Carrionem civicam debet nostet Valerius.

v. 591. *tum sternit aquas*) Deæ Deive marini sermonem facturi, priùs æquori ventisq; silentia imponere solent, quod passim apud Nostrum aliosq; observare possis.

v. 603. *vacui Averni.*) Statius XI. Thebaid.

— *insano prætendis funera voto*
Meq; premis frustra vacuæ ceu proximus aulæ.

Claudianus I. de rapt. v. 20.

DI, quibus in numerum vacui famulantur
Averni.

Sed cur *Vacui?* qui omnia viva consumunt, nihil in eis esse necesse est consumi potens. Ita respondet Barthius ad hunc Claudiani locum.

v. 608. *nec Inois noster sinus invidet undis*) noster sinus nihil cedit præstantiâ Inois undis: tam felix in se est, ut nihil causæ habeam, qvare eum mutare velim Inois undis: nihil Inoæ undæ habent præ meo sinu, qvod ipsis invidere possim. Petronius: *Oculis fruor ad invidiam felicibus.* hoc est qvalia alii non ferunt, ac proinde mihi invident.

AD LIBRUM III.

VERS. 4. *Æneadæ*) *Ænidæ* potiùs hîc leg. Laur. Balbus, & Andr. Schottus in Annotat. rectè censent. Non enim ab Æneâ deducitur, ut Maserio perperam visum, sed ab *Æneo*, Cyzici Patre. Nomina verò Græca in *eus* diphthongum finita in *ides* penultimâ productâ gignunt patronymica, ut *Thesides*, *Æacides*, *Nelides*. Sic *Æníides* ab *Æneo* Apollinis & Stylbæ filio.

v. 10. *primas conjux Percosia vestes*) Innuit Jasoni munerum loco datas vestes à Cyzico, quas ipse nuper à Clite, Percosii filiâ, conjuge suâ acceperat. Quod autem vulnus hic subesse Carrio ait, ego non video. Mihi hæc bella cohærent.

v. 18. *qvid*) ob qvid, qvare. Sæpe sic Cicero, sæpiùs Comici.

v. 32. *leni caneb ant æqvora sulco*) *Canum* & *spumosum* propria duo maris & freqventissima

ma epitheta, nonnunqvam altero in verbum commutato. Hieronymus Tom. I. epist. 49. ad Innocent. *spumei fluctus canescunt.* Virgilius I. Georg. *Cana spumant freta concita fluctu.* Avienus: *spumosum latè pelagus canescere cernes.* Manilius lib. V. *mariq́ profundi Canities.* Lege Elmenhorstium ad Minut. Fel. pag. 5. Sic Noster mox v. 16: *spumosumq́ legunt fractâ Scyllaceon undâ.* Et lib. IV. v. 268: *spumanti qvalis in alto Pliade capta ratis.*

v. 48. *Pan nemorum belliq́ potens)* Pana belligerum fuisse vel ex argumento Nonni cognoscimus, vel ex Theocriti Fistulâ: nam in eâ sunt ista qvoqve verba de Pane Deo: ἔ αἴθε πάρ@· φρένας πρῆα ζάκυς. Eundem fuisse Athenienſibus auxilio contra Persas ex eodem carmine docet politis. Politianus Miscellan. cap. XXVIII.

v. 50. *coma sibila)* ζυείσλυσα, fibilans. Sic Virgil. III. Georgicôn: *colla sibila.* & II. Æneid. *ora sibila.*

v. 66. *nube meri)* ebrietate. Sic lib. I. *nubila terræ.* Lib. VIII. *nubes soporis.* Boëthius lib. V. prosâ II: *Insciti nubes. Nubilum stultitiæ* Fulgentius mythol. I. Ausonius, lectissimus Poëta: *Pelle soporiferi senium nubemq́ veterni.* Barth.

v. 98. *stellantia*) Hæc est correctura Liliensis, qvæ meritò recipitur.

v. 99. *notat.*) videt, ut supra annotavi.

v. 102. *ruentem*) ἀναγλιχᾶς pro eruentem, prosternentem. Virgilius XII. Æneid. v. 454:

— — *dabit ille ruinas*
Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia latè.

Noster infra v. 583: *obvia qvæqve ruens.* Lucretius lib. III: *Corruere hanc mentis violento turbine molem.* Plinius: *sues ruunt herbas & linum.*

v. 105. *qvo steteris moriere loco*) post hæc verba distinctionis nota poni debet.

v. 106. *compressq; mandens æqvora.*) à Virgilio, seu Homero potiùs.

v. 107. *singultibus expulit hastam*) Cœcus est, qvi non videt verissimam esse lectionem literatissimi Alardi nostri:

— *purpuream singultibus exspuit auram.*

v. 109. *magistri*) naucleri. Carrio super hac voce satis defunctus est, etiam Joann. VVeitzius, ὄζω Ἀθήνας, ad Ovidium; qvare nihil addo.

v 125. *ab urbe*) liber MS. *ab arce*, qvod rectum est. Maro II. Æneid.

Laocoon ardens summâ decurrit ab arce.

v. 130. *prospexit*) qvid si *perrexit*?

v. 131.

v.131. *altè*) malim *alto*: qvamqvam & prius defendi potest.

v. 136. *per medium contenta fugit*) rapida, citissima. Germanicus Cæsar:

Subseqvitur rapido contenta canicula cursu.

Rutilius lib I:

Volvitur ipse tibi, qvi continet omnia Phœbus,

id est, contento cursu emetitur, ut Barthio placet. τῷ πεπλασμένῳ ἐν Μεσάῃ ἴρῃ. Lucretius lib. II:

Et qvæcunqve magis contenso conciliatu.

ubi Gifanius: *contensu, vulgò fere contentus, rapidissimus.* Vide Nonium.

v. 144. *linqvite ait ferro.*) *Ferto* legit Joann. Baptista Pius: eleganter. Alii *Feretro*, non tam bene.

v. 156. *cornum:*) hastam. Virgilius lib. IX. v. 698: *volat Itala cornus*, id est, ex corno hastile. Idem Georg. lib. II. *& bona bella Cornus.*

v. 170. *semperq; tuis memorabile fatis.*) Ita scripsit Poëta, non *mirabile*. Virgil. X:

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Æneæ magni dextrâ cadis.

Ovidius XII: Transform.

——— *solamen habeto*
Mortis, ab Æmonio qvòd sis jugulatus Achille.

Attius apud Macrobium libro VI. capite I:

Nam tropæum ferre me à forti viro pulchrum est.

Sin autem & vincar, vinci à tali nullum est probrum.

v. 178. *en frigidus orbes purpureos jam somnus obit.*) mors frigida in oculis natat. *Somnus* pro morte, qvod notissimum. Lege capitale illud ingenium Caspar. Barthium ad v. 213. de bello Gildon. Claudian. Et jucundissimum Alardum meum ad lib. IV. Nostri. v. 41.

v. 112. *simul omnia noctis Musa sequi.*) apertè emendandum est *omina*: qvam labem miror non eluisse Carrionem.

v. 224. *Cœtus.*) Bene Alardus cum Sabellico & Parrhasio *Cæus*: nam sic Poëta scripsit. Vide Hesiod. Theogoniâ. Frustra verò inuidet Carrio hanc loci restitutionem suis auctoribus, & temere carpit ut exiguam, & in qvâ parva laus sit. Meminisse ipse debebat, haut paulo majorem laudem captari ab emendatione unius corrupti loci, qvàm ex ineptâ disceptatione, scribendumne sit *peremtus an peremptus, ammonuit an admonuit, Cumæus an Cumèus vel Cymæus, Hæmonia an Æmonia, Lamma an Lamna, Miniæ an Minyæ, Hæres an Heres, Folus an Pholus, sulfur an sulphur, qvotiens an qvoties, choruscus an coruscus, cycnus an cygnus, calyps an chalybs aut*

aut calybs, antenna vel antemna, Cortina vel Gortina, Lycurgus vel Ligurgus, arena vel harena. Borean vel Boream, suboles an soboles, baratbri an baratri, thorus an torus, hisdem an usdem, inmemor an immemor, adsunt vel assunt, etqvando an etqvando, ammittere vel amittere, clamidem an chlamidem, Ammon vel Hammon, Rhindace an Rhundace, oricalca an orichalca, gnavet an navet, & qvæ similes sunt argutiæ, partim inutiles, partim perspicuè falsæ, qvibus ipsis tamen non minimam scholiorum suorum partem confecit.

v 234. *justâ sangvis exuberat urnâ.) Propter cæsuram syllaba correpta extenditur*, inqvit Georg Fabricius de genere Sapphico ad Senecam. At Jan. Gruterus ad Medeam Senecæ: *Etiam ultima in sangvis producta, ut nonnuit me Melissus.* Cui succinit Hieronymus Avantius Veronensis de generibus carminum in Tragœdiis Senecæ: *In Medeâ*, inqvit, *legitur v. 775:*

Vestoris istic perfidi sangvis inest.

Ubi dico spondeum esse in qvintâ sede, non trochæum: ut apud Tibullum cauentem:

Qvicqvid agit, sangvis est tamen ille meus.

Lucanus:

Dum sangvis inerat, dum vis materna.

Qvin semel Maro,

Unâ eâdemq́ viâ sangvis animusq́ sequuntur.

Semel

Semel Valerius Flaccus, bis Lucretius, & bis Silius producit ultimum in sangvis: & legitur de Lucretiâ in antiqvo epigrammate:

Sangvis ante virum, Spiritus ante Deum.

Hæc ille. ALARDE, cui parti accedemus?

v. 238. *motas videt inter nubila turres)* Hinc Claudianus Cybelen *turrigeram* vocat lib. I. de rapt. Mythologiam Arnobius habet lib. V. Doctissimè omnium Lucretius lib. II. qvem vide.

v. 246. *Qvòd si tanta Jovis.)* Sabellicus contra omnes libros:

Qvòd si Titanis feros durâsset in ortus.

& rectè. Non enim Apollinis oraculum verius, qvàm sic voluisse Valerium.

v. 252. *nocte satæ)* Eumenides. aliâs noctigenæ. Hesiod. Theog.

v. 270. *Qvò fugitis)* alii: *qvos fugitis.* prius nitidius est.

v. 271. *magis)* potius, ut mox habet v. 298. Claudian. de bell. Get.

Sed magis ex aliis fluxit clementia causis.

v. 278. *tenuis)* lege *tenues.* nam antiqvitus scribebant *tenueis.*

v. 287. *infractaq;)* fracta. ab infringo: Libro VI. v. 199:

—— *infracta est vulnere cervix.*

Alibi augendi habet potentiam. Videsi-

dus

dus ævi Casp. Barthium ad Claudian. de bell. Gildon. v. 240.

v. 291. *nox.*) mors. Catullus:

Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetuò una dormienda.

v. 311. *Vos age*) Jungitur particula *age* etiam numero plurativo. Lib. V. v. 538:

Qvare, age, cognatas primùm defendite sedes.

Lib. VI. v. 213:

Hunc, age, vel cæso comitem me reddite fratri.

Statius X. Thebaid: *Ite age.*

v. 313. *igni.*) rogo.

v. 317. *nec dum soboles.*) Magnum fœminis solamen luctus, ex amissis maritis suscepisse prolem, in qvâ vivam parentis in tuerentur imaginem. Nota est qverela Didonis ad Æneam in Virgilio lib. IV. Æneid:

Saltem si qva mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles; si qvis mihi parvulus aulâ
Luderet Æneas, qvi te tantùm ore referret,
Non eqvidem omnino capta aut deserta viderer.

v. 321. *Natales rapuére domus*) Carrio mavult *fatales.* insulsè. Vide tu Turnebum lib. XI. cap. VIII.

v. 350. *supremo cum clamore*) *licet.* Cætera eruditè illustravit flos virorum Lampertus Alardus.

v. 365.

v. 365 *mens carpitur æstu*) *animi æstus*, qvasi maritimorum fluctuum, pro exagitatione curarum plurimi dixerunt. Princeps Poëtarum IV. Æneid.

At regina gravi jam dudum carpitur æstu.

Ibidem:

— *magno curarum fluctuat æstu.*

Idem Ciri v. 340:

His ubi sollicitos animi relevaverat æstus.

Apulejus lib. V: *At Psyche relicta sola, nisi qvod infestis Furiis agitata sola non est, æstu pelagi similiter mœrendo fluctuat.* Idem principio lib. III: *æstus invadit animum vespertini recordatione facinoris.* Qvod autem Carrio cum Parisiensi codice pro carpitur *cæditur* eligit, ingeniosè facit, non rectè.

v. 401. *sidereos annos*) festivissimè & prorsus heroicè.

v. 427. *contristat*) obumbrat.

v. 423. *seq; horrificus accommodat actis*) *Horror* pro religione. Virgil. lib Æneid I:

— *horrentiq; atrum nemus imminet umbrâ.*

Et initio lib. VI:

— *horrendæq; procul secreta Sibyllæ.*

Idem lib. VII:

Horrendum silvis & religione parentum.

Inde *horrificè* pro *venerandè* Lucretius etiam usus est in rebus sacris lib II.

Horrificè fertur divinæ matris imago.

Noster

Noster lib. II. v. 433: *hic numinis ingens horror.*

v. 428. *utq; metum numenq; loco*) *metus* pro religione. Noster superius lib. II. v. 440: *sacriq; metum servemus operis.* Virgilius lib. VII. Æneid: *multosq; metu servata per annos.* Statius: *primus in orbe deos fecit timor.*

v. 431. *auratâ fronte bidentes.*) Cornua victimarum inaurari solebant. Cujus rei testis est Homerus Odyss. γ. Iliad. κ. Virgilius I. Georg. Idem lib. IX.

Et statuam ante aras auratâ fronte juvencam.

Macrobius lib. III. cap. V. Turnebus lib. XXIX. cap. XXV. Casaubonus ad histor. augustam pag. 459.

v. 432. *candenti veste sacerdos.*) Sacerdotes in sacris veste utebantur albâ. Vide Festum, & ibi Scaligerum.

v. 454. *nullæ ideò pestes*) *pestis* pro qvâvis re noxiâ. Cicero de amicit: *Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem, qvàm adulationem, blanditiam, assentationem.*

v. 455. *minores*) posteri. Lucretius lib. V: *qvas lacrimas peperére minoribu' nostris?* Juvenal. sat. 2. v. 146: *Paulq; minoribus*, i. e. posteris Pauli Horatius ad August: *Majores audire, minores dicere.* Arnobius lib. III. *& minorum transmisit ætati.* Virgilius aliqvoties. Lipsius epist. qv. lib. IV. cap. XXV. Ovid III. Fastor. *Unde minores nunc qvoqve id celebrant.*

v. 465.

v. 465. *Ceraunia*) sunt montes Epiri, qvi crebrò fulminibus impetuntur, unde & nomen habent.

v. 506. *insidias æstusq́ novercæ*) qvidam *æstus* malunt, sed veriorem esse primam lectionem facilè apparet ex iis, quæ ad v. 365. annotavi.

v. 533. *acclivis Juno*) emendo *acclinis*: qvæ vox vel tandem in sedes suas revocari debet.

v. 534. *prensâq́ manu.*) Solebant qvibus familiariùs loqvebantur, eos manu apprehendere. Idq́, hodienum usitatum, & in magnâ parte gratiæ, si minori fiat à proceribus.

v. 552. *qvadrupes.*) cervus.

v. 555. *spes fusa.*) alii *lusa*, qvod melius.

v. 571. *unanimum.*) lego: *uranimum.* nihil huic loco aptius.

v. 573. *nube mali*) superius v. 66. *nube meri.*

v. 577. *piceo sudore*) crasso.

v. 578. *hiberni vultus Jovis.*) aura hiberna. *Jupiter* pro aëre. Horatius lib. I. od. I. *sub Jove frigido.*

v. 622. *exstitit*) Imitatione Græcorum, pro fuit. Ita Lucretius lib. III:

——— *manus & pes*
Atqve oculi partes animantis totius exstant.

Ibidem:

Ibidem:

Qvâ neq; mobilius qvidqvã neq; tenvius exſtat.

Et aliâs admodum qvàm ſæpe.

v. 623. *dubiis qvibus anxia*) Editio Argent. & Lugdun. *variant qvis anxia pectora curis.* Unde facilè Carrioni exſculpere lectionem, qvam veram puto: *variant qveîs anxia pectora curis.*

v. 640. *Dememorans.*) Ita ex veteri libro delicium Muſarum Ob. Gifanius, qvem fruſtra toties ſugillat ſuperbus Carrio.

v. 736. *ſolis ſilvis*) Virgil. V. Æneid. *Solâ ſecretæ Troades actâ.* Noſter ſeqventi libro v. 5: *Soliſq; furit Tirynthius oris.*

Ad Librum IV.

Vers. 4. *tollunt*) efferunt, inſolentem faciunt. Salluſtius: *Splendor domeſticus tibi animos tollit.*

v. 5. *furit*) impotenter amat, ſimilis furioſo amatum Hylam qværit. Lib. VII. v. 154: *extremo parere furori*, id eſt, amori. Ibid. v. 315: *qvem propter furit.* Virg. IV. Æn. v. 68:

Uritur infelix Dido totâq; vagatur
Urbe furens — ———

Hinc *furor* eidem pro amoribus ipſis. Eclog. X:

Certè ſive mihi Phyllis, ſive eſſet Amyntas,
Seu qvicunqve furor — ———

id eſt, alia puella qvam amarem.

v. 6. *At comite immemores.)* Sanus locus, modò rectè tractetur. Hæc ergo Syntaxis: At Minyæ immemores facilesq;, (hoc est, parum soliciti de Hylâ & Hercule) comite relicto alta tenent. *Alta* hoc est, maria. Libro II. v. 2:

Interea scelerum luctusq; ignarus Jason
Alta secat,

v. 13. *Veneremq; move)* excita. Virgil. I. Georg. v. 130:

Prædariq; lupos jussit, pontumq; moveri.

Idem:

Flectere si neqveo superos, Acheronta movebo.

v. 19. *ut nulla deum superare potestas:)* postqvam non poterat ampliùs resistere obrepenti deo, hoc est somno. Hunc enim inter deos numerant Poëtę. Statius, nisi fallor. nõ enim est ad manus: *placidissime somne deorum.*

v. 21. *montibus vacuis)* scilicet à clamore & vociferatione Herculis.

v. 24. *talis)* legendum *taleis*, nempe voces. Ne talis stetisse putes.

v. 22. *puer)* Hylas. Virgil. III. Georg. *Cui non dictus Hylas puer?*

v. 25. *pater)* *Pater* nomen honoris, nec semper ad grandiorem ætatem refertur. Ita Homerus Odyss. θ. ξεῖνε πάτερ.

v. 48. *domus)* nidus, qvod superius notavi. Ita v. 45. *larem* eodem modo:

Cum rapit Alcyonis miseræ fœtumq; laremq;.

v. 80.

v. 80. *celeranda*) celeriter obeunda. Sic alibi: *celerare opem*, pro celeriter afferre. Et hoc ipso libro v. 385: *Imperiumq; patris celerans*. Virgilius libro principe: *Hæc celerans*, celeriter facere cupiens. Ita Græci σπεύδειν & ταχύνειν usurpant.

v. 87. *medicabile carmen*) Vide qvę ad Cassii Orpheũ commentamur, exitura mox foras.

v. 106. *advectet*) advectetur. Vide Gellium lib. XVIII. cap. XII.

v. 136. *nomen amici*) ipsum amicum. Ovidius: *Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen*. Noster lib. VII. v. 275.

v. 164. *gaudia*) verbum nuptum.

v. 189. *Atqve oculos cuncti inter se tenuere silentes.*) Phrasis Virgiliana II. Æneid. *Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.*

v. 202. *qvi montibus altis summus abit*) *abit*, hoc est, ascendit, assurgit. Lege eruditiss. Virum Augusti. Buchnerum ad Venantii Hymnum Paschalem.

v. 205. *nec genus ante rogat*) Solebant ab ignotis primò omnium genus, patriam, & nomen poscere. Homerus βαλλαχομυομαχίᾳ. Noster lib. V. v. 467. Lib. II. v. 468: *Qvod virgo tibi nomenq; genusq;*.

v. 233. *vix dum etiam primæ spargentem signa juventæ.*) νεηδονα, modò *florenti lanugine barbam instruentem*, ut Apulejus loqvitur lib. V. Lucilius *barbam primam* vocat. Pacu-

vius: *Nunc primùm opacat flora lanugo genas.* Ovidius, Poëta Virgilio qvantò inferior tantò facilior & promtior: *Et suberat flavæ jam nova barba comæ.*

v. 232. *nec fronte trucem, nec mole tremendum.*) qvalis videlicet erat Amycus.

v. 250 *volumina*) subtilium lororum. Pari venustate Virgilius V. Æneid. *Hæc illuc vinctorum immensa volumina versat.*

v. 250. *crudis durata volumina tauris.*) hoc est, è corio bubulo crudo facta. Adi Turnebum lib. XIV. cap. V. Et Jul. Scaligerum lib. I. poët. cap. XXIX.

v. 251. *qvos potes indue cestus.*) Erant *cestus* lora, qvibus pugilum brachia & manus innectebantur: sicuti hodie pugillatu decertaturi chirotecis manus muniunt, qvò & firmiorem ictum inferant, neqve manum lædant, & sine noxâ sustineant adversarii petitionem. Lege qvæ Rigaltius habet in Notis ad Onosandri Strategicum.

v. 261. *Maleæ*) Græcis Μάλεια & Μάλεαι: inde corripuit Noster. Produxit Propertius lib. III. Eleg. XVII.

Et placidum Syrtes portum, & bona litora nautis,
Præbeat hospitio sæva Malea suo.

v. 293. *turbatum*) deturbatum, prostratum, fusum. Ita mox: *turbatq; premitq; Ancipitem.*

pitem. Et apud Maronem: *acies turbatæ*, & *castra turbata.*

v. 307. *sonat omni vulnere vertex Inclinis*) *Inclinem* ἀκλινῆ amicissimus Alardus hîc interpretatur, qvòd Amyclus inclinari ante non potuerit, qvàm vulnus in cervice acciperet. Sed obstare nihil videtur, qvò minùs pro *inclinante* accipiamus. Qvin imò hoc textus svadet. Nam & sonare verticem ad omne vulnus, (accepit ergo) & cedere instanti Polluci, his ipsis versibus disertè dicitur.

v. 309. *sangvineæq; latent aures*) hoc est, præ sangvine & cruore conspici neqveunt. Suspicor tamen scriptum à Poëtâ: *sangvineæq; madent aures.* Qvomodo inferiùs legitur v. 754. *meritoq; madent qvòd sangvine cestus.*

v. 320. *tenditur*) protenditur, procidit.

v. 336. *freta curre*) maria pernaviga. Similis locutio lib. I. v. 170. & lib. III. v. 614.

v. 337. *bipenni*) securi. Ovidius XII. Metam. — *veluti qvi candida tauri Rumpere sacrificâ molitur colla securi.* Noster lib. I. v. 192: *letiferâ perfringere colla bipenni.*

v. 338. *perfusiq; sacro placati gurgitis amne*) Post cædes & prælia amne vivo se lustrabant, anteqvam cibum caperent.

v. 351. *Virginis blandos adignes.*) *Ignes* pro amoribus. Ovidius cultissimus Poëtarum: *Qvoq; magis tegitur, tantò magis æstuat ignis.*

Virgilius in principio lib. IV. notissimis versibus:

At regina gravi jam dudum saucia curâ
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Valerius Flaccus lib. V. v. 110:

— *blandosq; Jovis qvæ luserat ignes.*

Idem lib. VII. v. 253:

— — *pestemq; latentem*
Ossibus, atqve imi monstrabat pectoris ignem.

Hinc Veneres ipsæ, *Ignes.* Terentius Eunucho, lepidissimâ fabulâ: *Accede ad ignem hunc, calesces plus satis.*

v. 354. *curâ jugali)* Zelotypiâ.

v. 356. *culpæ)* adulterii.

v. 337. *Ultima tum patriæ cedens dedit oscula ripæ)* Discedentes oscula dabant non modò carissimis, cujus rei aliqvot exempla in hoc Nostro habes superiùs: sed & domui ac terræ patriæ. Adi Ovidium I. Trist. eleg. III. Idem faciebant & redeuntes peregrè. Exemplum narrat doctissimus Vir Th. Lansius in Orationibus, de invictissimo Imperatore, Carolo V.

v. 386. *leni modulatur carmen avenâ.)* Virg. I. Æneid. *Ille ego qvi qvondam gracili modulatus avenâ Carmen.*

v. 393. *cum facibus spirisq;)* Furiæ cum facibus ardentibus prodire finguntur à poëtis, nec non angvibus circum capita pexis, qvos spirarum nomine Valerius hîc intelligit.

ligit. Tibullus: *Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus angues.*

v. 401. *Ceu Styga)* Locutio proverbialis ab Homero:

ἐχθρὸς γάρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν.

v. 406. *volat præcipere)* ἐκπνισμὸς, cujus plura exempla suppeditat Barthius ad Nemesian. Eclog. III.

v. 422. *tendebant carbasa venti)* Sic Virg. III. Æneid. *Tendunt vela Noti.*

v. 445. *mea quod vates insedit Apollo Pectora)* Sic *plenum numine ac potestate Dei* Arnobius dixit lib. V. Et Noster lib. v. 673: *mole Dei quem pectore toto Jam tenet.* Cōfer lib. I. v. 207. Jul. Scalig. de seipso: φεῦσον ὅλον καλέχων σήθεσι.

v. 475. *sit modus.)* finis. Horatius:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines.

Valerius noster infra v. 584:

Tunc sperare modum pœnæ veniamq; licebit.

v. 481. *miserans hominum genus)* Festus: Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda: miseretur is, qui sublevat. Vide libro I. v. 72. Virgilius: *Miserantem incommoda nostra.* Inde miseratio, οἰκτιρμὸς.

v. 496. *Ipsoq; ferens fastigia visu.)* legendum *fastidia.*

v. 560. *secula)* fata, rerum leges ac decreta.

v. 568. *auxilium mentemq; dabunt)* mentem, hoc est fiduciam, perseverantiam. Vide P. Victorium lib. VII. var. lect. cap. V.

v. 580. *vox hæc simul accidit aures.)* Ita legendum pertendit Gifanius Ind. Lucret. cui libenter adstipulor, non modo qvòd verba in compositione sæpiùs assumant præpositionem nominis, sed & qvòd elegantissimus & Latinissimus auctor Apulejus ita locutus lib. V: *clemens qvidam sonus aures ejus accidit.* Vide ad lib. I. v. 452.

v. 602. *Gradivo)* Marte longis gradibus incedente.

v. 605. *Divaq; Gorgonei gestatrix innuba monstri)* Pallas. Evolvatur Ovidius lib. V. Metam. sect. 2. & lib. IV. sect. 12. Cumprimis Natalis Comes lib. IV. cap. V.

v. 652. *deus affuit ausis.)* *Adesse* pro favere, ad patrocinium venire. Virgil. in Pollione:

— *huic mater qvamvis atq; huic pater adsit.*

Et lib. IV. Æneid. *Adsis ô placidusq; juves.* Sed de his luculenter Brissonius de verb. signif.

v. 655. *flammata pudore juventus.)* Vide qvæ hac de re noto ad Cassii Parmensis Orpheum.

v. 666. *magno puppem procul æqvore vestit)* magnâ aqvarum vi puppem pene obruit. Livius: *montes silvis vestiti.* Prudentius in Symmach.

Unde seges latè crinitis fluctuet agris,
Densiùs & gravidis se vestiat æqvor aristis.

v. 668. *dura juventus)* laboriosa. Virgil. III. Æneid. v. 94:

Darda-

Dardanidæ duri, qvæ vos à ſtirpe parentum
Prima tulit tellus?

Idem lib. IV:

Atlantis duri, qvi cœlum vertice fulcit.

hoc eſt, laborioſi. Idem II. Georgic.

Scipiadas duros bello ———

Ovidius I. Transformationum;

Inde genus durum ſumus experiensq́ laborum.

Hinc *durare*, fortiter in labore pergere, Virgilius:

Durate & rebus voſmet ſervate ſecundis.

v. 712. *pontiq́ jacentis omne ſolum.*) Qvidqvid rei alicui ſubjacet, id *ſolum* ejus dicitur. Hinc *navium ſolum* eſt mare, avium aër, ſtellarum cœlum. Virgilius V. Æneid. v. 199:

— *vaſtis tremit ictibus ærea puppis,*
Subtrahiturq́ ſolum ———

Ovidius I. Metam. *Aſtra tenent cœleſte ſolum.*

v. 728. *Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.*) Pari modo Silius lib. IV:

Euxinus Scythicos Pontus ſinuatus in arcus.

v. 748. *velis contenta*) id eſt, rapida, citiſſimè pergentia. Vide ad lib. III. v. 136.

v. 750. *per littora*) in littore. Virgilius IX. Æneid. v. 316. *paſſim vino ſomnoq́ per herbam*
Corpora fuſa vident. Lucanus in Panegyrico:
Atqve illas cecinére ſui per carmina vates, hoc eſt, in carminibus. Noſter infra libro V. v. 343. *per juga*, in montibus. v. 410. *per tecta*, in tectis. Lib. I. v. 207. Lib. VI. v. 35.

v. 758. *inviso solvit cui pectore pœnas.*) Svadeo legendum *inciso*, qvia dixit superius v. 305 seqq.

— — *turbatq; premitq;*
Ancipitem, crebros & liber congerit ictus
Desuper aversos: sonat omni vulnere vertex
Inclinis, cedit q; malis. jam tempora manant
Sanguineæ q; madent aures: vitalia donec
Vincula, qvà primo cervix committitur artu
Solvit dextra gravis ———

AD LIBRUM V.

VERS. 1. *lux haut læta viris*) Lib. I. v. 30: *virtusq; haut læta tyranno.*

v. 4. *nimium jam vera locuti Phineos*) supra lib. IV. v. 591.

v. 5. *rapto*) *rapti* dicuntur, qvi vel morte violentâ, vel ante senectutem pereunt.

v. 8. *sedem*) i. sepulchrum. Virgilius VII. Æneid. v. 3. Et lib. VI. v. 328:

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, qvàm sedibus ossa qvierint.

Noster lib. VII. v 208:

Componam, sedemq; dabo ———

Vetus Inscriptio: HANC. SEDEM. SIBI. VIVI. POSUERUNT.

v. 15. *Typhyn agit violenta lues.*) Sæpe ita Seneca in Tragœdiis. Ubi videndus Gruterus. Codex enim non ad manus est, ut loca possim annotare.

v. 22.

v. 22. *gravidum*) grandævum.

v. 23. *natorum parva manus.*) Circuitio poëtica, pro *parvuli.*

v. 60. *defleta nomina*) v. 575: *defletosq; duces.* *Nomina* autem pro viris ipsis. Infra v. 118: *nova nomina*, hoc est, socii novi.

v. 85. *Non tulit Æsonides*) Virgilius eo libro, quo narrat invasionem Trojæ, hoc est secundo:

Non tulit hanc speciē furiatâ mente Chorœbus.

Noster infra v. 649:

Non tulit hæc animis, qvin longa silentia Pallas Rumperet.

Idem lib. VI. v. 725:

Non tulit hos gemitus Perses, clademq; suorum.

v. 107. *alta Carambis raditur*) præteritur. Maro III. Æneid. v. 699:

Hinc altas cautes projectaq; saxa Pachyni Radimus.

Propertius lib. III. Eleg. III:

Alter remus aqvas, alter tibi radat arenas.

v. 196. *dure properantia sidera*) hoc est, tempestates & infortunia.

v. 218. *da bella*) memora, expone. Horatius Sat. VIII: *Da, si grave non est.* Sic *accipe* pro audi, qvod superiùs notatum.

v. 301. *rerum summâ*) id est, statu. Virgil. II. Æn. *Qvo res summa loco?* h. e. respublica.

v. 303. *undantem curis*) fluctuantem. Virgilius: *curarum fluctuat æstu.*

v. 327.

v.343. *viam corripiunt.*) Plinius epist.LXVI: *tanto celeriùs viam ipsam corripiemus.* Vise ad magnum Turnebum lib.IX. cap. 28.

v. 343. *verni Hymetti*) vernantis, florentis. Lucretius: *species verna diei.*

v.351. *tacito passu*) lento, tardo. Ita & Claudianus alicubi loqvitur.

v. 384. *olimq; beatior ille qvi tulerit*) Laudaturi summopere virginem, beatum prædicant futurum ejus sponsum aut maritum. Vide Μουσαίου ἔρωτα, lepidissimum Musæum de amore Herûs & Leandri.

v. 409. *radiantis adirent ora dei.*) Intelligit domũ Solis & flammantia poli mœnia.

v. 414. *soror*) Luna. Statius: *fraternis aflata rotis.*

v. 410. *madidis rorantes crinibus ignes.*) stellæ. Lib. II. v. 65:

Axe nitet serpens septenosq; implicat ignes.

v. 424. *permutant*) Sallustius: *nemo nisi victor pacem bello mutavit.* Horatius lib. I. epist. VII: *Otia divitiis Arabum liberrima muto.* Confer eundem lib. I. Od. XVI. & XIX.

v. 448. *deqvesta*) valdè qvesta. De hîc auget. Statius lib. XI. Thebaid. *Talia deqvestus.* Et lib. I: *similesq; Notos deqvestus & imbres.* Vide ibi Bernartium.

v. 491. *exuvias*) seqventi lib. v. 19: *exuvias pecudis dimittere sacræ.*

v. 528. *urit*) angit, excruciat. Terentius Eu-

Eunucho: *Uro hominem.* Svetonius: *urebant anxiam mentem varia undiqve convitia.*

v. 565. *Qvalis ab Oceano.)* Versus bini festivissimi, sed qvi non admodum svaviter se invicem excipiunt. Legerim ergo in posteriori pro *Qvalibus, Qvalis &.* Nisi fortè unus superfluit, à glossatore insertus, aut à Poëtâ qvidem factus, sed ut eligeretur è duobus, qvi sit optimus.

v. 566. *nox cingitur astris.)* Hinc ea venustè Theocritus noctis ὁπαδὸς appellat. Tibullus lib. II. Eleg. I:

Ludite, jam nox jungit eqvos, currumq́ sequntur,
Matris lascivo sidera fulva choro.

Petronius:

Jam plena Phœbe candidum extulerat jubar,
Minora ducens astra radianti face.

v. 66. *priùs humentem lux solverit umbram.)* Imitatione Virgil.

Ante diem clauso componat vesper Olympo.

Umbra autem pro nocte. Lib. III. v. 1:

Tertia jam gelidas Titonia solverat umbras.

v. 650. *strepitum)* iram, tumultum, convitia.

v. 667. *& medio nos cerne mari,)* & statim excedemus his terris, atqve per maria domum repetemus.

Ad

AD LIBRUM VI.

VERS. 2. *& acri corde tumet.*) Virg. VI. Æn. *tumida ex irâ tum corda residunt.* Arnobius lib. I: *nullus tumor indignationis in Diis est.* Ovidius: *Ora tument irâ.* Sic Græcis οἰδαίνειν turgere & irasci significat. Ita mare, qvod noster *iratum*, alii *tumidum* appellant. Ovidius XIV. Metamorph.

Æraq́ & tumidum subitis concursibus æqvor
Astræi turbant, & eunt in prælia fratres.

Seneca in Agamemnone:

Agitata ventis unda venturis tumet.

Tibullus ad Messalam:

Adversis hiberna licet tumeant freta ventis.

Ovidius iterum, lib. I. Trist. eleg. II:

Qvocunq; adspicio, nihil est nisi pontus & æther,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

v. 4. *si*) pro an, more Græco.

v. 5. *Graj tumq́ absumere puppim.*) perdere, extingvere, submergere, per μείωσιν, quâ figurâ τὸ ζηλεῦν μαλθακῶς efferimus. Plinius in epist. *Domos incendium absumit.* Sic Horatius τὸ *lambere* usurpat lib. I. Satir. 5:

Nam vaga per veterē dilapso flamma culinam
Vulcano, summū properabat lambere tectum.

Et Lucretius τὸ *degustare. Ignis celeri flammâ degustat tigna trabesq́.*

v. 7. *concutiens*) gestus iratorum.

v. 10. *rate sacrâ.*) Palladiâ, ut alibi appellatur.

v. 15.

v. 15. *legatos placet ire duces.*) ἐδόκησε, pro. placet ut legati eant.

v. 16. *Mandataq; Perſes edocet affari Minyas.*) fortè *mandataq; Perſes Edocet effari Myuis.*

v. 20. *tanti exordia belli.*) initia. Virgilius: *primæ exordia pugnæ.* Cicero: *exordium mali.* Sic *introitum* pro initio idem Cicero in eâ pro Cœlio: *Ac mihi qvidem videtur, Judices hic introitus defenſionis adoleſcentiæ M. Cœlii maximè convenire, ut ad ea, qvæ accuſatores deformandi hujus causâ, detrahendæ ſpoliandæq; dignitatis gratiâ dixerunt, reſpondeam.*

v. 24. *non illos ideo.*) Vulnus eſt in his duobus verſibus, cui non ſum ſolidando. Ex ingenio autem interpolare ſine prælucentibus vetuſtis libris, opus fuerit plenum periculoſæ aleæ.

v. 33. *furores*) ſc. bellicos. Sic *furorem bellorum* in Lucano legimus, & *bellandi furorem* in Silio. Noſter inferius v. 116:

Dic age, tuq; feri reminiſcere Muſa furoris.

v. 35. *per bella*) in bello.

v. 39. *pingvi ubere*) ubertate, fœcunditate. Virgil. I. Æneid. *Terra potens armis atqve ubere glebæ.* Idem II. Georg. *& fertilis ubere campus.* Sic Homerus ἔθνεα ἀρούρης dixit ἀνδρὶ ἔμμεθος γῆς. Vult autem Poëta Scythiam tam populoſam eſſe, ut ſi bello ardeat vel perpetuo, tamen virorum ei nunqvam deſit.

v. 46.

v. 46. *arserit*) ardenter cupierit. Virgilius II. Æneid.

Tum verò ardemus scitari, & qværere causas.

Idem lib. I.

Lætitiâq; metuq; avidi conjungere dextras
Ardebant, i. e. impensissimè cupiebant.

v. 83. *cateias*) hastas. Alexander lib. VI. cap. XXII.

v. 99. *aclide*) *Aclides* tela sunt, sic dicta qvasi ἀκλίδες, à cuspide, vel qvasi ἀγκυλίδες, ut Turnebo placet, cum & ἀγκύλαι Græcis jacula sint, lib. XXX. cap. XXI. De his præter Virgilium lib. VII. Æneid. v. 730. etiam Silius: *Aclidis usus erat.*

v. 102. *niveûm olorum*) perpetuo epitheto. Vilgilius II Georg. v. 199. *pascentem niveos herboso in flumine cicnos.* Iidem *purpurei*, eodem sensu. Horatius IV. Od. I. *purpureis ales oloribus*, hoc est, ἀγλαοῖς, ἀγλαομόρφοις. Nam qvicqvid pulchrum aut splendidum, *purpureum* dicebant, monente Scaligero in Conjectaneis. Sic Ovidius, seu potiùs Pedo Albinovanus ad Liviam *nivem* etiam *purpuream* vocavit:

— *purpureâ sub nive terra latet.*

Ab eâdem mente, ut videtur Æliano, Venerem qvoqve πορφυρῆν dixit Anacreon. Anacreon inqvam, Poëtarum flos & honor, totus à Gratiis factus, altus à Musis. Cui illustrando utinam aliqvot bonas horas impendat

pendat aliqvis Meursius aut Barthius! Nam inferioris subsellii literatores frustrà attentârint.

v. 121. *raptor amorum Neurus.*) Neuros statis anni temporibus in lupos verti narrat Mela lib. II. cap. I. Qvare Andr. Schottus lib. II. Observ. cap. XXXVII. legendum arbitratur, *raptor agnorum*, qvòd luporum sit in agnos sævire & eos rapere. Sed non vidit imprudens castigator violari legem Pediam. Nam qvod *Progne*, *Cycnus*, aliaq; hujus generis corripiuntur, eum nihil juvat: siqvidem Græca sunt, & à Græcis correpta, qvos Latini imitantur. Illud autem Ovidii; qvod vulgò adducunt ex VIII. Transform.

Debuit illius misereri, & ignoscere nobis,

in MSS sine *&* haberi jam dudum Micyllus & Bersmannus docuére. Igitur si emendatione opus, legendum duxerim, *raptor agrorum*. Seneca: *Arcadii populator agri.* Ovidius XIII. Metamorph. *Trojæ populator Atrides.* Ibid. lib. XIII. *Operis nostri populator Achilles. Agros* autem, pro bobus in agris pascentibus, dixit Noster inferiùs libro VII. v. 281: *& Æaos jubeas mitescere campos.*

v. 131. *ignotis insons Arimaspe metallis*) Libro I: *At qvibus arvorum studium? insontis aratri.* Vide Elveri Deambul. vern.

v. 136. *viridantem floribus hastas.*) Lego: *nexas vibrantem floribus hastas.*

v. 138. *turiferos, felicia regna, Sabæos*) Sabæi Arabiæ felicis populi sunt, apud qvos solos tus gigni tradit Plin. lib. XII. cap. XIV. Virgilius II. Georg. v. 117: *solis est turea virga Sabæis.* Idem I. Georg. v. 57: *India mittit ebur, molles sua tura Sabæi.*

v. 159. *Portitor.*) Charon. Virg. IV. Georg.

— — *non portitor Orci* (*vat.*

Portitor has horrendus aqvas & flumina ser-

Albinovanus consolat. ad Liviam: *Omnes exspectat avarus Portitor.* Propertius lib. IV. eleg. ult.

Vota movent superos: ubi portitor æra recepit,
Observat herbosos lurida porta rogos.

Idem *Porthmeus.* Juvenalis: *tetrumq́ novitius horret Porthmea.* Petronius: *Vix navita Porthmeus sufficiat simulacra virûm traducere cymbâ, Classe opus est.* Vide Scholiasten Juvenalis Sat. III.

v. 183. *virq́ virum afflavit*) tetigit, perculsit.

v. 230. *fulmineum ensem*) fulminis instar irrumpentem.

v. 236. *abies obnixa genu*) Lucem huic loco Lipsius accendit lib. III. de milit. Rom. cap. VII. qvem non pigeat adire.

v. 244. *mediam moriens descendit in hastam.*) Hypallage: pro, in morientem hasta defigitur.

v. 249.

v. 249. *ultima teli*) extremum teli, finem haſtæ.

v. 250. *neqvicqvam.*) Virgilius II. Æneid. *neqvicqvam umbone pependit.* Noſter mox v. 257. *Neqvicqvam totis revocantem viribus armos*, hoc eſt, fruſtra.

v. 261. *ab arbore rami*) Eruditiſs. Alardus cum Maſerio, *ab aëre rami.* Eleganter, & cum Virgilio. Sed nec prius illud Valerio indignum. Vide enim, an parum conveniat cum hoc Virgiliano lib. V. Æneid. v. 504: *adverſiq; infigitur arbore máli. Arbor mali* pro ipſo malo. Sic *arbor rami* pro ipſo ramo. Neqve enim *arbor* ſemper grandem ſtipitem notat, ſed qvandoqve frutices, & humiles, ut Virgilius loqvitur, geniſtas. Poſſem hujus rei multa congerere, ſi ad manum eſſent libri. Nam nunc qvidem, cum hæc ſcribo, præter unum Virgilium fere nihil præſtò eſt librariæ ſupellectilis.

v. 273. *telo moribundus adacto.*) ſupra v. 183 *virq; virum galeis afflavit adactis.* Inferius v. 307: *contra ſic victor adacto enſe refert.*

v. 275. *carmine*) ἐπῳδὰς ſeu cantus magicos intelligit. Vide Virgil. Eclog. VIII.

v. 283. *tam fœda ſenectus*) torpor, langvor, pigrities, puſillanimitas.

v. 308. *durare*) ſupereſſe. Reſpicit autem ad ſuperiora v. 123. ſeqq.

v. 311. *pietas nati*) pius natus.

v. 322. *subiit.*) aggressus est. Lib. II. v. 560.

v. 324. *alium annum.*) aliam anni faciem, aliam aëris constitutionem. Virg Eclog. III: *Nunc frondent silvæ, nunc formosissimus annus.*

v. 342. *natosq; rudes.*) ἀρτιγόνους, recens-natos.

v. 360. *pingvi ungvine*) Omnis succus, qvo ungi potest, ungven dicitur.

v. 432. *feras iras.*) Hactenus dissimulatas: vel gravissimas, ut Sallustius: *ferum bellum in angustiis futurum.* Vid. ad lib. II. v. 294.

v. 435. *Tartaream proflantes pectore noctem.*) Sic: *spirantes naribus ignem.*

v. 446. *Terrificus mirata modis*) legendum est:

——— *hanc maxima Circe*
Terrificis mirata modis, hanc advena Phryxus.

Mulier terrificis modis, ut *vir magnis factis* apud Ciceronem.

v. 456. *Jamdudum*) mox, citò Virgilius II. Æneid. *jamdudum sumite pœnas.* Servius. Infra v. 604: *Ora sub excelso jamdudum vertice coni Sæva micant.*

v. 491. *falsæ sorori*) Junoni pro sorore Chalciope se gerenti.

v. 492. *per vernos colores*) coloribus vernis.

v. 503. *murorum extrema capessunt*) Supra: *freta jussa capessunt.*

v. 533. *inq; Dei latuit terrore Lycæi.*) *Deus Lycæi*

ei Pan vocatur. Lycæus enim Arcadiæ mons, ubi Pan educatus & cultus. Hujus formam assumsit Otaxes, homo imbellis & prædo, nullâ armorum gloriâ celebris, sed furtis notus. Solebat enim depopulari greges, impune & licentissimè, ob terrorem scilicet, qvem incolis incussit deum mentitus. Igitur in pugnâ qvoqve cornua assumit, & terrorem Panicum inter hostes excitat, victoriam reportaturus stratagemate. At enim Aron fraudem animadvertens, personatum Faunum masculè subit, & se non pavidum opilionem esse ait, sed fortem bellatorem, qvi non curet istiusmodi μορμολύκεια. *Neve Deum mihi finge*, inqvit: hoc est, frustra sub personâ Panis aut Fauni latitas, non enim larvam tuam timeo. *Deus qvoqve conjere dextram*, hoc est, prodi ad certamen etiam in habitu illo Panico, senties me simulatam divinitatem tuam non metuere. Hæc mihi videtur genuina hujus loci sententia, quæ etiam solertissimo Alardo probabatur, in qvodam schedio nuperrimè ad me transmisso.

v. 543. *furens.*) *Furens* est furore bellico percita & præliandi cupiditate qvasi ardens. Virgilius I. Æneid:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.

ubi similiter in laudem dicitur.

v. 556. *sublabitur,*) occidit, moritur. Libro V. *fatisq; rapacibus Idmon Labitur.*

v. 693. *Parcæ tenuêre*) fata. Virgil. I. Æn. *Sic volvere Parcas.*

v. 716. *tendit*) prosternit ut lib. IV. v. 320.

AD LIBRUM VII.

VERS. 11. *ante tuos vultus*) ante qvàm te videram.

v. 87. *infando tyranno*) crudeli Hinc Cicero *rem infandam & crudelem* conjungit. Inferiùs v. 415:

Ne precor infando similem te virgo parenti
Gesseris.

v. 90. *alium hîc Pelian, alia æqvora cerno.*) παραμυθικῶς. q. d. Ætes non minùs fraude ac dolo interitum meum qværit, atqve Pelias: & postqvam æqvora jussa superavi, objicitur aliud periculum non minùs grave & timendum.

110. *ardentes*) prurientes, ardenter iturientes. Confer lib. VI. v. 46.

v. 131. *Qvid me autem sic ille movet*) Elegans usus vocis *autem*. Vide mihi Taubmannum ad Plauti Mercatorem act. I. 2. Virg. II. Æn.

Sed qvid ego hæc autem neqvicqvam ingrata revolvo?

v. 158. *fulvo Olympo.*) *fulvo* propter sidera. Tibullus versu superiùs citato: *lascivo sidera fulva choro.*

v. 160.

v. 160. *Illa nimis sed dura manet.*) *Duros* appellabant, qvi ad rem aliqvam essent difficiles. Infra v. 202:

Atqve iterum duræ cogar comes esse sorori.

Catullus ad Alphenum:

Jam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi.

Tibullus lib. I. eleg. I:

Et sedeo duras janitor ante fores.

Molles contra, qvi facilè amarent. Catullus carm. XLVI:

Ignis mollibus ardet in medullis.

Virgilius: — *est molleis flamma medullas.* Ita enim legere malim, qvàm *mollis flamma.* Item *faciles.* Tibullus lib. eod. eleg. III:

Sed me qvi facilis tenero sum semper amori.

v. 170. *solvat, & in somnos ingenti solvat ab orno.*) fortè,

— *in somnos ingenti volvat ab orno.*

v. 209. *tumuloq; has reddere curas.*) Ossa Jasonis, pro qvo tam solicita sum. Solentissimum enim *curas* pro personis amatis ponere. Vel illud Virgilii sufficit Eclog. X. *tua cura Lycoris.*

v. 224. *tuæ venio juventæ.*) Tibi juvenculæ. Ita sæpe Plautus *ætas mea*, id est, Ego.

v. 237. *jamdudum*) mox. Ut lib. præcedente v. 456. Sic paulo ante v. 224. *jampridem* videtur usurpare pro *jam satis.*

v. 241. *magis*) potius. Barth. ad Claudian.

v. 246. *Redde diem noctemq; mihi.*) Fac nocte

fruar qvietâ, utq, deleam ex animo istum virum, cujus amor omnes mihi dies acerbos facit.

v. 244. *ardua amanti*) hoc est, mihi amanti ardua, id est, Jasonem, cujus potiri arduum & difficile fuerit.

v. 250. *Infestaq; cerno omnia*) leg. *omina*, nam qvod seqvitur clarè poscit.

v. 253. *monstrabat*) perditè se amare hoc ipso ostendebat.

v 255 *permixtumq; odiis inspirat amorem*) Eleganter Catullus de Venere:

—— *Non est dea nescia nostri,*
Qvæ dulcem curis miscet amaritiem.

v. 275. *hæc nimia*) hos viros, hos heroas.

v. 288. *promisi, ne falle precor.*) hoc est, promisi ipsi amorem tuum, & spem feci certam auxilii, noli igitur committere, ut falsa fuerim.

v. 290. *digniorem es*) Loci integri sententia est: etsi ipsa movebar fortunâ pulcherrimi herois, ac juvare eum, & hoc pacto intercipere poteram amorem ipsius: tamen passa sum potiùs Te rogari & amari, qvam digniorem judicavi præ me ipsâ, cui obtingat tam magnus supplex, & immensa laudis gloria, qvâ Te omnis mactabit posteritas ob ereptum Jasonem, & pactum cum ipso matrimonium. Nam laudis novæ ego non indigeo, cum jam dudum famæ cele-

celebritatisq; plus satis consecuta sim venenis meis, sive arte meâ magicâ.

v. 296. *obruit aures.*) Qvisnon videt, emendandum esse *obstruit?*

v. 298. *ruptâ condi tellure premiq; cupit)* Ita Dido V. Æneid. v. 450.

Mortem orat, tædet cœli convexa tueri.

v. 317. *destinat*) vult, statuit. Columella: *Itaqve considerandum erit, ut solum, qvod excolere destinamus, pingve sit.*

v. 318. *Denegat)* Lege: *mox negat.*

v. 324. *abscissum*) remotum, profligatum. Livius: *spe omni abscisâ.*

v. 325. *Tum thalami penitrale*) Virgilius ibid. *penitrali in sede.* Sed contende quæso loca: nam illuc intendisse oculos Valerium satis apparet.

v. 329. *manibus imis.*) imis terræ locis.

v. 332. *brevissima effugia*) facillima, & qvæ brevi invenire potes.

v. 375. *supremum*) singulari notione, pro supernè, in altis.

v. 359. *editq;*,) lege, *alitq;*.

v. 358. *tristesq; pruinas.*) acres. Sic *tristis hiems* apud Virgilium, & *tristes succi* pro amaris apud eundem lib. II. Georg.

v. 374. *blandis alloqviis)* hortatibus. Virgilius X. Æneid. — *alloqvitur mœrentem, & talibus infit.* Vide elegantiss. librum Ausonii Popmæ de diff. verb.

v. 391. *cumq; suis averti collibus amnes.)* Credebant carmine magico etiam flumina aliorsum deduci, aut planè sisti. Maro in Pharmaceutr:

Et mutata suos requierunt flumina cursus.

v. 401. *impingit)* paulo ante *inciderat.*

v. 427. *& reddat)* leg. *en reddat.*

v. 441. *pars sæva manebat.)* lego:

— *nempe hanc animam sors sæva manebat*
Funeris.

Ut Virgilius II. Æneid:

Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit.

v. 430. *degenerem nec me tu prima videbis.)* timidum, recusantem pericula. Virgilius II. Æneid:

— — *illi mea tristia facta,*
Degeneremq; Neoptolemũ narrare memento.

Statius: *Degeneres animos timor arguit.*

v. 480. *qvocunq; loco, qvoscunq; per annos.)* omni loco, omnibus annis. Lib. VIII. v. 4:

— — *qvascunqve per undas*
Ferre fugam, qvamcunqve cupit jam scandere puppim.

Ibidem v. 34:

In qvemcunqve tremens hominem cadit.

Et v. 51: *Experiar qvascunqve vias.* v. 169: *In qvascunqve vias.*

v. 481. *Atqve hunc te meminisse velis.)* hunc, id est qvalis nunc es, miserum, in angustiis con-

constitutum, & meis artibus eripiendum.

v. 489. *jamdudum afflârat*) *jamdudum*, modò. nuperrimè.

v. 555. *grave robur aratri*) grave aratrum. Vide qvæ ad Cassii Orpheum congerimus.

v. 563. *cærulei Boreæ ferus abstulit horror*) supra v. 378: Illos cærulei primus ferit horror Olympi.

v. 580. *adversi Jasonis arma*) *adversus* pro hoste, repugnante, ut sæpe apud Nostrum. Cæsar lib. III. bell. Civil: *Interfectus est gladio in os adversum conjecto.* Virgilius IX. Æneid. *donec Rutuli clamantis in ore Condidit adverso.* Infra v. 666: *Opperiens ubi prima sibi daret agmina tellus Adverso.*

v. 584. *obnubit á virum.*) obnubilat, fumo involvit. Ita supra *vestire* usurpavit. Mox v. 598: ait: noctem implicat.

v. 592. *descendere.*) Ita lego, & *decidere* expono. Plautus: *descendunt ex oculis lacrimæ.* hoc est, decidunt. Probant hanc sententiam, qvæ mox leguntur v. 598:

— — — *ille fatiscens*
In caput, inâ humeros ipsâ vi molis & irâ
Proruit.

v. 596. *toros.*) τὰς μυῶνας, cervicem. Virgilius de Leone: *comantes excutiens cervice toros.* Seneca: *Arduos toros attollit taurus.*

v. 597. *exarmat*) Hanc scripturam approbat decus Musarum Lampertus Alardus, qvem

qvem vide. At Scaligero F. placet *exorat.* Ego, si qvid emendandum, legerim *exanimat*, ἐκφοβεῖ, sensu commodissimo. Horatius: *metuentes verbera exanimantur.* Terentius: *Oratio hæc me miseram exanimavit metu.* Oratorum aqvila: *Te metus exanimant judiciorum atqve legum.*

v. 609. *oneratq́ novalia bello*) *Bello*, hoc est, semine ex qvo nascituri erant bellatores. Mox: *totiq́ occurrere bello Ipse cupit*, hoc est, toti turbæ Gigantum. Lib. VIII. v. 138: *complentur littora bello.*

v. 619. *ense seqvaci.)* hoc est, persequente. Ita de Maléa, Laconiæ promontorio, Virgilius lib. V: *Maleaq́ seqvacibus undis*, i. e. persecutricibus, & qvæ crebrò retrahunt spe jam tutos & securos. Ordo autem loci est: *prior ense seqvaci æqvat humo truncos, qvà tellus proxima collo imo, nec dum humeri vidére diem*, hoc est, ubi Gigantis noviter succrescentis caput è terrâ emicat, statim adest Jason stricto ense, & illud amputat prope terram ab imo collo, anteqvam emergant humeri: at seqventi, interim altius erumpenti, diffindit thoracem, aut abscindit primas à matre manus, hoc est, primùm seu noviter è terrâ exsurgentes.

v. 628. *sic undiqve densant terriginæ jam signa duces.*) Lego *densent*, qvod germanum est, non densant. Hoc verbum ubiqve fere corruptum

ruptum restituerunt multis locis Servius, Lambinus, Gifanius, Scaliger, Heinsius, Taubmannus: idem me auctore hîc reduci debet, & Valerio asseri. Est autem *densere* cumulare, multiplicare. Virgilius XII. Æneid.

— *vos unanimi densete catervas.*

Idem:

Agmina densentur campis Argivaq; pubes.

Idem I. Georgicôn:

— *obtentâ densentur nocte tenebræ.*

Horatius lib. I. Od. XXVIII:

Mixta senum ac juvenum densentur funera.

Lucretius lib. I:

— — *qvia se condenseat aër.*

Ovidius XIV. Metamorphoseon:

Tunc qvoqve cantato densetur carmine cælum.

Vigilius iterum, in Culice:

Qvem circa tristes densentur in omnia pœnæ.

v. 643. *hausit sua funera tellus.*) fortè *sua pignora*. Qvamqvam & vulgaris lectio defendi potest. *sua funera*, hoc est, suos filios propero funere exstinctos.

Ad Librum VIII.

Vers. 20. *velut torto Furiarum ejecta flagello.*) Velut à Furiis exacta.

v. 26. *sidereâ juventâ*) pulchritudo sæpe cum rosis & sideribus collata. Vide de

utro-

utroqve ambitiosissimè Pareum ad Musæi erotopægnion.

v. 70. *Somne omnipotens*) παυδαμάτωρ. Somnum à Poëtis pro deo haberi superiùs notatum.

v. 106. *dimitte moras.*) hæc vera lectio est, ut frustra sit vir nobilis. qvi corrigere tentat. Textum inspicias, non dubitabis, scio.

v. 151. *ungvibus uncis prædonis in ipsius ora ire*) *Ungves* arma sunt mulierum sæpe celebrata à Comicis: ubi videndi Commentatores.

v. 155. *furto*) prædâ. Verbum hîc appositissimum. Nam amores clandestinos, aut qvidqvid occultè fit, *furtum* appellamus. Tibullus:

— *celari vult sua furta Venus.*

Virgilius V. I. Æneid:

Suppositâ de matre nothos furata creavit.

Ita Musæus dixit κλοπίσσαν ὑπαγκλίσιον ἀφροδίτην. Livius, *furtivum iter.*

v. 159. *Ipsa fugit*) *Ipsa*, suâ sponte, nemine impellente, αὐτόμολος: qvomodo Theocritus αὐτὸν usurpat. Virgilius Eclog. VII:

Hæc ipsi potum venient per prata juvenci.

v. eod. *tanto*) tam nefario. ut mox v. 165: *cur tanta mihi non prodita pestis?*

v. 191. *Sint age tanti Æsonide qvæcunqve moræ, qvàm sæva subire*) Locutio elliptica; deest enim *potiùs* aut similis particula, hoc sensu: feramus potiùs qvascumqve moras,

ras, qvàm subeamus iterum Cyaneas. Ita libro superiori v. 428:

Possumus, idq; sedet, qvàm non qvæcunq; subire
Patris jussa tui.

v. 216. *hortatur)* Omninò *hortatus* emendandum est: nec aliud textus admittit.

v. 237. *Tum novus implevit vultus honor)* *Honor* qvandoqve pulchritudinem rerum significat. Martialis lib. VI: *Tantus veris honos.* Horatius lib. II. Od. XI:

Non semper idem floribus est honos.

Statius: *Flammeus oris honor.* Seneca in Apocol.

Et deformis hiems gratos carpebat honores.

v. 264. *Atqve)* statim, mox, sine morâ. Videatur Gellius lib. X. cap. XXIX. Taubmannus ad Plauti Epidic. act. II. sc. II. Paréus in Lexico Plautino.

v. 347. *nec myrrhâ corpus Achivi.)* *Myrrhæ* usum in sepulturis creberrimum fuisse innuit Martialis:

Dum levis arsurâ struitur Libitina papyro,
Dum Myrrham, & Casiam flebilis uxor emit.

Et alibi:

Unguenta, & Casias, & olentem funera Myrrham.

Vide celeberrimum virum Raimund. Mindererum in Aloëdario Marocostino c. VI.

v. 457. *orbatæ traherent suspiria vaccæ.)* Nihil hîc mutari debet, ne à Barthio qvidem.

dem. Est enim simile satis aptum, & pariter adhibitum à Cointo Smyrnæo libb. VII. & XIII. Adde, si placet, Lucretium lib. II. v. 352.

Habes, optime ALARDE, *mea in eximium Poëtam Schediasmata. Pro Scholâ, inquies. Non diffiteor. Neque aliter potui calamo tumultuario, καὶ ἀπὸ μνήμης. Nolim tamen ex his æstimari. Nam ab ingenio longè absum illorum hominum, qui se in bicipiti Parnasso, Musas inter & Apollinem, lauros decerpsisse arbitrantur, si valeant magno conatu & vigiliis multis hujusgeneris κάλιον emoliri. Nos hæc pueri didicimus. Robustiores facti non attingimus, nisi ludibundi & horis subcisivis: repetentes memoriâ, quæ olim notabamus ex omni genere Poëtarum. Horum enim in hortis multum temporis insumebamus, jucundiùs quàm fructuosiùs. Quamquam aliquam ὀψιμαθίαν non negabo, si vel his Commentariolis meum Tibi fuero adfectum conteſtatus. Iterum vale, mi* ALARDE.

ET DEUS ET MUSÆ!

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM OMNIUM QUÆ IN VALERIO EXTANT.

Operâ Lamperti Alardi. Guilielm.

Ubi Numerus Romanus librum, barbarus versum libri significat.

AB.

Ab. V. 527. 618. V. 632.
abactam IIX. 51.
Abarimq; III. 152.
Abas. I. 453.
abdita IV. 479.
abducere VI. 298. VII. 49. IIX. 356.
abductaq; V. 162.
abductis. IV. 677.
abduxerat V. 150.
abeant VI. 147. IIX. 424.
aberis VII. 478.
abibo. VII. 429.
abjecti IV. 654.
abiere IV. 633.
abies. III. 165. VI 197. 236.
abjectibus. VII. 405.
abigis. V. 627.
abiit IIX. 366.
abiret. VI. 581.
abis IV. 387. IIX. 145.
abito VII. 20.
ablatam VI. 682.
abluit V. 76 IIX. 239.
abnegat V. 668.
abneget III. 695.
abnuit. III. 678.
abolete, III. 449.
abripiam, I. 154.
abripit IV. 144.
abrumpere III. 250. VI. 310.

abrumpit VII.388.
abrupta IIX. 330.
abruptis II. 616. IV. 413.
abruptus VI. 84.
abſcedat IV. 37.
abſceſſere VII. 653.
abſceſſit IIX. 374.
abſceſſu III. 9.
abſcidit I. 489. II. 529. 619. 161.
abſciſſa, I 827.
abſciſſum, VII. 324. IIX. 314.
abſens I. 272.
abſentem III. 589. VII. 315.
abſenti VII. 197.
abſentibus VII. 466.
abſiſtite III. 454.
abſit V. 324.
abſtineant VI. 23.
abſtulerint I. 644. II 245.
abſtulit I. 497. II. 27 VI. 190. III. 636. 266. IV. 131. VII. 563
abſumere VI. 5.
abſumis IV. 25.
abſumor IV 169.
abſumta, III. 322.
Abſyrtus V. 457. VI. 471. 517 IIX. 261 369.
Acaſte I. 164.
Acaſti I. 709. VI. 720.
Acaſto I. 695.
Acaſtum I. 153. 485.
accede V. 199.
accedere I. 178. III. 413 IV. 399 435. V. 118. VI. 86. IIX. 321.
accedit VI. 259.
accedite, IV. 635.
accelerare, V. 556.
accelerat I 542. 704.
accelerate, IIX. 265
accendere II. 283 VII. 29.
accenditur V. 369.
accenſa, III. 590. 135. IV. 304.
accenſas VII. 637.
accenſis IIX. 115.
accenſus II. 385 IV. 747.
acceſſerat II. 443.
acceſſerit VI. 456.
acceſſere, III. 186.
acceſſimus II. 378.
acceſſus IV 28.
acceſſura, I 829.
accepere, I. 91. 217.
accincta, II. 197.
accinctum, V. 513.
accinge, IV. 593.
accipe, II. 419. V 512. VII. 516. III. 81. IIX. 157.
accipiam, I. 347.
accipiant V. 118.
accipias I. 203.
accipiat VII. 15.
accipies I. 764.
accipiet III. 305.
accipimus IIX. 187.
accipio IIX. 271.
accipit I. 161. 183. 619. II. 417. VI. 422 VII. 304.
accipite, V. 680.
accipiunt IV. 175. 488. VI. 521. accli-

acclivem II. 92.
acclivis I. 147. III. 533.
accommodat III. 423.
accubat II. 193
acer III. 367. 209. VI. 531. 607.
acerba III. 303. 229.
acerbæ II. 291.
acerbat VI. 65.
acerbam III. 285.
acerbi. VI. 677.
acerbis V. 596.
acerbo II. 458. III. 585. IIX. 369.
acerbos V. 623.
acerbus IV. 493.
acervi VI. 523.
acervis VI. 596.
acervos III. 274.
acervus V. 31.
Achamas I. 583.
Achæas VI. 46.
Achæis III. 542. 697. IIX. 147.
Achemeniæ VI. 65.
Acheron IV. 595.
Acherusidos V. 73.
Achilli I. 408.
Achillem I. 133. 256.
Achivæ VI. 606.
Achivi IIX. 347.
Achivis IV. 757. V. 552. VI. 544.
Achivo VI. 450.
Achivos V, 434. VI. 734. 10.
Achivûm III. 86.
aciem III. 571 55. 126. 220. V. 285. VI 72.
acies II. 658. III. 539. 300. IV. 237. 756. V. 77. VI. 2. 66. 424. 371. 279. 758.
Acinace VI 701.
Aclide VI 99.
acre VI. 470.
acrem III. 571.
acres I 475. III. 101. VI. 107. 579. 27.
acri IV. 622. VI. 1. II. 272.
acribus V. 548.
acrior I. 693.
acrius II. 456.
acta I. 742. III. 355. IV. 106. V. 96. VII. 183. IIX. 35.
actæ II. 247. IV. 563.
Actææ IV. 465.
Actæi VI. 217.
Actæis I. 394.
Actæus II. 68.
acti III. 617. 186. 219. 673.
actis I. 40. 376. II. 378. III. 423. 67. 678. 694. VI. 728.
Actora I. 146.
Actorea II. 448.
Actorides I 407.
actu IV. 43. VII. 647.
actum III. 519. V. 299. VII. 128.
acturus I. 371.

actus. II. 5. IV. 163. V. 507, 542.
acu. II. 411. VI. 626.
acuat I. 761.
acuunt II 172.
adactis III. 164. VI. 183.
adacto VI. 273. 307.
adamante III. 225.
addat VI. 181.
adde. II. 59. 156.
addidit III. 429. 13. VII 546. IIX 19.
addimur. V. 285.
addita. V. 84.
additam. IV. 417.
additur III. 388.
additus. I. 271. V. 544.
adducere VI. 133.
adduntq; I. 825.
adeas. IIX. 283.
ademptæ III. 737.
adempti III. 649. IV. 315.
ademptus VI. 282.
adeo. II. 643. III. 70. IV. 64. V. 40. 395. IIX. 344.
adeone IV. 120.
aderam IV. 748.
aderat I. 255. II. 107. V. 373.
aderis. IV. 86.
aderit IV. 653.
adero I. 181. 134.
aderunt II. 147. IV. 34.
ades II. 486. 564. V. 378. IIX. 74.
adesi. II. 30.
adeso. VII. 359.
adest. I. 306. 360. II. 531. V. 362. VI. 266. IIX. 367.
adhibeto III. 412.
adhuc III. 262. 724. IV. 540 V. 86 300. VI. 141. 177. 254. 309 626. VII 73. 106. 192. 75. IIX. 27. 114. 126. 140. 204. 429.
adi. V. 502.
adjacet I. 452. II. 192.
adjice. IIX. 41.
adjicias. VII. 508.
adire V. 481.
adirem. III. 307.
adirent V. 408.
adit. II. 98.
aditis. I. 62. II. 437.
aditure. I. 320.
aditus I. 595. II. 220. III. 223. V. 396.
adjungier II. 421.
adjungit. IV. 367.
adjuta II. 528.
adjutæ III. 564.
Admete. I. 445.
admirans IV. 142.
admonet. V. 12. 406. 465. 227.
admonuit. III. 147.
admota. V. 241.
admoti V 651.
admoverit III. 502.
adolentur. III. 443.
adorta IV. 360.
adorti IV. 541.

adortis. II. 375.
adortus I. 694.
adreptis IIX. 311.
adripit IIX. 299.
adſpicio I. 49. 211, 224.
adſtabat VII. 489.
adſtantem VII. 166.
adſuerat V. 515.
adſvetaq; VII. 379.
adſum. VII. 443.
adſunt IIX. 49. 232. 282.
advectet IV. 106.
advectos IV. 150.
advehimur V. 386.
advehit III. 497. 69.
advehitur III 485 IIX. 262.
advena I. 588. V. 839. 461. VI. 446.
advenerat. V. 459.
advenie. I. 746. II 323.
adveniſſe V. 535. VI. ii. 483.
adveni I. 157. 302. III. 175. IV. 386. VI. 645.
adventu V. 682.
adverſa III. 134. IV. 209. 659. VI. 164. 463. IIX. 386.
adverſæ. II. 406.
adverſam. IIX. 376.
adverſas. VI. 270.
adverſata II. 18.
adverſi II. 619 IIX. 188.
adverſis I. 518. III. 420. VI. 470. VII. 580. IIX. 196.
adverſo I. 493. IV. 184. VI. 256. VII. 616. VII. 97. IIX. 85. 111.
adverſos I. 390. IV. 645. V. 274. IIX. 327.
adverſum VI. 208.
adverſus VI. 58.
adverte. V. 17.
advertere IV. 667.
adverti IV. 733.
adulter. IIX. 338.
advocat IIX. 287.
advocet I. 73.
advolat I. 108. 163. II. 124. III. 72. IV. 300. VI. 342. 370. 655. VII. 265, 618.
adytis V. 404. IIX. 241.
Aea. VI. 96.
Aeacidæ I. 405. II. 417. IV. 223.
Aeacides I. 139. II. 511. III. 693. 715. 721. VI. 348.
Aeacidum V. 573.
Aeæa VII. 191.
Aeææ. VII. 380.
Aeæas. IV. 509.
Aeæj, V. 547.
Aeæis. V. 277. VII. 119.
Aeæo. I. 451.
Aeæos: VII 281:
Aeæta VII. 89. IIX. 350.
Aeætæ. IV. 14. V. 620.
Aeæte V. 289.
Aeæten. V. 317. 393.
Aeætes. I. 43. III. 495. V. 553. 589. IIX. 138. VII. 640. V. 285. VI. 13.
Aeætia VI. 440. 542. 267. VII. 565.

Ætida VI. 480. VII. 445. IIX. 233.
Ætius IIX. 379.
Æum VI. 189.
Æam. V 425.
Ædibus. I. 724.
Ædoniis VI 340.
Ægæa I. 561.
Ægæi I. 160. II. 283.
Ægæo II 366.
æger I. 777, IIX 514.
ægida V. 287. VI. 396.
ægide II. 97. IV. 670. V. 652. VI. 174.
ægisono III 88.
Ægon I. 629. IV. 715.
ægra III. 73. IV. 378. V. 145. VI. 623. 719. VII. 125. IIX. 163
ægram III. 395.
ægri II. 476. III. 283.
ægris III 357.
ægro II. 93. III. 365. V. 131. 264.
ægros IV. 276.
Æmathiæ II. 641.
Æmonias VII. 56.
Æmonios IIX. 216.
æmula V. 86.
æmulus I. 605.
Æneade III. 4.
Æneadum II. 574.
Æole I 598.
Æoliæ I. 654. VI. 354. 548. VII 54.
Æoliam I. 576.
Æolidæ V. 461.
Æoliden I. 286.
Æolii VI 542.
Æolio IIX. 79.
Æolios II. 595. VII 517.
Æolium I 770.
Æolus I. 417. V. 477.
æquaq; VI 98.
æquæ IV. 151.
æquales VI 497. IIX. 142.
æquali IV. 615. V. 342. VII. 181.
æquantes VI. 160.
æquat VI. 95. VII. 620.
æquata IV. 731.
æquatum II. 6.
æquè III. 674. 599. 201. VI. 241.
æqui V. 406.
æquis I. 795. II. 505. III 648. IV. 1. V. 284.
æquissima IV. 113.
æquo II. 607.
æquos IIX. 320.
æquor I. 324. 363. 414. 537. II. 375. 380. 513. III. 732. 675. 62. IV. 270. 541. V. 134. 179 512. VIII. 201.
æquora I. 131. 293. 303. 382. 526 600. 608. 641. 654. 815 II. 12. 187. 319. 405. 587. 593. 609. 632. III. 661. 605. 277. 351. 388. 472. 32. 107. IV. 110 345. 510. 588. V. 45. 59. 248. 619. VI. 30. 105. 239. 391.

391. 412. VI. 56. 92. 113. 469. 548. 553. 581. 648. IIX. 50. 140. 161. 265. 307. 327.
æquore. I. 284. 306. 342. 579. 630. II. 63. 295. 323. 112. III. 726. 500. IV. 56. 280. 657. V. 167. VI. 88. 328. 569. 592. IIX. 144.
æquoream II. 127.
æquoreas III. 421.
æquoreis V. 91.
æquoreo I. 193. IV. 249.
æquoreos I. 138. 112. 483.
æquoris II. 232. V. 78. IIX. 3.
æquum I. 435. IV. 621.
aer I. 497. II. 333. 526.
æra II. 266. V. 78. VI. 343. 525.
aëra I. 233. 260. VII. 376.
æratam VI. 88.
æratis I. 339.
ære I. 688. V. 198.
aëre V. 400.
aëream IIX. 113.
aëri II. 555.
aërii I. 67. II. 553.
æripedes VII. 545.
æris II. 389. V. 141.
æriſona I. 704.
æriſono III. 28.
Æſæpia III. 420.
Æſon. I. 144. 149. 296. 756. 335. 767. 825. VII. 394. 645.
æſona I. 72. 152. 734. V. 48.
Æſoniæ III. 285. VI. 653.
Æſoniam I. 660.
Æſonidæ III. 8 VI. 429.
Æſonide I. 226. II. 389. VII. 469. IIX. 105. 155. 442.
Æſoniden I. 98. IV. 738. V. 571. 302. VI. 173. 502. VII. 165. 409. 639. 376. 541. IIX. 387. 414.
Æſonides I. 161. 194. 474. 488. II. 334. 346. 385. 660. III. 339. 369. IV. 675. V. 40. 35. VII. 530. 587. 594. IIX. 118. 166. 197. 244. 353.
Æſonii III. 240. VII. 178.
Æſonium I. 32. IV. 8. V. 294. VI. 579. VII. 188.
Æſonius I. 241.
æſtiva IIX. 28.
æſtu I. 291. II. 676. III. 365. IV. 132.
æſtuat VII. 294.
æſtus II. 615. III. 506. 571. V. 302. VII. 195.
Æta V. 51.
Ætæ V. 401.
ætas II. 325. V. 314. VI. 62. 115.

ætate. VI. 444.
æterna I. 846. VII. 282.
æterni. V. 409.
æterno VI. 38.
æternum I. 832. II. 358. IV. 151. 708.
æther. I. 307. 616. II. 42. III. 348. 467.
æthera I. 82. 91. 466. II. 20. 241. III. 565. VI. 165.
æthere I. 591. II. 36. 415. III. 43. 54. 130. IV. 377. V. 182. IIX. 318. 73.
æthereæ II. 84. IV. 67.
æthereas II. 444. V. 163.
ætheris II. 119. III. 226. IV. 179.
Aethnæ II. 95.
Aethnæi II. 420.
Aethnæis. IV. 104.
Aethnam II. 29.
æthra I. 156.
ævi. I. 760 771. II. 619. III. 688. V. 3. 357. 225. VI. 122. VII 361.
ævo I. 474. IV. 426. VII. 338.
ævum I. 286.
affari VI. 16.
affata V. 352.
affatus. I. 299. VI. 473.
affecte I. 243.
afficit. III. 579.
affixam. IIX. 233.
afflavit III. 213. VI. 183.
afflicta I. 799. II. 130. III. 629. 663. 504. 82. IV. 638.
affore I. 799. II. 130. III. 629. 663. 504. 82. IV. 638.
affore III. 620.
affremit I. 518.
Africus. II 506.
Agæ I. 71. II. 352. IV. 607. V. 527. 531. VII. 309. IIX. 370.
age VI 516. 33. 213. VII. 48. 467. IIX. 191. 111. 41. V. 538. 635. IV. 35. 471. I. 306. II. 127. 565. 613.
Agenore IV. 444.
Agenoreis IV. 522.
Agenoride IV. 582.
agens I. 783. III. 431. 40. IV. 111. VI. 591. 633. VII. 151.
agentes V. 46.
Lycophron nominat νάπην δρακοντοφόρβιος ἐσκεπασμένην σκοπιᾶς. Vide infra lib. 7. v. 522. & seqq. & lib. 8. v. 56. & seqq. Senecam Medea v. 468. 471. 703. & Herc. Oet. v. 18. Scholiastes ad lib. 2. Apollonii p. 199. b. de ortu istius draconis ita scribit: φασὶ τὸν κώνωπα φασὶν ἐν τῇ τυφωνίᾳ πέτρᾳ κεραννυμένης ὁ τυφὼς, ἰχῶρας πιὰς ἀφῆκεν, ἐξ ὧν ἐγένετο ὁ τὸ δέρος φυλάσσων ὄφις.

v. 61. Multifidas Linguas Vibrantem) Infra lib. 3. v. 457. *angues linguis rapuere coruscis.* Seneca Medeâ v. 686. *Hîc fera serpens corpus immensum trahit, Trifidamq; linguam exertat.* V. N. ad Prudent. præfat. 2. in Symmach. v. 28.

v.63. ET DABAT HESTERNO LIVENTIA MELLA VENENO) Infra lib.8.v.96. & 62. Turneb.lib.28. Adverſ.c.45.

v.67. NUNC AERII PLANTARIA VELLET PERSEOS, AUT CURRU) Confer Ovid.3. Amor.5. & 3. Triſt.8.

v.67. AERII PLANTARIA PERSEOS) Ovid.4. Metam.v.664.

———Pennis ligat ille reſumtis
Parte ab utraq; pedes, & eloq; accingitur uncô,
Et liquidum motus talaribus aera findit.

Græcis πέδιλα. Eryth. in Ind. Virgil. in *Talaria*. Gloſ. ὑποδήματα, *talaria*.

v.69. TRIPTOLEMI) De eô Ovid.5. Metam.v.643. Hygin.fab.147. & 277. ſimulq; lib.2. Aſtron. in Ophiucho. Claudian. lib.1. de raptu Proſerp. v.12. V.N.3. Triſt.8. & ad Horat. Epod. XVI. v.43.

v.70. VOMERE IMBUIT) Vide Sitzman. ad Boeth. lib.3. met.2.p.204.

v.70. QUERCUM DAMNAVIT ARISTA. V.N. ad Prudent. 2. in Symmach. v.284. Claudian.1. de raptu v.30.

Vnde dat a populis fruges, & glande relictâ
Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Confer Paſchal 8.Coron.c.12. Meurſ. ad Lycoph.p.219. Boch. ad Pſalm 103. Seber. in Diſcurſu de Agricult. p. 7. & 8. Joh. Mylium in Horto Philoſoph. p.226. Joh. Bapt. Portam lib.3. Villæ c.5.

v.73. PALLADE ARMISONA) lib.3. v.87. *agiſono fera pectore virgo*. Lib.4. v.669. *prima coruſcanti ſignum dedit ægide virgo*. Virgil.3. Æneid. v.543. *---Tum Numina ſancta precamur Palladis armiſonæ*. Statius 2. Theb. v. 716.

Diva ferox, magni decus ingeniumq; parentis,
Bellipotens, cui torva genis horrorq; decoro

Caſſis

Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon.
Virg. 8. Æneid. v. 435. Natal. Comes lib. 4. c. 5.

v. 75. Domito Ponto) Infra v. 605. *Ingenti gaudens comat æquora velo.* Lib. 5. v. 299. *Domitis Symplegados undis*: Seneca Medea v. 2. *domitorem freti Tiphyn* appellat. Et v. 517. *Tiphys in primis domitor profundi.* Idem Hippol. v. 306. de Europâ: *Pectore adversò domuit profundum.*

v. 76. Tu Sola Animos Mentemq; Peruris, Gloria) V. N. 5. Trist. 1. v. 76. & 5. Trist. 13. v. 37. Barth. Cassan. in Catal. glor. mundi, parte 1. Consid. 54. pag. 65. Eberhard. à VVeihe De vanit. glor. hum. p. 44.

v. 77. Te Viridem) *Viridis*, pro succi plenô, juvenante & vernante. Barth. lib. 24. c. 15. & lib. 4. cap. 4.

v. 78. Juvenesq; Vocantem) *Hoc est gloriæ ingenium: Eum quærit, à quo non cognoscitur; cum eo loquitur, à quo non auditur; cum eo rem habet, à quo visa non est: eum insequitur, qui ipsam fugit: eum honorat, à quo parvi penditur: nolentem vult: non petenti se offert: ignoto se credit.* Horol. Princip. lib. 1. c. 118.

v. 79. Animi Incertum) μετηορον ἦτορ ἔχοντες Oppian. 4. Hal. v. 200. Terent. Hecyra 1. 2. *Fecit, animus ut incertus foret.* Vechner. hellenolex. lib. 1. c. 2.

v. 80. Tendensq; Pias Ad Sidera Palmas) Lib. 4. v. 472. *Sustulit hic geminas Phineus ad sidera palmas.* Manus in altum sublatæ, orantis gestus est. Vide Brisson. De Form. p. 39. 40. 107. 108. Boch. ad Psalm 87.

v. 82. Quateret Cùm Juppiter Imbrem) Lib. 2. v. 12. *Quatit ipse hiemes.* Lib. 6. v. 169. *Quatit ut sævo cum fulmine Phlegram Iuppiter.* Vide lib. 2. v. 12.

v. 83. Per Enipea) Infra v. 357. & lib. 5. v. 208. Scholiastes Apollonii p. 118. a. Ἀμφὶς δὲ καὶ Ἔνιπεὺς ἀμφότεροι ἦσαν ἀλλήλων πατρικοί. Virg. 4. Georg. v. 368.

v. 87.

v.87. INNUBA PALLAS) Lib.4.v.604. *Divaq; Gorgonei gestatrix innuba monstri.* Lege Natal. Comit. lib. 4. cap.5.

v.88. ERIPE ME) Supra v.10. *Eripe me populis.* Liv.4.v.537. *Nunc me quoq; curis eripe.*

v.89. DABIT AURATIS ET CORNIBUS IGNI COLLA) Eximias significat hostias, ut taurum egregium, quibus cornua inaurabantur. Turneb.19.c.18. Natal.Comes lib.1.c.10. Seneca Oedipo v.135.

Colla tacturus steterat sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureô taurus rutilante cornu
Labitur.

v.90. PATER) Severus Endeleichus in Bucol. v.81. *Hinc taurus solidi vir gregis & pater.* Ita Ovid.de hirco, 1. De arte v.524. *Virâq; paterâq; gregis.*

v.90. NIVEIQ; GREGES ALTARIA CINGENT) Natal.ibid. Erat illa præterea consvetudo, ut victimæ in auratis cornibus ad aras candidæ adducetentur.

v.91. PER ÆTHERA LAPSU) Ita Virgil.3. Æneid. v.225. *At subitò horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ,* Æneid.4.v.223. *Vade agè nate, voca Zephyros & labere pennis.*

v.93. TRITONIA) Lib.2.v.49. *Nec me tantum Tritonia cursum Erudiit.* Apollon.lib.1.v.109. Τριτωνὶς Ἀθηναίη. Ibi Schol. τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, θεσσαλίας, λιβύης. ἐν δὲ τῇ λιβύῃ ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ. Vide Arnobium 3.

v.94. MOLIRI PUPPEM) Non.Marcell.c.4.n.300. *Moliri*, est extruere. Virgil.1. Æneid. *Molirique arcem.*

v.95. PELIACAS IN UMBRAS) *Umbras*, pro silvâ umbrosâ: ut apud Senecam Hippol. v.1. *Ite, umbrosas cingite silvas.* Ita verò & Claudian. de bello Getico, Palladem ait unâ secasse, Argo navi conficiendæ, arbores; v.15.

...*Ipsamq;*

——— *Ipsamq; secandis*
Argois trabibus jactent Judæsse Minervam.

Ibi vide Barthium. Seneca Medeâ v. 365. *Non Palladiâ Compacta manu, regum referens Inclyta remos queritur Argo.* Vide infra v. 121. & seqq. Apollon. lib. 1. vers. 111.

v. 96. MACETÛMQ;) *Macetas* pro Macedonas dicunt poetæ, ut hîc Valerius. Scholiast. Juvenal. ad Sat. 10. p. 96. b. Ita enim ibi legendum. Hesych. μακεπία, μακεδονία. Adi Scalig. Lect. Auson. Barth. lib. 2. c. 16.

v. 101. PRIMÆ IN FLORE JUVENTÆ) *Flos iuventa, æui, ætatis*, pro ἀκμῇ & vigore, h. e. optimâ ætatis humanæ parte. Comment. Terent. p. 182. Dicitur *Juventa* & *Iuventus*, ut *Senecta* & *Senectus*, etsi nonnihil differant. *Juventa enim est ætatis, quum Iuventus sit personarum*: quemadmodum exponit Servius. Mox v. 113. *O utinam Graja rueret non omne juventæ In nova fata decus.* vide lib. 5. v. 365. lib. 7. v. 214. 339. 509. lib. 8. v. 26. 257. Prudentius 2. in Symmach. v. 7. —*Vernantes flore juventæ.* Ita & Florus lib. 1. *Ut quasi ad quendam juventæ florem pervenerit.* Et ibidem: *Hæc jam ipsa imperii iuventa & quasi quædam robusta maturitas.* Notavit Herman. Busch. in Cent. Philolog. Epist. à Goldasto clarissimo editarum, epist. 36. Auson. Popma de diff. verb. lib. 3. *Iuventa, inquit, significat lanuginem, erumpentemq; barbam, atq; ipsum tempus primæ adolescentiæ: Iuventus & iuvenilem ætatem & iuvenum multitudinem denotat.* Val. Flaccus lib. 1. v. 604. *Graia novam ferro molem commenta iuventus Pergit.* Confer Jacob. Spiegel. ad Prudent. p. 302. Ita & crebrò usurpatur *Senecta* à Valerio nostro lib. 1. v. 77. lib. 6. v. 308. lib. 8. v. 14. 137. & 280. *Senectus* lib. 6. v. 285. Symmach. lib. 4. epist. 18. *Annis en senectam vergentibus.*

v. 103. STUDIUMQ; INSONTIS ARATRI) Vide Senecam Hippol. v. 481. & seqq. Lipsi. cent. 1. Epist. 8.

v. 106.

v.106. ELATIS CORNIBUS AMNES) Auctor in Deorum Naturâ Phornutus, fluvios effingi plerumque κεραοφόρους καὶ ταυρώπας, ex violentô undarum impetu, qui mugitibus assimile insonet quiddam. Cæl. Rhodig. lib. 17. c. 33. Turneb. lib. 22. c. 5. Natal. Comes lib. 7. c. 2. Meurs. ad Lycoph. p. 160. Paschal. 10. Coron. c. 14. V.N. 4. Trist. 2. v. 41. Infra lib. 5. v. 485. *Tot vigili pulcerrima flumina cornu.* Lib. 6. v. 618. *Terrificis undantem cornibus Hebrum.* Lib. 8. v. 186. *Fundere non unô quem flumina cornu accipimus.* Statius 4. Theb. v. 841. *Æterno largitor corniger undæ.*

v.108. ARMATA) Gifan. Ind. Lucret. p. 300. ex v. c. legit: *Flammata*, h.e. impleta, completa. Sed *armare veneno* dixit: & Claud. Marius Victor lib. 1. v. 337. *Ferrum infamare veneno*, Silius lib. 3. v. 272. Alii legunt hîc: *Infecta*. Notatq; Barthius lib. 5. c. XI. etiam Val. Flaccum brevem Syllabam, propter cæsuram, pro longâ ponere: ut hîc: *Arcadio cujus armata (vel infecta) veneno.* Infra v. 642. *Tota cum protinus alnus Solvitur.* Lib. 3. v. 233. *Et justâ sanguis exuberet urnâ.* Lib. 7. v. 291. *Dignior es, & fama meis jam parta venenis.* Lib. 4. v. 88. *Et pavor & monstri subiit absentis imago.* v. 603. *Sed qualis & quanta viris insultet Enyo.*

v. 111. NOTAT) Infra v. 779.

v. 117. CARINÆ) *Carina*, navis est pars infima, τρόπις à Græcis vocatur, à facili cursu, quasi currina dicta. Isidor. Orig. 19. c. 2. Capitur etiam pro infimâ trabe, quâ navis fundatur. 4. Pont. 3. *Dum mea puppis erat validâ fundata carina.* Gyrald. lib. de navig. c. 11. Fest. *Carinantes.* Synecdochicè sumitur pro totâ nave. Hoc libro v. 17. 154. 301. 487. 549. lib. 2. v. 50. 637. lib. 3. v. 723. lib. 5. 150. 186. lib. 6. v. 318. lib. 7. v. 220. lib. 8. v. 417.

v. 114. LENTOQ; SEQUACES MOLLIRI IGNE TRABES) Seneca lib. 6. ep. 51. *Robora in rectam, quam-vis*

vis flexa, revocabis. Curvatas trabes calor explicat, & aliter nata in id finguntur, quod usus noster exigit.

v.126. Velifero Malo) Infra v.625. *Vela super tremulum volitantia malum.* Gyrald. lib.de navig.c.12. Isidor.Orig.19. c.2. German. Segelbaum, quasi velorum arbor: Etiam Mastbaum / & simpliciter Mast. Vide Martin. Lex. Statius 5.Silv. carm.1.v.246. Lataq; veliferi porrexit brachia mali.

v.126. Brachia) Gyrald. ibid.c.12. p.598. *Cornua* interdum à poetis per similitudinem *brachia* vocantur: ut hîc V.N.ad Horat.Odem XVI. Epod. v.59.

v.127. Constitit Ut Longè) Gyrald. T.1. p. 588. & seq.

v.130. Hîc Sperata) *Speratam* Thetiden vocat, quia Peleo in matrimonium destinata esset. Ex enim puellæ proprie *sperate*; ut postea interpositô Sponsu & pactô, *Pacta* atq; *Sponsa*. Adi Jan.Guilielm.quæst. miscell.c.2. Infra lib.3. v.594. *Æetes contrà thalamis & virgine pacta Conciliat reges Scythices.* Lib.6.v.44. *Pacta quòd Albano coniux Medea tyranno.* V.268. *En! cuius thalamis Æetia virgo Dicta manet.* v.274. *Pactaq; finis en coniugis.* v.585. *Pacti coniugis arma.* Lib.8. v.153. *Albano fuit hæc promissa tyranno, non tibi: nil tecum miseri pepigere parentes.* v. 401. *Sacri sibi conscia pacti Religio.*

v.131. Peleos In Thalamos Vehitur Thetis) Catull.de nuptiis Pelei & Thetidis.

v.132. Deiecta Lumina Palla) Lib.8.v.104. *Atq; ibi deiecta resides in lumina palla.*

v.134. Hanc Panope Dotoque) Homer.Iliad.6. Hesiod. Theogoniâ. Gyrald. hist.deor.Syntag.5.p.167. Natal.Com.lib.8.c.6. Virgil.5. Æneid. v.825.

v.136. Siculô Revocat De Littore Cyclops) Ovid.11.Metam.v.741. & seqq.

v.139.

v. 139. PULSATQUE CHELYN POST POCULA CHIRON) Natal. Comes lib. 4. c. 12. Statius 1. Achilleid. 184.

Tunc libare dapes Bacchaq; munera Chiron
Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens,
Elicit extremo Chelyn, & solantia curas
Fila movet.

v. 140. MULTOQUE INSANUS IACHO) Ovid. 3. Metam. v. 536. *Mota insania vino.* Refert Athenæus lib. 2. c. 1. *iuvenes quosdam Agrigentinos per ebritatem eo usq; dementiæ progressos, ut se in triremi navigare, & mare magnopere perturbatum esse arbitrarentur. Omne itaq; supellectilem una cum lectis proiecere, quasi gubernator exonerare navem iussisset. Iacebant interim nauseabundi, & supervenientes militum duces tanquam Tritones adorabant; &, si portum attigissent, sospitatores liberalissime pollicebantur. Tertio vix die ad se reversi sunt. Vnde quidem illa domus Triremis capit nominari.*

v. 141. RHÆCUS) Ποίκ@ Ælianо lib. 13. hist. var. Turneb. 19. c. 18. Infra lib. 3. v. 65. *Qualis in Alcide & Thesea Rhœcus ruit.*

141. ATRACIA DE VIRGINE PUGNÆ) Ovid. 12. Metam. v. 189. & seqq. Natal. Comes lib. 7. c. 4.

v. 142. CRATERES MENSÆQ; VOLANT) Ovid. ibid. v. 242.

Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Missa volant, fragilesq; cadi, curviq; lebetes:
Res epulis quondam, nunc bello & cædibus apta.

v. 143. POCULAQ;, INSIGNIS VETERUM LABOR) Vide lib. 2. v. 654. Virgil. Culice v. 65. Ovid. 13. Metam. v. 682. Statium 6. Theb. v. 531.

v. 146. MONYCHUS) Jan. Parrhas. epist. 2. T. 1. Crit. p. 730.

v. 146. PERAGIT) κατεργάζεται aut διεργάζεται. Turneb. 19. c. 18. planè occidit. Barth. lib. 21. c. 10. Non dissimi-

dissimiliter infra lib.6.v.246. *Lævum per luminis orbem Transigitur.*

v.147. Acclinisq;) Ita rectè legitur lib 2. v. 91. *Acclinem scopulo inveniunt.* Lib.3.v.532. *Piceæq; acclinis opacæ.* lib.4.v.307. *Inclinis* & v.534. *reclinis.* Statius 5. Silv.carm.3.v.36. *Acclinis tumulo:* ut & carm. 5. v. 26. Idem Theb.1.v.388. *acclinis postibus nulæ.* Et lib.5.v.354. *acclinis malo.*

156. Talia Conanti Lævum Jovis Armiger) Fuit *Aquila* apud veteres auspiciis accommodatissima: quod hîc quoq; licet observare). Festus: *Alites, volatu auspicia facientes, ista putabantur: buteo, sangualis, immussulus, aquila, vulturius.* Exempla habemus apud Svetonium in Augusto c.94.& 97. in Galba c.1. & 4. in Vespasiano c.5. in Domitiano c. 6. Vide Theocrit.Idyll.17. Pindar.Isth.6. Peuc.de divinat.cap. de auguriis. Barth.lib.34. c.14.

v.156. Jovis Armiger) Scholiast. Juvenal. ad Sat.14. *Aquilæ Jovis armigeræ* dicuntur secundum fabulas, quòd in bello Gigantéo Jovi adversus gigantes fulmina ministrasse feruntur. Plinius ideò, quia *fulmine non tanguntur.* Adi Rittershus. ad Oppian. p. 248. Frischlin.ad hym.1. Callimachi v.68. VVolfg. Frantz. in hist.animal. Sacrâ p.530. Infra lib.2.v.416. *Quin & Jovis armiger ipse accipit à Phrygiô jam pocula blanda ministrô.* Ovid.12. Metam.v.560. *Volucris, quæ fulmina curvis Ferre solet pedibus, Divûm gratissima Regi.* Metam. 4. v.362. *Regia ales.* Virg.5.Æneid.v.254. *Præpes Jovis armiger.*

v.157. Æthra) *Æthra*, idem quod æther. Græcis αἰθρία est ætheris serenitas. Sed Latinis poetis *æthra* latius patet; quibus significat ætherem & aërem.

v.157. Fremitusq; Canum) Ita Statius Thebaid. 1.v.551. de raptu Ganymedis:

Stant mœsti comites, fruſtraq; ſonantia laxant
Ora canes, umbramq; petunt, & nubila latrant.

v.160. ÆGÆI PROFUNDI) *Profundum*, pro mari. Profundum enim propriè, cujus porrò ſit fundus. Iſidor. Orig.14. c.9. ex Feſto. V. N. 1. Triſt. 11. v.39. Gloſ. βυθὸς, *hoc altum, profundum. gurges* Infra v.573. *Medio permiſſa profundo Carbaſa.* Et v.585. *latum profundum.* lib.2. v.383. *Ægai ſcopulos habitare profundi.* Et v.706. *Pater ipſe profundi* i. Neptunus lib.3. v.150. lib.4. v.402. lib.5. v.337.438. lib 8. v.314. Idem notavit Scholiaſt. Juvenal. Sat.13. p.115.b. Seneca Agamem. v. 137. *Vt cum hinc profundum ventus hinc aſtus rapit.*

v.160. ALTA PROFUNDI) *Altum & Profundum alternantur*, cum de mari Sermo. Ponunturq; vel ſubſtantivè, vel epitheti vicem ſuſtinent. Infra v.271. *Iré per altum.* lib.2. v.2. Alta ſecat. v.15. *Minyis repetentibus altum.* l.3. v.2. lib.4. v.7. 267. 404. 560. 568. lib.5. v.318. lib.7. v.129.472. lib.8. v.352. V. N. 1. Triſt. 11. v. 39.

v.168. O QUANTUM TERRÆ) Lucan. lib.1. v.13. *Heu quantum terra potuit pelagiq; parari. Habet enim multum jucunditatis, Solis caliq; mutatio, ipſaq; illa peregrinatio interſita.* Plinius lib.3. ep.19. Tob. Magir. in Polymnemone tit. *Peregrinatio* n.4.

v.170. LÆTA RECURRET CUM RATIS) Sirac. 43, 26. οἱ πλέοντες τὴν θάλασσαν, διηγοῦνται τὸν κίνδυνον αὐτῆς.

v.177. VIRTUTIS HONORES) Infra v.55. *Infernos almæ virtutis honores.*

v.178. SEDEATQUE.) i. placeat. Lib.2. v.383. *Si ſedet, Ægai ſcopulos habitare profundi.* Lib.7. v.417. *Idq; ſedet.* Claudian. 1. de raptu v. 322.

Certa

Certa requirenti tandem sententia sedit.

Statius I. Theb. v. 179.

——*Tibi summe Deorum*
Terrarumq; sator, sociis hanc addere mentem sedit?

Virg. 2. Æneid. v. 660. *Et sedet hoc animo.* Cum fertur sententia, *sedendum est judici*, ut ex l. Quisquis §. fin. Cod. de postulando, à D.D. colligitur. Vix enim, nisi sedeat judex maturè causam videtur expendere. *Et latam à stante judice sententiam non tenere*, sunt qui notant ad l. A. procedente, Cod. De dilationibus & ad Sext. Decretal. De sententia & re jud. 5. Novell. §. c. 3. Sedebunt. Roland. à Valle vol. 1. consil. 41. n. 14. & 39. Menoch. lib. 2. quæst. 61. De arbit. judic. quæst. *Sedendo enim animus quiescit.* Tametsi Menochius concludat, *non tam ad necessitatem, quàm ad decorem majestatis pertinere, ut judex sententiam sedendo ferat.* Undè illæ dies, quibus hoc fiebat, *sessionum Dies* à Latinis IC. appellabantur, à Græcis ἡμέραι δικαστικαὶ. Laudatur Philippus, Evangelicæ saltatriculæ maritus, à Josepho lib. 18. Antiq. Judaic. c. 6. Δίαιταν μὲν οὖν τὸ πᾶν ἐν τῇ γῇ τῇ ὑπ' αὐτὸν ἐποιεῖτο. ἐξήει δ' ἡνίκα ἂν αὐτῷ σὺν ὀλίγοις τοῖς ἐπιλέκτοις ἡμέρα ἐπιφανῇ. ἐν δὲ τῷ καθίζειν καὶ δικάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπεμέλει. ὁπότε τις ὑπαντήσας ἐν χρείᾳ γένοιτο αὐτοῦ ἐπιβοηθῆναι δεῖν εἰς ἀναβολάς. ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀξέως ἰδρύσεως τοῦ θρόνου, ἢ καθ' τύχοι γενομένης, καθεζόμενος ἠκροᾶτο. *Degebat semper in suâ ditione; ac domo progrediebatur cum selectis paucis comitibus, subsequente sellâ, in quâ sedens jus solitus est dicere. Et si quis ex occursu opem ejus invocaret, sine dilatione mox ibi sellâ positâ residens causam cognoscebat.* Seneca Herc. Fur. v. 706.

Quid, ille opaca qui regit sceptrò loca,
Qua sede positus temperas populos leves?

Mox v. 719.

Campus hanc circa jacet,
In quô, superbô digerit vultu sedens
Animas recentes.

Et v.730.

Non unus altâ sede quæsitor sedens
Iudiciâ trepidis fera sortitur reis.

Vide Boch. ad Psalm 118. n.23. Sicut igitur judex prò tribunali dicitur, *& de causâ, & in aliquem sedere*: ita quoq; *iudici sedere* dictum Ulpiano in l. si fidejussor. 7. in fin. D. Qui satisdare cogant. *Si hoc iudici sederit*. Et id quidem in illâ intestinâ invisibiliq; animorum Republicâ atq; Senatu, pro, *si visum fuerit*. Et sanè, ut dictum, *à sessione iudicis* verbum *iudici sedere* effluxit; veluti à consurrectione *Pedibus in sententiam ire*: de quâ Brisson. lib.2. De Formulis, p.184. Robbig. lib. XI. c. 15. & *pedaria sententia*; & *Pedarii Senatores*: quode consule Agellium lib.3.c.18. Quin etiam non aliter à statione patronorum, *standi* verbo deliberationis & consilii notio alligata ac data. Æmil. Probus in vitâ Pomp. Attici: *Nam mihi stat alere morbum desinere*, h.e. mihi consilium est, seu cum animo deliberatum est. Seneca Herc. Fur.v.351. *Stat, tollere omnem penitus Herculeam domum.* Robbig. lib.7. c.17.

v.186 CLAMOR NAUTICUS) Virg 5. Æn. v.140. *Ferit æthera clamor nauticus.* Prudentius præfat. 2. in Symmach. v.11.

Clamor nauticus æthera
Plangens atq; ululans ferit.

Alias nominant κέλευσμα, de quô Gyrald. lib. de navig. c.19. Carrio lib.1. Emendat. c.10. V.N. ad Ovid. 3. Metam.v.619. Ascon. Pædian. ad verba illa Ciceronis in Divin. *Quibus se in classe uti velle dicebat*: annotat: *Cani remigibus celeuma per symphoniacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam, & ut in Argonavi*

per

per citharam. Sed quia hîc, in classe, dixit, possumus intelligere, ad hoc symphoniacos capi solere, ut in classe pugnantibus classicum canant: unde ipsi tibia classis nomen est positum classicum. Virg. 3. Æneid. v. 128. & lib. 5. v. 189.

v. 187. Aut Blandus Testudine Defuit Orpheus) De eô Hercules apud Lucianum T. 4. p. 330. Ὀρφέας ἐστι, σύμπλεις ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐμοὶ, ἡδὺς καὶ κελαδεῖν ἀπάντων· πρὸς γὰρ τὴν ᾠδὴν αὐτοῦ ἥκιστα σιάμενοι ἐρέττοντες. χαῖρε, ὦ ἄριστε καὶ μουσικώτατε Ὀρφεῦ! Seneca Medeâ v. 357. Infra v. 278. & 470. lib. 3. v. 159. lib. 4. v. 347.

v. 188. Tibi, Rector Aquarum) Natal. Com. lib. 1. c. XI.

v. 189. Cæruleis Vittis) Victimæ caput *vittâ* vinciebantur. Infra v. 780. *Taurus stabat adhuc, cui cærulea per cornua vitta.* Scholiast. Juvenal. ad Sat. 12. p. 113. b. & ad Sat. 4. p. 33. b.

v. 190. Thetidiq; Juvencam) Feminis enim Deabus feminæ solebant hostiæ immolari. Turneb. 22. c. 27. Expressit autem hæc & desumsit ex Virgilio 3. Æneid. v. 118.

v. 192. Lethifera Perfringere Colla Bipenni) Lib. 4. v. 336. *Hinc valida cadunt armenta bipenni.* Ovid. Metam. 12. v. 248. ——*Veluti qui candida tauri Rumpere sacrifica molitur colla securi.* Adi Brisson. de Form. lib. 1. p. 17. *Bipennis* Glos. δίσυμος ἀξίνη. Onomast. πέλεκυς. Vide Isidor. Orig. 19. c. 19.

v. 193. Ipse Ter Æquoreo) Natal. Com. lib. 1. c. XI.

v. 193. Libans Carchesia) De verbo *Libo* copiose agit Martin. in Lex. Mox v. 204. Infra lib. 3. v. 456. *Carchesium* est poculum procerum, & circa mediam partem compressum mediocriter, ansatum, ansis à summo ad infimum pertingentibus. Macrob. 5. Saturn. cap. 21. Cui adde Casaubon. in Athen. lib. XI.

cap. 7. Infra lib. 2. v. 656. *Duci pergens carchesia Grajo.*

v. 194. O QUI SPUMANTIA NUTU REGNA QUATIS) Lib. 5. v. 163. *Ceu Juppiter arces impulerit, manus aut imas Neptunia cerras.* Hinc γαιήοχος dicitur à Græcis Neptunus; quam appellationem hîc videtur circumloqui. Turneb. 22. c. 27. Gyrald. hist. Deor. Syntag. 5. p. 159. Neptunus dicitur ἐνοσίγαιος, ἐνοσίχθων, σεισίχθων, & Τιταηπρώτος, h. e. *Terriquassor* & *Telluriminator*, ut apud Agellium Theodorus Gazeus expressit. Lib. 4. v. 50. *pater ipse maris.* h. e. Neptunus. Supra v. 188. *rector aquarum.* v. 193. *aquoreus pater.*

v. 195. TERRASQUE SALÓ COMPLECTERIS OMNES) Index Draconti in *Cingitur*, Cl. Mar. Victor lib. 1. in Genes. v. 84.

v. 197. ILLICITAS TENTARE VIAS) Infra v. 632. *Hoc erat illicitis temerare audentibus undas* Supra. v. 97. *Inexpertos tentare parentibus Austros* Ovid. 3. Trist. 9.

Non rate, qua curâ pugnax facta Minervæ,
Per non tentatas primùm cucurrit aquas.

v. 197. HIEMEMQUE) *Hiems*, χειμὼν ἀπὸ τοῦ χέειν ὑγρότητα καὶ μεγάλα, *tempestas.* V. N. 1 Trist. 1. v. 42. Vide infra v. 144. 630. 619. lib. 2. v. 434. 504. 704. lib. 3. v. 150. lib. 7. v. 51. Infra lib. 8. v. 373.

v. 198. NEC NUNC MIHI JUNGERE MONTES) Instar Gigantum: de quibus Ovid. 1. Metam. v. 151. Claudian. in Gigantomachiâ. Infra lib. 2. v. 16 & seqq. V. N. 1. Pont. 1. v. 26. Virgil. 1. Georg. v. 281.

v. 202. ILLUM EGO) Apostropheus: sermo enim abruptus est, ut esse iracundorum & indignantium esse solet: Simili pacto ut apud Virgil. 1. Æneid. v. 139. *Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.*

v. 202. NON-INDIGNANTIBUS) Ira supra v. 30. & lib. 5. v. 1. *haut-lata*, lib. 4. v. 100. *non-invidâ.* & v. 533. *non-*

333. *non-pavida.* l.5.v.150. *non-nota.* lib.7.v.3. *non-mitis.* Lib.8. v.411. *non-fidi.* Ita Cicero lib.2. epist. 17. *Non-indisertus.* Est γλυκεῖα λιτότης. Achilles Statius Observat. c.19. Atticorum, inquit, esse proprium, unius affirmationis locô duabus uti negationibus: Et præterea addit, unam etiam negationem cum privativâ dictione duas negationes efficere, unam valentes affirmationem. Nubes exemplorum in sacris occurrit, Vide Rittershus. ad Oppian. p.283.

v.203. Alnum) *Alnus* sæpe pro navi ex alnô. Materies enim ad navalia commendatur. Joh. Bapt. Porta lib.2. Villæ c.36. Infra v.642. —— *Tota cum protinus alnus Solvitur.* lib.2.v.300. *Ille procul truncâ fugit anxius alnô.* lib.3.v.635. *Æmonia puer appulit alnô Clarus Hylas.* Statius 3. Theb.v.22. *Fluctibus* Joniis *Calabra datus arbiter alno.* Ibid. lib.6. v.107. *Alnus amica fretis.* Et lib.9.v.308. —*parva transfugerat alno.* Claudian. De IV. Honor. Cons.v.422. *Æquoreas alni nato commendat habenas.* Lucan. lib.3. —— *Et fluctibus aptior alnus.* Virgil.1. Georg.v.136. *Tunc alnos primùm fluvii sensere cavatas.* Quin & quæ firma aquis inædificare velis, alno imponas aut exstruas: ut docet Palladius de re rust. lib.12. c.15. V.N. ad Horatii Oden. XVI. Epod. v. 17.

v.205. Crinem) *Crinitum incendium* dixit Cl. Mar. Victor lib.2.v.103. Dracont. in Hexaem. v.483. *Fax cælum repetens erectô crine vagatur.*

v.206. Accendit) Si ita legatur, pro *ascendit*; Sanior sensus eruetur: inquit And. Schott. lib.1. Observ. c.39.

v.207. Sacer, Totusq; Dei) Infra lib.4.v.444. —— *Mea quòd vates insedit Apollo pectora.* Lib.c.v.673. *Mole Dei, quem pectore toto jam tenet.* Ita Claudianus: *Totum spirant præcordia Phœbum. Sic plenum numine ac potestate Dei,* Arnobius dixit lib.5.

v.209. LAUROSQUE ROTAT.) *Laurus*, divinationis Symbolum, & futurorum præsensionem olim habere credita. Claudian. 2. De raptu Proserp. —— *Venturi præscia laurus.* Infra lib. 4. v.547. *Hic demum vittas laurumq; capessit, Numina nota ciens.* Meurs. ad Lycoph. p. 104. & 357. Paschal 8. Coron.

v.209. VOX REDDITA TANDEM VOX HORR) Ejusmodi vocularum repetitiones emphaticæ sunt, & singularem ἐνέργειαν important. Infra v.216. 245. 343. 344. 352. lib. 2. v. 180. 421. lib. 3. v. 270. 271. 504. Lib. 4. v. 277. 565. & seq. 569. lib. 5. v. 58. 378. 467. 515. 540. 551. 606. 635. Lib. 6. v. 567. lib. 7. v. 50. 63. 89. 231. 268. 273. lib. 8. v. 108. Sed manu ferendum, non ὅλῳ τοῦ θυελλήκῳ.

v.213. FREMERE) Infra v. 613.

v.217. PER QUOT DISCRIMINA RERUM) Virg. *per tot discrimina rerum Tendimus in Latium.* Infra v. 719. *Circumq; trucis discrimina lethi Mille vides.* lib. 2. v. 579. *Miseræ flebant discrimina Trojæ.*

v.218. HYLAS) vide lib. 3. v. 644. & seqq. & lib. 4. initio.

v.220. UNDE HÆC TIBI VULNERA POLLUX?) Infra lib. 4. v. 190. & seqq.

v.221. QUANTUS TAURORUM È NARIBUS IGNIS) Lycophron ταύρους πυριπνόους appellat. Apollon. Rhod. lib. 3. v. 1047. ἄιχετο δ' αἰόσσοισι φλογὶ ὑλοῦν ταύρων. Ibid. v. 1291. πυρὸς σέλας ἀμπνείοντες. v. 1302. ἠΰν φλόγα φυσιόωντε σὺν γομάτων ὁμάδῳ. Claudianus tangit de bello Getico v. 24. *Et juga taurorum rapidis ambusta favillis.* Infra lib. 6. v. 434. lib. 7. v. 62. & seqq. item q; v. 283. 546. lib 8 v. 342. 449.

v.222. TOLLUNT SE GALEÆ) Lib. 6. v. 637. lib. 7. v. 75. 607. & seqq. lib. 8. v. 343. 437. 450. V. N. ad Ibin Ovid. v. 447.

v.224. QUÆNAM ALIGERIS SECAT ANGUIBUS AURAS)

Auras) Lib. 5. v. 453. & lib. 7. v. 218. Seneca Medeâ v. 32. & 1021.

v. 225. Cæde Madens) Lib. 5. v. 385. *Cæde madens.* Lib. 6. v. 415. *Currus cæde madens.* Et v. 708. *Sanguine vultus & gravidæ maduere comæ.* Virg. 12. Æneid. v. 690. *ubi, O plurima fuso sanguine terra madet.*

v. 225. Miser Eripe Parvos) Mermerum & Pheretem filios occidit Medea, ab Jasone repudiata. Diodor. Sicul. lib. 4. Apollodor. lib. 1. Hygin. fab. 25. Ovid. 7. Metam. v. 396. Unde Lycophron παίδων ἀλάστωρ appellat. Meurs. ibid. p. 396.

v. 226. Cerno Et Thalamos Ardere Juvales) Hygin. fab. 25. Ovid. 7. Metam. v. 394. V. N. in Ibin. v. 605.

v. 228. Terrificat) Utuntur hoc verbo & alii. Virgil. 4. Æneid. v. 209. ——— *Cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.* Statius 7. Theb. v. 677. ——— *Quid fæmineis ululatibus inquit Terrificas moriture viros.* Infra lib. 8. v. 427. *Patriæque biremes terrificant.* Hinc *Terrificus* qua voce utitur. supra v. 29. & lib. 4. v. 205.

v. 230. Plenus Fatis.) Lib. 5. v. 43. *Fata canens.* Seneca Medeâ v. 652. *Idmonem, quamvis bene fata nosset, &c.*

v. 232. Seu Flammas, Seu Lubrica Comimus Exta) Omnis hîc vera ominum species tangitur. *Per flammas*, ignispicium intelligitur; cùm nimirum ex earum vigore de futuris rebus conjectio fit, &c. Vide præstantiss. Barthium ad Claudian. lib. 1. in Eutrop. v. 125.

v. 233. Seu Plenum Certis Interroget Aera Pennis) ὀρνεοσκόπον circumloquitur: quem Zeno Veronensis Serm. De Jonâ hunc ad modum describit: *Qui per varios avium volatus conjecturis inanibus statum plumeæ salutis inquirit.*

v. 237. Ingentes Animæ) *Anima*, non rarò pro

pro toto homine. Supra v.151. infra v. 680. lib.3. v.83. Lib.7.v.273. Lib.8.v.274. & 389.

v.238. LACRIMÆ CECIDERE) Claudian. de laud. Serenæ v 212. *Quantæq; cadebant ubertim lacrimæ.* Terent. Adelph. 4,1. *Homini illicò lacrimæ cadunt.* Seneca Herc.Fur. v 641. *Lacrimas cadentes reprime.* Hippol.v. 378. *Lacrimæ cadunt per ora, & assiduò genæ vere irriganter: qualiter Tauri jugis Tepidò madescunt imbre perfusa nives.*

v.249. QUÆ MEMINISSE JUVET) Themist. Euphradesex Euripide. Orat.2. Λιὰ λίγε σὺ ἡ τραγῳδία. ὅτι φερει τοσαύτην ἡδονὴν καὶ τοῖς ἀκούουσι μεμιγμένοις πόνοις καὶ εὐτυχουίαν.

v. 251. EDUCITE NOCTEM) i. transigite. Infra 2.277. *Thracius hîc noctem dulci testudine vates Extrahit.* Lib. 2. v. 371. *Nimbosq; educere luctu.* Et v. 664. *Hasq; inter varias nox plurima dictis Rapta vices.* Lib. 5. v.298. *Nox Minyis egestæ metu.* Lib.8. v. 453. *Tunc tota querelis Egeritur questuq; dies.* Petron. *Quintum jam diem sine alimento trahebat.*

v.254. EXTA RAPTA VERUBUS) Virg.1. Georg.v. 396. *Pinguiq; in verubus torrebimus extra colurnis.* vide lib.8.v.254. & infra v.254.

v. 254. CERERE MQ; DEDERE CANISTRIS) Æneid.1.v.710. *Cereremq; canistris Expediunt.* Statius 1. Theb. v.523. *Cumulare canistris Perdomitam Saxò Cererem.* Joseph.Iscan. De bello Trojano lib.1.v.252. *Hi Cererem cumulant, hi fercula mutant; Illi hilares iterum salices, &c.*

v.260. SPUMANTIA POCULA BACHO) Infra v.821. *Nigro spumantia pocula tabò.* Virgil.eclog.5. *Spumantia lacte pocula.* Et 3.Æneid.v.66. *Spumantia cymbia lacte.* Et Æneid.1.v.748. *spumantem pateram.*

v.260. VALIDO BACHO) vide 2. Esdræ c.3. & Bernhard.de Bustis Dom.4. post Pascha, serm.31.

v.263.

v. 262. Stupet In Ducibus) Ita nimirum.

Urit maturè, quod vult urtica manere.

Was sich zum Hacken oder Stelzen wil schicken / daß krümmet sich bald. Quem in sensum natus est versiculus Græcus, citat Svidas cent. 3. n. 89.

ἀνύπικα καὶ φυτὸ δῆλα, ἃ μίλλει κάρπιμ' ἔσεσθ.

Et præclarum est illud Ciceronis pro M. Cælio: *Studia in adolescentia, tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ.* Hujusq; loci illa pindari sunt, Olymp. XI. τὸ ἐμφυὲς ἅτ' ἄνθος ἀλώπηξ, ἅτ' ἐλίβρομοι λέοντες ἀγριαύχαινον ἦθος. Et ibid. Ode 13. ἄμαχον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.

v. 265. Currere Fluctu) pro navigare & *Cursus* pro navigatione. Supra v. 170. Infra v. 305. 483. lib. 2. v. 77. 613. lib. 3. v. 614. lib. 4. v. 83. 335. 438. 614. lib. 5. v. 14. 70. lib 8. v. 184. vide mox v. 271.

v. 266. Ventosq; Ferentes) V. N. 1. Trist. 1. v. 91. Theocrito Idyll. 13. Est πλοῦσικὸς ἄρ: Scholiastæ ἄνεμος φορὸς καὶ πρὸς πλοῦσιν ἐπιτηδειότατος. vide infra lib. 2. v. 429. lib. 3 v. 34. *Aura vehit.* lib. 6. v. 327. *ventos opus expectare ferentes,*

v. 269. Sub Te Puerilia Tela Magistro) Ita apud Virgilium 8. Æneid. v. 515. Evander Æneæ filium Pallanta commendat:

——— *Sub te tolerare magistro*
Militiam, & grave Martis opus; tua cernere facta
Adsvescat, primis & te miretur ab annis.

Vide infra v. 407. & 474.

v. 270. Venator Feras) Joh. Saresber. lib. 1. policrat. c. 4. *In Semiviri Chironis antrò (si Græcis pro omnia creditur) erit institutus Achilles lyræ modo & cithara, & inde traductus ad Silvas in strage ferarum, cadibus & fædo victui adsvescens, reverentiam naturæ timorem q; mortis abjecit.*

v. 270. Nostram Festinet Ad Hastam) Infra v. 404.

v. 271.

v.271. Ire Per Altum) Virg.4.Æneid.v.510. *Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. Naves* autem *dicuntur Ire* vel *Currere* in mari. Vide Rigalt. ad Artemidor.lib.1. Onirocrit.c.50. Meurſ.ad Lycoph.p.106. & quæ notavi ad Horatii Oden XVI. Epod. v.21. & 1. Triſt.2. Infra v.506. lib.2.v.60. lib.3.v.674. lib.4.v.83. 586. 614. 709. lib.7.v.138. lib.8.v.198.205. 209. 329. 331. 355. Ita & *Via* ac *Iter* de navigatione uſurpantur. Infra v.555. *Via facta per undas.* lib.2. v.372. *Nec iam velle vias.* lib.3.v.41. *Puppis flectit iter.* v.613.628.655. Confer. Gevart.ad Statium 3. Silv.carm.5.c.5.

v.273. Corymbis) Lib.7.v.194. *Non totis Argo rediit ecce! corymbis.* Lib.4.v.689. *Saxa ſed extremus tamen increpuere corymbis.* Gyrald.lib.5.de navig.c.16.

v.280. Inoo Linquens Athamanta Learcho) Lib. 8. v. 21. Ovid. 4. Metam. v. 512. V. N. in Ibin. v.

v.285. DESCENDERE) Ita leg. Gifan. Ind. Lucret. p.360. Sed And. Schott. lib.2. Obſerv. c. 39. malit, *diſcedere.* vide infra lib.2. v.8.

v.287. Sævæ Novercæ) Præ cæteris novercæ in privignos ſunt crudeles, diræ, immanes, ſævæ, truces, funeſtæ, terribiles. Lib.3.v.579. *Savaq; monet meminiſſe novercæ.* Et v.609. *Dira referentem monſtra novercæ.* Lib.5.v.43. & 188. *Sæva formidine mæſta novercæ.* Plura comportavit Tiraquell. Connub. 9. n. 196. & *Amicus noſter, eruditiſſimus Burchard. Berlich.* De jure novercarum parte 1. artic. 5. ſect. 5.

v.287. NEquiquam) Quia in pontum erat caſura. Unde illud cantare poſſumus:

Decidit in pontum, credens vitare novercam.

Pertinet huc proverbium apud Diogenianum cent. 6. n. 68 & Svidam cent. 10. n. 13. Μὴ τὴν τέφραν φεύγων εἰς τὴν ἀνθρακιὰν πίπτῃς, *ne cineres fugiens, in prunas incidas.* vide Læl. Biſciolam. T. 1. H. S. lib. 5. c. 3.

v.292.

v. 292. FUSIS) Supra v. 252. *Molli iuvenes funduntur in alga.* lib. 4. v. 338. lib. 8. v. 358. *Profusi* lib. 6. v. 106. 120.

v. 296. SOLUS IMPATIENS SOMNI DUCTOR MANET) vide quæ in Epaminonda produxi p. 15. & 36.

v. 300. VICTA SOMNO) Catullus:

Aut ut eam dulci devictam lumina somno
Liquerit immemori discedens pectore coniux.

ubi quidem leg. *devinctam.* Homer. μαλακῷ δεδυμένε ὕπνῳ. *Vinctus,* inquit Gifan. Ind. Lucret. p. 474. *suaviorem & in tenellis somnum; Victus altiorem & graviorem videtur sonare, ex lassitudine puta, aut alia qua molestia.*

v. 301. TUTELA CARINÆ) Vide omninò, quæ notavi 1. Trist. 9. v. 1. Brod. 1. Miscell. c. 10. Gyrald. de navig. c. 9. Meurs. ad Lycoph. p. 323. Rigalt. ad Artemidor. p. 52.

v. 302. DODONIDA QUERCUM) Paschal. 7. Coron. c. 13.

v. 306. INCERTUS SI NUBILA DUXERIT ÆTHER) Infra v. 466. *Cumq; æthera Juppiter umbra perdiderit.*

v. 312. DISCURRUNT TRANSTRIS) Petron. *Discurrit nauta ad officia trepidantes, velaq; tempestati subducunt.*

v. 312. TRANSTRIS) Isidor. Orig. 19. c. 2. *Transtra* sunt tabulæ, ubi sedent remiges, quòd in transverso sint, dicta: quæ Virgilius *Iuga* appellat. Infra v. 352. *Dant remo sua quisq; viri, dant nomina transtris.* Et v. 470 *Nec vero Odrysius transtris impediuntur Orpheus:* lib. 2. v. 442. *Confidunt transtris.* lib. 3. v. 77. 458. 479. 720. lib. 8. v. 361.

v. 312. CORNUA MALO.) Isidor. ibid. *Cornua* extremæ partes antemnarum sunt, dicta per tropum ab ani-

animali ad inanimale. *Malus*, est arbor navis, quæ vela sustineatur. (supra v.126.) lib.8. v.294. *Ultima agnoscunt Argoi cornua mali.* vide infra v. 469.

v.313. TONSAS) Est. *Tonsa, remus*: quòd quasi tondeatur ferro. Infra v.369.471. lib.3.v.34. lib.5.v.66. V. N. ad Horat. XVI.Epod.v.57. Gyrald.de navig. c.13.

v.316. LONGIS AMPLEXIBUS HERENT) Supra v.259. *Caraq; diu cervice pependit.* lib.2. v.353. *Unius hæret alloquio* lib. 3. v. 4. *Caris sociûm digressibus hærent.* lib.5.v.376. *heret in una defixus.* lib.6.v.658. *Oculisq; ardentibus heret.* lib. 7. v. 122. *Subitoq; parentibus heret blandior.*

v.318. FEMINEIS ULULATIBUS) Peculiari epitheto *ululatûs femineos* appellat, veluti feminarum proprios. Tiraq.connub.9. n.189. lib.2.v.167.172.175. lib.8. v.143.171. lib.6.v.566.

v.319. IDÆAM BUXUM) *Buxi* enim usus in sacris, ad inflandum lib.2.v.684 *Horrisonæ respondent Gargara buxo.* lib.3.v.230. *Barbara buxus si voces.* Statius 5.Theb. v.93. *Cum sacra vocant, Idæaq; svadet buxus.* vide eundē lib.2.v.666. & 8 v.221. & 9.v.479. & 7, 170.

v.319. TUBA MARTIA lib.3.v.83. *Cum ingentes animæ clamorq; tubæq; sanguineæ juvere Deum.* vide Lipsi. lib.4. de Milit.Romana, dial.10.

v.320. INDIGNOS LABORES) *Indignus labor*, qui præ magnitudine æstimari nequeat, intolerandus. Ita Virg.ecloga 10. *Indigno cùm Gallus amore periret.*

v.327. MORS BONA) V.N. ad Dracont.v.381. Et secundum Herodotum lib.7.c.46. ὁ θάνατος, μοχθηρῆς εὖσης τῆς ζόης, καταφυγὴ ἀριστοτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γίγνεται.

v.327. MORS BONA) Notat Barthius ad Claudianum de IV. Honorii Cons. v.560. plura in uno versiculo se legere apud Græcos non meminisse, quàm sunt in hoc Arati: καὶ χίλιοι ἢ τ' ὀλίγῳ τῆς δ' ὧρ' ἔτι καὶ πλεόνων. Uno minus hîc apud Valerium.

v.331.

v.331. Cyranq;) Ita Masserius. Sed And. Schottus lib.2. Observ.c.39. sustineri posse suspicatur: *Cretaq;* contra Grammaticorum regulas. Vide.

v.332. Serenis) V.N.2.Pont.1.v.5.

v.334. Et Dulci jam Nunc Preme Lumina Dextra) A liberis ut clauderentur in morte oculi parentum, iisdem unicè in votis. Adi Kirchman.lib.1. de Funer.Rom.c.6. P.Crinit.de hon. discip.lib.18.c.12. Infra lib.3. v.278.

v.336. O Si Mihi Sanguis) Supra v.51.

v.340. Tollere Remo) V.N.1 Pont.1. v.4.

v.345. Ille Super) pro, superfit, per antimeriam. Lib.8 v.435. *Nec spes ulla super.*

v.347. Cedentq; Tuæ Mea Facta Juventæ) I. Patre major censearis. Sic multi rerum gestarum magnitudine patres antecesserunt. Unde Ovidius:

Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus,
Ægea sic Thesëus, sic Pelea vicit Achilles.

Maser.

v.348. Ille Suô Collapsam Pectore Matrem) V.N. ad Ovid. epist.13. v.26.

v.354. Cæteræ Pubes) V.N. ad Horatii Oden XVI. Epod.v. Infra lib.5. v.385. 560. lib.6. v.38. lib. 7.v.15.77. lib.8.v.310. 415. *Impubes* lib.6 v.695.

v.355. Celer Asterion) Statius 4.Theb.v.723. *Et nunquam in ripa audax Erasinus, & aquis Fluctibus Asterion.* Ibid. v.121. *Quos celer ambit Asterion.* Vide Apollon.Rhod.lib.1. v.35.

v.355. Quem Matre Cadentem) Ita rectè legi, Barthius adserit ad Claudianum lib.1. in Rufin. v.92. Circumloquitur enim eum legitimum esse filium Cometæ. Claudian.1.Rufin.v.92.

—— *Quem prima mei de matre cadentem*
Suscepi gremio.

v.356. Clenæus) Adi And.Schott.lib.2. Observ. 6.54.

v.357.

v. 358. APIDANI.) Supra ad v. 83.

v. 360. ARGENTIBUS ALITIBUS) ἐκ αἰετῶν ὄρνιθι, ut loquitur Sophocles. Hygin. fab. 14. *Idmon augurio prudens, quamvis præcentibus avibus mortem sibi denunciari intellexit, fatali tamen militiæ non defuit.*

v. 361. TURPE VIRO, TIMUISSE FUTURA) Ita ferè Prudent. Psychomach. v. 120. *Turpe viro gemuisse dolorem.*

v. 366. CERTUS JACULIS) Claudian. de IV. Honorii Conf. v. 527.

Quæ vires jaculis! vel cum Gortynia tendit
Spicula, quàm felix arcus, certique petitor
Vulneris, & jussum mentiri nescius arcum.

vide infra v. 436.

v. 368. NEC POTUIT SIMILES) Cum gemines describunt poetæ, admodùm venustè parentes ipsos in internoscendis eorum vultibus ambigere faciunt, Silius Italicus lib. 2.

Cuncta pares, dulcisque labor sua nomina natis
Reddere, & in vultu genetrici hærere duorum.

Claudian. de Castore & Pollucę:

——— *Juvat ipse Tonantem*
Error, & ambiguæ placet ignorantia matri.

Barth. lib. 35. c. 20.

371. IN TUA MOX DANAOS ACTURUS SAXA CAPHAREU NAUPLIUS) De *Nauplio*, Hygin. fab. 116. & 249. Seneca Agamem. v. 558. & seqq. Coint. Smyrn. lib. 14. v. 610. Statius 1. Achilleid. v. 451. Euripides Helenâ:

πολλὰς δὲ πυρσεύσας
φλογερὸν σέλας ἀμφὶ γυπὸν
Εὐβοίαν εἶλ' Ἀχαιῶν
μενοίκων ἀνὴρ, πίτρωσις
ναυφθορίας ἐμβαλὼν

αἰγα-

αἰγιαλοῖς τ' ἐναλίοις ἀκτῆς
δόλιον ἀστέρα λάμψας.

v. 372. OILEUS, QUI GEMET EUROICAS) V.N. in Ibin. v. 343. Hygin. fab. 116. Meurs. ad Lycoph. p. 201.

v. 377. ANCÆO VELLUS CONTING.) Ita lego putat Turneb. 22. c. 27. Cum enim Lycurgus jam senior esset, pro se vicarium, qui navigaret cum Argonautis, dedit filium Ancæum. Apollon. lib. 1. v. 163.

——— Τελέυτατός γε μὴν ἔσπιτ' ἰόντι
Ἄγκαῖος· τὸν μέν ῥα πατὴρ λυκόοργος ἔπεμπε,
Τῶν ἄμφω γνωτὸς σεσιγημένος.

Confer A. Schottum 2. Observ. c. 54.

v. 379. REDUCEM TENDERIT) Quidam olim, quamdiu peregrè erant, comam alebant intonsam, & reduces & sospites domi eam tondebant. Diodor. Sicul. lib. 1. Turneb. 22. c. 27.

v. 382. MILLE MAGISTROS) Enallage numeri certi. lib. 2. v. 129. 503. lib. 5. v. 316. lib. 6. v. 37. 60. lib. 7. v. 271.

v. 385. PALLA IMOS FERIT ALBA PEDES) Seneca Oedipo v. 553. *Lugubris imos palla perfundit pedes.* V.N. ad Prudent. Psychom. v. 833.

v. 386. LAURUS PENEIA) Ovid. 1. Metam. v. 450. Galeæ autem *insigniebantur lauro.* Statius 7. Theb. v. 351. *Omnibus immixtus cono super adspice lauros.* Monstrandæ videlicet illius virtus, à quo gestatur. Valer. hîc Paschal. 10. Coron. c. 21. *Conus* autem est illa curvatura, quæ prominet in summitate galeæ, super quam cristæ sunt, h.e. omnis ille ornatus, qui galeam reddit admirabilem. Paschal. ibid. c. 19. Lips. de Milit. Rom. lib. 3. Dial. 5. Glos. *Conus,* κύμβαχος καὶ ἄκρα κεφαλὴ τῆς κεφαλαίας. Hesychio autem est κύμβαχος, τὸ ἀκάτιστον μέρος τῆς κεφαλαίας. Infra lib. 3. v. 51.

lib.6. v. 604. Statius 1. Achill. v. 437. *Galeas attollere conis.* Idem 8. Theb. v 402. *Stant vertice coni.* Et lib.10. v.411 *Nutantis vertice conis.*

v.389. ELIS EQUIS) Virg. 1. Georg. v. 59. *Elidum mittit palmas Epiros equarum. Epirus*, regio Græciæ finitima, ob id ἤπειρος & ἄνηπερος dicta. Hodie *Albania*. Statius 2. Achill. v. 420. *Frenat celeres Epiro alumnos.*

v.392. VISURE) per enallagen, pro *visurus*. Mox v. 393. *Moture*. lib.6. v.313. lib.4. v.467. Auson. in Mosellâ v.103. *Tempora longarum fers incorrupte morarum.* Quæ Phrasis est Ausonio frequens, ut notat Scaliger Auson. lect. lib.1. c.12. Freher.

v.391. PÆANTIE) Hygin fab.102. V.N. in Ibin. v. Infra lib.3. v.721. Mærent Pæantia corda.

v.394. BUTES) Apollon. 1. v.95.

v.396. FUSCAT NUBE DIEM) Claudian 1. de raptu v.165. *Fadat nube diem*, Ovid. 1. Trist. 11. *Fuscabat diem custos Erymanthidos Vrsæ.* Cl. Mar. Victor lib. 2. v.111. *Fuscari diem.* Lucanus: *Cæli fuscator Eoi.* Accipitur autem *Nubes*, ut apud Græcos νέφος, pro multitudine gradi & frequentiâ immani. Virg. Æneid. 7. v. 305. *Urgeri volucrum raucarum ad littora nubem.* Georg. 4. v.60. de apibus: *Obscuramq; trahi ventò mirabile nubem.* Ac Juvenal. Sat 13 v. 167. de gruibus: *Ad subitus Thracum volucres nubemq; sonoram Pygmæus parvis curvit bellator in armis.* Ita Homer. Il. ρ. v.755. ψαφαρὴν νέφος ἠὲ χαλαζῶν. Nonnus lib.15. v.335 & lib. 29. v.12. νέφος ἰῶν. lib.17. v.341. νέφος Ινδῶν: ut & lib. 22. v.347. lib. 29. v.237. δηΐων νέφος. Lib.48. v.9. ἀμετρήτων νέφος Ινδῶν. vide Nansium in Nonnum Curis secundis p.11. infra lib.6. v 88.

v.397. IN DULCEM HYMETTUM) Solin. polyhist. c.12. *Hymetto* (inter Atticas montes) *meritissimè tribuitur principatus, quòd apprimè florulentus eximiò mellis sapore & externos omnes & suos vincit.* Schol. Juven. Sat. 13. ad

ad illa: *Dulci Hymetto: Mons*, inquit, *est terra Attica, ubi optimum provenit mel. unde dulcem appellat.* Sic h.l. Val. Flaccus &c. Lib. 5. v. 343. *Florea per verni jugа Hymetti.*

v.397. Reges) Basil. N. hexaem. homil. 8. Simile quid habet Claudianus 2. de raptu Proserp. v. 124:

Credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum, cum carea reges
Castra movent, fagiq; cavâ demissus ab alvô
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

v.398. Insequeris, Casusq; Tuos Expressa, Phalere) Vide Scalig. ad Manil. p. 417. Sidonius Apollinaris eandem historiam tangit:

Non sic libravit in hostem
Spicula, qui nato serpentis corpore cincto
Plus timuit, dum succurrit: dum jaculibus iisdem
Interitum vitamq; daret, stabilemq; teneret
Corde tremente manum, totamq; exiret in artem
Spe propriore metus, dans inter membra duorum
Unius mortem.

v.400. Ter Quater) Bapt. Egnat. c. 19. Racemat. T. 1. Crit. p. 343.

v.405. Tantum Hæc Aliis Excelsior Hastis) Achillis hasta, ex fraxinô in Idâ Troadis, cedrô simili. Joh. Bapt. Porta lib. 2. Villæ c. 18. De eâ Homerus Iliad. Ψ. v. 140.

ἔγχος᾽ ἀχ ἕλες᾽ οἷον ἀμύμονος αἰακίδαο,
βεληῦ, μέγα, σιδήρειον. τὸ μὲν ἑ δώσατ᾽ ἄλλος ἀχαιῶν
πάλλειν ἀλλὰ μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς·
πηλιάδα μελίην. τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
πηλίῳ ἐν κορυφῇς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.

v.409. Fila Lyræ) Apud antiquos *chelys lyra* nuncupata, & *nervos* appellabant: ut & λίνον, quod è lino. Ovid. 2. de arte: *Et movet aurata pollice fila lyra.* 1. Amor. 8. *Tractâq; inaurata consona fila*

lyræ. Meram. 5. v. 118. *Digitis morientibus ille retentat Fila lyræ*. Læl. Biscíola T. 2. H S. lib. 3. c. 17.

v. 414. PLENA) i. gravida, impregnata.

v. 414. REGE MARIS) Neptuno. supra v. 188. *rector aquarum*. Et v. 194. *qui spumantia nutu regna quatit*. Ovid. 1. Trist. 4. *Cumq; minor Jove sit, tumidis qui regnat in undis*. Petronius Afranius:

Juppiter astra, fretum Neptunus, tartara Pluto,
Regna paterna tenent: tres tria, quisq; suum.

vide infra v. 500.

v. 415. ERGINUS) Lib. 5. v. 65. lib. 8. v. 177. Schol. Schol. Apollonii ex Hermodoro scribit, ἐργῖνον νυθσιρνῆσαι τὴν Ἀργὼ μὴ τὸν θάνατον Τίφυος.

v. 420. TAUREA VULNIFICO) Virg. 5. Æneid. v. 404. *Tautorum ingentia septem Terga boum, plumbo insuto ferroq; rigebant*. Statius 6. Theb. v. 730. ——*Nigrantia plumbo, Tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis Induitur*.

v. 426. CYLLARON) Svidas appellatum scribit παρὰ τὸ κέλλειν, ὅπ ταχύς. Et addit, quod Stesichorus dicat, τὸν ἑρμῆν ἐδωκέναι τοῖς Διοσκόροις φλογέον καὶ ἅρπαγον, ὠκείας τέκνον ποδάργας, καὶ κύλλαρον Meminit ejus Virgil. 3. Georg. v. 89. Seneca Hippol v. 806. Statius 6. Theb. v. 329. Adde Rittershus. ad Oppian. 1. Cyneget. v. 14.

v. 419. TIPHYS)

ὃς πρῶτ' μὲν βύεσσι καὶ ἀργέσσιν ἐέλδεσσι
νῆα κατηγύνειν ἐδάσεν πολυμήτιδι τέχνῃ: ut Orphei habent verba. Infra lib. 2. v. 48. lib. 3. v. 258. 613. lib. 4. v. 694. lib. 5. v. 15. 25. 42. 102. lib. 8. v. 481. V. N. lib. 3. v. 2.

v. 428. QUOD GEMINA MATER SPECTABILE TELA DUXIT OPUS) Feminæ princeps lanificij exercitio laudantur. & illustrioni loco natæ: ut hic Leda, Castoris & Pollucis mater. Ita apud Virgilium *Dido* Æneæ

Æneæ vestem donavit, quam ipsa suis maribus fecerat, Æned. 4. v. 262. & XI. v. 72. Vide Tiraquell. Connub. 10. n. 43. infra lib. 2. v. 409.

v. 429. Silvasq; Comantes) Lib. 3. v. 401. *Immotaq; silva comanti Horret verna jugo.*

v. 432. Et Volat Amborum Patrius De Pectore Cycnus) Hygin. fab. 77. Prudent. 1. in Symmach. v. 62. Meurs. ad Lycoph. p. 124. Joseph. Iscan. lib. 2. de bello Trojano v. 173. —— *At plenius haurit Sidereum Ledæa Jovem, totosq; per artus Lactea materni spirant mendacia Cycni.* Vide quæ fusius attuli ad Ovid. epist. 6. v 123.

v. 433. Solvit Jam Fibula Vestes) Virg. 4. Æneid. v. 139. *Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*

v. 434. Spaciumq; Superbi Pectoris) *Pectoris latitudo*, certissimum roboris indicium à Physiognomonicis putatur. Lib. 2. v. 49. *Nec; enim tam lata videbam pectora.* Et v. 510. *surgentem toris* dicit Herculem. Lib. 4. v. 243. *Ingentes humeros spaciosaq; pectoris ossa protulit.* Confer And. Schott. 2. Observ. c. 54.

v. 436. Certus) Supra v. 366.

v. 438. Gladio Bonus) supra v. 366. *ense nobilis.*

v. 439. Minyis) vide Scholiasten Apollonii ad lib. 1. p. 125.

v. 441. Iphy) infra lib. 7. v. 422.

v. 444. Tanto Pastore) Seneca Hippol. v. 295. Natal. Comes lib. 4. mythol. c. 10. vide Barth. ad Nemesiani eclog. 3. v. 73.

v. 446. Steropen Quod Fuderat) Joh. Bapt. Pius annot. post. c. 145.

450. Remo Nerea Versat) supra v. 340. *Concussæ ratem tollere remi.* v. 471. *pontum remo subegit.* lib. 2. v. 77. *Certatim remis agitur mare.* lib. 3. v. 472 *Versum remo mare.*

v. 454. CHALCIDICAS FUGIENS EURIPUS ARENAS) V.N. 1. Pont. 9. v. 38. Senecam Troade v. 836. Turneb. ad 2. de LL. p. 130. & seq.

v. 455. LUPORUM) vide Rittetshus. ad Oppian. 1. Hal. v. 112.

v. 457. PINU) *E pinu* maximè naves olim fiebant; quam materiam iis etiam præscribit Vegetius lib. 4. c. 34. V.N. 1. Trist 3. v. 111. Virg. Eclog. 4. *Nautica pinus.* infra v. 692. *Volat immissis cava pinus habenis.* lib. 2. v. 48. *Non hanc sine numine pinum dirigimus.* lib. 5. v. 435. *Texitur Argoâ pinus Pagasæa securi.* Adi Gyrald. de navig. c. 4. p. 574. Meurs. ad Lycoph. p. 109. *Argo* autem navem è pinu ædificatam, ut & *malum* istius navis *pinum* fuisse volunt. Vide supra v. 2. *Palladiam* nominat, quoniam Minerva texendæ Argo navi fuit præfecta. Apollonius lib. 1. v. 18.

νῆα μὲν ἐν οἱ πρῶτον ἐπικλείουσιν ἀοιδοί
Ἀργὼ Ἀθηναίης καμέειν ὑπὸ θυμοσύνῃσι.

Et v. 111.

αὐτὴ γὰρ καὶ νῆα θοὴν κάμε· σὺν δὲ οἱ Ἀργὼ
τέκτηνεν Ἀρεσιλάδης κείνης ὑπὸ θυμοσύνῃσιν.

Et lib. 2. 1191.

Τὴν γὰρ Ἀθηναίη τεχνήσατο, καὶ κάμε χαλκῷ
δίκρωτι πηλιάδος κορυφῆς, σὺν δὲ οἱ Ἀργὼ
τέκτηνεν.

Infra lib. 5. v. 504. *ratem magnæ Minervæ* nuncupat.

v. 460. CÆRULA) Infra v. 561. *Ægæa cærula.* Virg. 3. & 4. Æneid. *Nauta cærula verrunt.*

v. 463. POSSIT QUI RUMPERE TERRAS, ET STYGA) L. Joh. Scoppa 2. Collectan. c. 13. Theocrit. Idyll. 22. v. 193. ἀκελεῖς ὅμμασι λυγκεύς. Aristoph. Pluto: βλέπουσ' ὑποθέξω· ὀξύτερον γὰρ λυγκέως. Ibi Schol. videndus. Nazarius panegyr. Constant. Aug. *Non hinc tecum Lynceus ille certaret, qui, ut poetæ ferunt, parietum septa*

septa & arborum trunces visu facile trajiciebat. Pindar. Nem. 10.

——— καὶ ἢ ἐπιχθονίων
πάντων γένετ' ὀξύπατον
ὄμμα.

Themist. Euphrades Orat. 4. ἀπαιτεῖ, κυγκέως ὀξυωπέστερον. Plura Plin. lib. 2. c. 17. Hygin fab. 14. Palæphat. lib. 1. p. 114. Prov. *Lynceô perspicacior.* Seneca Medeâ v. 231.

v. 469. Zetes Fraterq;) Ovid. 6. Metam. v. 713. Pindar. pyth. 4. Apollon. Rhod lib. 1. v. 211.

ζήτης αὖ κάλαϊς τε βορήϊοι ἦες ἵκοντο,
οἳς πτ' ἐρεχθῆϊς βορέη τέκεν Ωρείθυια
ἐκ παρὰ θρήκης δυσχειμέρου.

Ibi Schol. p. 124. Oppian. 2. Cyneget. v. 622.

v. 469. Cerucho s) Cæl. Rhodig. lib. 30. c. 1. Apud Græcos & Hesychium comperi, *Ceruchos* dici rudentes, velut τὰ κεραῖα ἔχοντες, cornua antennarum habentes. Suas verò habent hi in puppe ansas, ad quas destinantur religanturq; : propterea dixit *tremulos* per concisionem. Gyrald. de navig. cap. 12. *Antemna* est, quæ velum sustinet, quasi transversa pertica. Utrinq; verò extremitates ἀκεραίαια, quæ à nostris *Cornua* sunt nuncupata. Vocantur & *Ceruchi*, quòd scilicet cornua habeant. V. N. ad Horatij Oden XVI. Epod. v. & supra v. 312. Joseph. Iscan. lib. 4. v. 276. *Munit eques armis, nauta ceruchis, Civis messe rates.*

v. 471 Pontum Remo subigit) Virg. 6. Æn. v. 302. *Ipse ratem contô subigit.* Et 1. Georg. v. 201. *Lembum remigiis subigit.*

v. 474. Fessum Phylace Quem Miserat Ævo) Olim heroibus varii *submonitores* adhibebantur; quomodo etiam Achilli *Phœnix*: qui à Lycophrone μνήμων ideò appellatur; Cui etiam a Symmacho lux lib. 3. ep. 13. dū ait: *Nec Achilli excusavit ætatis suæ frigus Phœnix*

monitor. Idem munus *Æpitidæ* apud Virgilium Æneid. 5. v. 545. vide & supra v. 267. Delecti ad eam rem non nisi viri moribus & ætate graves. Apuleius lib. 10. Metam. *Et magnam domus cladem ratus indigere consilio pleniore, ad quendam compertæ gravitatis educatorem senem protinus refert.* Meurs. ad Lycoph. p. 165. & 359.

v. 476. LAUDIBUS URAT) Supra v. 76. *Tu sola animos mentemq; peruris gloria.* Lib. 5. v. 528. *Urit & antiqua memorem vox præscia sortis.*

v. 480 VEL PICE VEL MOLLI CONCLUDERE VULNERA CERA) Gunther. lib 10. v. 384. *Et properant rimæ sarcire patentis hiatum.* Supra v. 128. *Et ut tenues subiere latentia cera lumina.* Ovid. XI. Metam. v. 515. ——*Spoliataq; tegmine cera Rima patet, prabetq; viam lecthalibus undis.*

v. 480. VULNERA) Ita Joseph. Iscanus lib. 1. de bello Trojano v. 477. *Vulnera muri*, dixit.

v. 481. ASTRO ARCADIO) I. *Arcto*: de quâ Hygin. lib. 2. Astronom. p. 58 & seqq. ac supra v. 17.

v. 481 TIPHYS PENDEBAT AB ASTRO) V. N. ad Ovid. 3. Metam. v. 595. Basil. Seleuc. Orat. in Josephum: Τοῖς μὲν τὰ μακρὰ πλάγη ἀμφιπεραῖαν, αἱ τῶν ἀδελφωτέρων κινήσεις ὥρων ὡσὲι τὸν δρόμον γίνονται σώφημα. καὶ κυβερνήτης ἐπιβαλὼν τῷ πηδαλίῳ τὸ βλέμμα τέτευκε πρὸς δρόμον. τοῖς τῶν ἀστέρων κινήμασι ἡνιοχῶν τὸν ὁλκάδα, καὶ τὸ πλαγιον δρόμου τοῦ κατ' ἀρκτοῦ φέρηγλ σωμελίπων πρὸς λιμένας πέτεται. Supra v. 416. lib. 2. v. 61. & seqq. lib. 3. v. 8 lib. 5. v. 45. & seqq.

v. 481 TIPHYS) Infra v. 654. 694. Apollon. lib. 1. v. 105 Τίφυς Ἀγνιάδης ἐσθλὸς μὲν ὀρινόμενον κεδάνας κῦμ' ἁλὸς εὐνηνς· ἐσθλὸς δ' ἀνέμοιο φυλάκας καὶ πλόον ἐκλίνων καὶ ἀστερα πάντα νοήσας.

v. 481. PENDEBAT AB ASTRO) *Pendere* vel *Suspensum esse ab astris*, est totum eorum nominibus exigendis esse occupatum. Barth. ad Cirin. n. 7. Ita *adsi-*

adfixum astris nautam dixit Silius lib. 7. Supra v. 419. *Assiduâ Tiphys vultum lassatus ab Arctô.*

v. 486. Horrentem Jaculis) Virgil. 5. Æneid. *Acesles horridus in jaculis.*

v. 488. Retinacula Ferrô Abscidit) Æneid. 4. v. 580. ——*Strictoq; ferit retinacula ferro.* Achilles Tatius lib. 3. πιλέκει κόψαντες τὸν κάλων.

v. 490. Lustra) Non. Marcell. c. 4. n. 272. *Lustra*, ferarum dicuntur habitacula. Virgil. 2 Georg. v. 47. *Saltus ac lustra ferarum.* Æneid. 3. v. 646. *Inter deserta ferarum lustra.* Glos. Lustra, φωλεοὶ. Et alt. φωλεὸς, *lustrum, latebra, latibulum.* Lucan. lib. 1. v. 327. de Tigribus:

Quas nemore Hircanô, matrum dum lustra sequuntur,
Altus casorum pavit cruor armentorum.

Infra lib. 3. v. 592. lib. 4. v. 52. vide lib. 8. v. 27.

v. 492. Sæva Mater) V. N. ad Dracont. v. 194.

v. 495. Percussaq; Sole Scuta) Ovid. 6. Metam. v. 63. *percussus solibus arcus.*

v. 494. Siderea Arce) Prudent. Cathemer. 5. *regiam* nominat. V. N. ad D. Hilarii Genesin v. 74. infra v. 563. *Me primùm regia mundo imposuit.* lib. 2. v. 444. *æthereas arces.* lib. 4. v. 416. *Spectat ab arce poli.* lib. 5. v. 163. *æthereas ceu Juppiter arces impulerit.*

v. 498. Operis Consurgere Molem) γλυκὺ χῆμα, quò rebus inanimatis sensus & actio tribuitur. Sic Virgil. *O fortunati, quorum nova mœnia surgunt.* Plinius lib. 10. ep. 50. *Opere, quod surgit.* Alcimus lib. 5 v. 472. *Captis desistunt oppida muris, Nec solitum consurgit opus.* Ovid. 7. Metam. v. 282. *Mollia pabula surgunt.* infra lib. 2. v. 735. *Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti urbs.* Lib. 5. v. 39. *Bina (nefas!) toto pariter mihi funera surgunt littore.*

v.500. PATRI REGNI) *Regna tertia* vocat Ovidius 3. Amor. 7.

Quid tibi cum pelago? terrâ contenta fuisses.
Cur non & cælum, tertia regna, petis?

Supra v. 414. Joseph. Iscan. lib. 2. de bello Trojano v. 242. ubi Juno de se :

Unica qua trini dispenso fœdera regni:
Cui parent undæ Neptuni, tartara Ditis,
Astra Jovis.

v.505. VOLVENTIBUS ANNIS) *Volventes anni, κυλινδόμενοι* absolutè positum participium, pro nomine. Servius ad 2. Æneid. *Poetarum* inquit, *est partem pro parte ponere: ut, torvùm pro torvè. volventibus pro volubilibus.* Virg. 1. Æneid. —— *Olim volventibus annis.* Gifan. Ind. Lucret. *Anni* itaq; *volventes* dicuntur, non qui volvunt, sed qui volvuntur. *ἀνιμωτοὶ & πλόμενοι* Vechner. lib. 1. hellenolex. 1. c. 12. Ita apud Virgil. *Venti ponunt: Prora avertit.* V. N. ad Hilarii Genesiu v. 71.

v.506. TOT PERAGIT REFICITQ; VICES) Apulejus De mundo: *Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit; conditusq; vel relatus per plagas mundi, quatuor temporum vices mutat. Hinc tempestivi imbres, & spiritus haut infecundi, hinc alimenta nobis suppetunt earum rerum; quas accedere Deus his mundi partibus voluit.* Adde Boethium lib. 1. met. 6.

v.508. RUMPERE QUESTUS) Lib. 4. v. 42. *Tum rumpere questus.* Virg. 4. Æneid. *Tantos illa suo rumpebat pectore questus.* Ita dicitur & *rumpere vocem*, 2. Æneid. *ῥῆξαι φωνὴν*: & Lucret. *rumpere silentia*, id est, retenta proferre. Gifan. & P. Victor lib. 10. var. lect. c. 8. Vechn. Hellenolex. 2. c. 4. vide infra lib. 3. v. 508.

v.512. ET LIBYS) Summam frugum copiam quotannis in Italiam mittebat Libya. Columella lib. 3. c. 3.

Mysiam

Mysiam Libyamq; largis ajunt abundare frumentis, nec tamen Appuloſq; Campanoſq; agros deſici ſegetibus. Seneca Thyeſte v.255.

Non quicquid Libycis terris
Fervens area meſſibus.

V.N. ad Prudent. 2. in Symmach. v. 936. *Barthium, eruditionis penum*, lib.21. c.12. & lib.56. c.9. Infra lib. 7. v. 606.

v.512. Pelopis Domus) *Domus*, ſæpe deſignat genus ſeu ſtemma ſeu gentem & familiam eorum, qui ejuſdem ſunt originis; ut *domus Saxonica*, *domus Auſtriaca*. Clapmar. lib.1. arcanis Rerump. c.1. Eraſm. in c.1. Lucæ Tiraq. T.3. gloſ.9. p.90. Heider. c.1. Polit. p.37. infra lib.4. v.33. *Cum gente domoq; iſta luet.* lib.8. v.149. *Iſtane nota domus?* Cicero lib. 20. epiſt.13. *Tota tam tibi domum commendo.* Virg.3. Æneid.v.97. *Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris.* Lib 5. v. 122. *Sergeſtusq;, domus tenet à quo ſergia nomen.* Et lib.9. v. 448. *Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum Accolet.*

v. 512. Horrida Sævo Quæ Premis Arva Gelu) *Scythiæ regio* frigidiſſima, atteſtante Ovidio, qui ἀυτόπτης, aliquam multis locis lib. Triſt. & De Ponto Virg. 3. Georg. v.349. & ſeqq. *Illis iners hiemi continuatur hiems.* 1. Pont. 2.

v.513. Strictosq; Amnes) I. congelatos. Lucan. lib.3. *Sic ſtat iners Scythicas adſtringens Boſphorus undas.* Euſthenius de amne concreto glacie: *Strinxit aquas tenues ut glacialis hiems.*

v. 515. Nube Rigens Stat Super, Et Noſtros Zona) Arctica videlicet frigida. Ovid. 1. Metam. Macrob. Somn. ſcip. 2. c. 5. Martian. Capella lib. 6.

v. 517. Quid Regio Immanis?) Pomp. Mela lib. 2. p. 41. Solin. c. 25. Thracia frigidiſſima cum ſit, à non-

à nonnemine ἀνέμων ἐργαστήριον ἢ οἰκητήριον est vocata: ab Euripide in Hecabâ χιονάδης: â Catullo *horrida*, & frigor & ab incolarum immanitate.

v.517. Barbarus Phasis) Barth.lib.35.c.12. *Barbarus*, inquit, Latinis incultum, rusticum, absurdo ingenio, incivilem & morosum significat. Sic inculta loca *Barbara* dicuntur à Cl Mario Victore lib.2.v.8.

——— ——— *Mirabile quali*
Ore rudes stupeant tam barbara rura coloni.

v.517. Aversis) Ita rectè legit ibid. Barth. pro, toto orbe velut remotis. Videturq; alludi ad ista Virgilii Æneid. 1. *Nec tam aversus equos Tyriâ Sol jungit ab urbe.*

v.526. Veteris Sat Conscia Luctus Silva Padi) Ovid.2 Metam.V.N.1. Pont. 2. v. 33.

v.531. Condita Pergunt Ordine Cuncta Suo) Confer Boeth. lib.4. met. 6. Vide Marquard. Freher.lib.2. parerg.c.5.

v.533. Fixa Manent) Joseph. Iscan. lib.3. v. 135. *Stant fata tenore fixa suo.*

v.533. Sanguis Noster) V. N. ad Horat. XVI. Epod.v.9. supra 10.524. 819.lib.4.v.126. 255.347. lib. 3.v.476. lib.6. v.49.137.594.

v.539. Undat Equis) pro, abundat. Claudian. 3. de raptu: *Undaret neu silva favis.* Iufra lib.5.v.303. lib. 3.v.524. Eryth. Ind.Virg.& Ind.Dracontii.

v.539. Floretq; Viris) infra lib 5. v.564. *Variis floret via discolor armis.* lib.6.v.493. *Totusq; parumper floret honos* lib.7.v.77. *Et armatâ floreſcant pube novales.* Virg. 7. Æn. *Floret terra viris.* Joseph. Iscan. lib.2.v.1. *Iam floret Priamus populoso pignore felix.* Lib. 6.v.741.

Florebant Asia fines, florebat opimis
Troia suis, & rege potens; & milite tuta.

Vechner. hellenolex. 2. c.4.

v.541. Ausa Manus) *Manus*; sæpe pro multitudine.

dine, frequentiâ, turbâ. infra v.688. *Coit agreſtum manus anxia.* v.711. 759. 767. lib.2. v.461. 640. 662. lib 3. v.71. 87. 94. 110. 267. 282. 429. 592. 770. 790. lib.4. v.323. 436. 494. 587. lib.5. v.23. 116. 143. 249. 353. 604. lib. 6. v.173. 232. 286. 350. 369. 372.

v.548. SENTENTIA) 1. decretum ſeu concluſio, ſive citra ſive per conſultationem. lib.8. v.339 *prona haut dubii ſententia patris.* Sidonius: *Tandem cunctanti ſedit ſententia.* Virg. 4. Æn. v.287. *Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt.* Ovid. 1. Metam. *Sic ſtat ſententia.*

v.548. SENTENTIA MENTI FIXA) lib. 5. v. 288. *Stat pectore fixum.* Lib 8. v. 405. *Hæc ubi fixa virus.* Statius. XI. Theb. v. 169. *Decretum eſt fixumq;.* Et 1. Silv. carm. 2. v. 58. *Nec cordi fixa voluntas.*

v 549. VENIET PHRYGIA PASTOR AB IDA) 1. *Paris:* quò de Homerus, Coluthus, alii.

v.549. PASTOR AB IDA) Præpoſitio cum ſuo caſu, pro adjectivo, nomini ſubſtantivo aptatur: Et frequens in hoc eſt genere, pro objectivo gentili primitivum proprium ponere caſu præpoſitivo. Virgil. 3. Georg. v. 2. *Paſtor ab Amphryſo*, pro, Amphryſius. Ovid. 3. Triſt 12. *Nauta ab Italia*, pro, Italus. Vechner. 1. hellenolex. c. 6.

v.551. DONA) And. Schott. 2. Obſerv. c. 36. *Damna ferat.*

v.557. SPES ET METUS) Donat. in Terent. *Duo carnifices futurarum rerum ſunt, Spes & Metus: Dolor enim & Gaudium præſentium ſunt.* V. N. 2. Triſt. v. 147.

v.561. ROBUR HERCULEUM) Δία ἡρακλῆα βίην, circuitio poetica, pro Herculem: ut *virtus Catonis* apud Horatium. Τηλεμάχειος, & ſexcenta alia, Rittershuſ. ad Oppian. 1. Hal. v. 105. Vechner. 2. Hellenolex. c. 8. Barth. ad Ceiria. n. 136. infra lib. 2. v. 648.

virtus

virtus Bebrycis. lib.3.v.85. *vis Achivûm.* lib. 6. v. 683. *vis ducum.* lib.8.v.335. *ſtyri violentia.*

v.563. TENDITE IN ASTRA) V. N. ad Horat. XVI. Epod. v. infra v.576. 609. lib.2.v.311. lib.3. v.64. 451. lib.1.v.722.

v.561. MUNDO) Sæpiuſculè *Mundus* pro ſolô cælô. Seneca Herc. Fur. v. 17. *Mundus puella ſertæ Gnoſſiacæ gerit.* Claudian. *Firmior Herculeâ mundus cervice pependit.* Barth.ad Ceirin n.7.

v.563. SULCO) Jucundiſſima translatio; quâ utitur & Prudentius Cathem.12.v.55. *Quâ ſtella ſulcum traxerat.* Juvencus lib. 1. *Ecce via medio ſtellam præcurrere cernunt Sulcantem flammis auras.* Virg. 2. Æneid. v. 697. *Tum longô limite ſulcus dat lucem.* Lucan. lib 10. *Quam ſolet ætherio tampas decurrere ſulco.* Et lib. 5. *Lapſa per altum Aëra diſperſos traxere cadentia ſulcos ſidera.*

v. 570. FRATRESQ; PETIVIT TYNDAREOS) Hygin.fab.14. Gyrald.hiſt.Deor.Syntag.5.p.180. Lib. 5.v.366. *Aſtroq; comantes Tyndaridas.*

v.572. LUMENQ; PURPUREUM) Quicquid pulcritudine, & amænitate & lubentiâ aliquâ eſt conſpicuum. id *purpureum* autores nominant. Vide ad Eclog. 9.Virgilii,& Ind.Dracontii. infra lib.3. v.177.

v.573. MISERIS OLIM IMPLORABILE NAUTIS) Theocrit.in Dioſcuris v.17.

ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς τε κἀγὼ σὺ βυθῆ ἔλασατε νῆας,
ἀυτοῖσιν ναύταισιν ἐλαμένοις ἰανέεσθαι.
αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὴ δὲ γαλήνα
ἀμπέλαγος, νεφέλας δὲ διέδραμον ἄκριτοι ἄκραι.

v. 577. ALIS) *Venti* videlicet *alati* finguntur ob celeritatem. infra v. 616. *Noctí concolor alis Notus.* & v. 577. Lib. 8. v. 323. *Volucrum gens turbida fratrum.*

Ovid.

Ovid. 1. Metam. v. 263. *Madidis Notus evolat alis.* V. N. 3. Trist. 10. v. 45. & 1. Pont. 6. v. 72.

v. 579. NIGER PONTUS) Homero οἶνοψ & μέλας πόντος.

v. 579. ÆQUORE TRINACRIO.) Parrhas. epist. 2. T. 1. Crit. p. 739.

v. 580. STAT RUPES.) Confer Virgil. 10. Æneid. v. 693.

v. 580. QUOT IN ÆTHERA SURGIT MOLIBUS) Non dissimile illud est Virgilii de quercu, 4. Aneid. v. 445.

Ipsa haret scopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.

v. 585. LATUMQUE PROFUNTUM.) pro lato pelago. Turneb. 23. c. 27. vide supra v. 160

v. 586. MISCERE POLUMQ; INFELIXQ; FRETUM) Virg. 1. AEneid. v. 137.

Iam cœlum terramq; meo sine Numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles.

v. 589 CUM FLENS SICULOS OENOTRIA FINES PERD.) vide Virgil. 3. Ænid. v. 414. & seqq.

v. 607. VINCLIS & CARCERE) V. N. ad Dracont. v. 528.

v. 610. NIL ME MEA PECTORA TANGUNT) Schott. lib. 2. Observ. c. 57. legi mavult, *pignora*. Nam Zethem & Calain, Boreæ filios, ex Orithyiâ, intelligit. &c. Sed Barthius lib. 18. c. 21. *pectus* pro re carissimâ: & hîc, quod est, affectus mei non movent.

v. 613. CUNCTI FREMERE INTUS & POSCERE.) per enallagen, pro fremebant & poscebant. Infra lib. 2. v. 47. 457. 498. 519. 526. lib. 3. v. 63. 94. 256. 600. lib. iv. 493. 688. lib. 5. v. 127. 171. 256. 267. 364. 670. lib. 7. v. 237. 611. 622.

v. 615.

v.615. FUNDUNT SE CARCERE LÆTI) Poeticæ tempestatis descriptio; cui gemina germana apud Virg. 1. Æneid. Lucan. lib. 5. Statium 5. Theb. Ovid. 2. Trist. 2 & Metam. XI. v. 481. Senecam Agamem. Musæum in Leandro. Achill. Tatium lib. 3. de amor. Clitoph. & Leucippes.

v.616. NOCTI CONCOLOR) Ovid. 1. Metam. v. 263. *Madidis Notus evolat alis, Terribilem piceâ tectus caligine vultum.* infra lib. 2. v. 506. *Nubiferi unda Noti.* Statius 5. Theb. *Niger imbribus Auster.*

v.617. NIMBORUM CUM PROLE NOTUS) Joseph. Iscan. lib. 4. v. 294. *Nimborum pincerna Notus.* Cæl. Rhodig. lib. 5. c. 7. autor est, Augustinum nominasse *Austrum pincernam plaviarum*, ut Hieronymus *Aquilonem Scopam viarum.* V. N. ad Horat. XVI. Epod.

v.618. MULTA FLAVUS CAPUT EURUS ARENA) Venti, quorum vi cumulatur arena, & procellis & arena finguntur coronati, ut hîc de Eurô cecinit Val. Flaccus. Carol. Paschal. 4. Coron. c. 2. Virg. 7. Æneid. v. 31. *Tyberinus multa flavus arenâ.*

v.619. RAUCOQ; AD LITTORA TRACTU FRETA FERUNT) V. N. ad eclog. 9. v. 43. & ad eclog. 5. v. 83.

v.620. TRIDENTIS REGNA) Supra v.194.

v.622. PICEÔ CÆLÔ) Mox v.627. *picei poli.* lib. 2. v.115. *Piceo nimbo.* v.517 *piceo cælo*, lib. 3. v. 194. *piceo polo.* v.134. *piceos globos.* v.576. *piceus fudor.* v. 437. *picæ oves.*

v.624. PUPPIS IN OBLIQUUM) Basil. Seleuc. orat. 3. in Davidem:

γίνεται γαλάτης τρόπος τὸ σκάφος παρέπλιξε

v 626. TURBO) *Turbo dicitur, qui repentius flabris prosilit, atq; universa perturbat.* Apulei de mundo. Paulò antè v. 614. *Valido contortam turbine portam Impulit Hippotades*, vide lib. 2. v. 90.

v. 627.

v.627. CUM PICET FULSERE POLI) M. Anton. Sabell. T.1. Crit.p.178. Ovid. XI. Metam.523.

Prabentq; micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus undæ.

Achilles Tatius lib.3. πῦρ μὲν ἐπαφῇ, μυκᾶται δὲ βαρυτὴν φωνὴν καὶ τὸν ἀέρα χαλᾷ βόμβῳ.

v.630. MISSOSQ;) A Schott. 2.observ. c.39. legit ex conjecturâ, *jussosq;*.

v.734. ÆGON) Turnebo 19.c.2. *Ægon* hîc est Ægæum mare. Statius 5.Theb. v.56. *Innumeris quas spumifer adsilit Ægon.* infra lib. 2. v. 365. *Eurus intonat Ægæo.* lib.4.v.714. *Nec tantas quamvis Tyrrhenus & Ægon volvat aquas.* vide infra lib.2.v.365. Supra v.160. *Et Ægæi super effugit alta profundi.* v.561. *Tunc oculos Ægæa refert ad cærula.*

v.635. CYANÆÆ CONCURRUNT ÆQUORE CAUTES?) Supra v.59. *Certus, Scythico concurrere ponto Cyaneas.* Ubi Maserius: *Cyaneæ insulæ sunt in Ponto seu mari Euxino.* Lib.2.v.381. *Dum spes mihi sistere montes Cyaneos.* Lib.5.v.482. *Cyaneos iterare fragores.*

v.637. SEPONITE) 1.removete à spe vestrâ & avaritiâ aut gloriæ siti sacros illos & Diis solis pervios fluctûs. *Seponere*, est removere atq; procul ponere. Sic Propert.1.21.

At comes invicti juvenis processerat antè
Raram sepositi quærere fontis aquam.

Martialis spectac. 3. *Quatam seposita est, quæ gens tam barbara?* Barth.lib.22.c.19. Et lib. 56. c.XI. Est amarum opprobrium; plenum convitium, quod sibi ipsis faciunt deprehensi ob stultitiam suam miseri illi temeratores sacrorum fluctuum. *Seponite*, significat, ite nunc, vilipendite, contemnite, nullius precii æstimate fluctuum truculentiam.

v.637. SACROSQ; Fluctûs) *Sacros* appellat *fluctûs*,

quæ antè v.1. vocavit *Deûm freta*. Gifan. Ind. Lucret. p. 402.

v.638. SEGNI OECUMENERE LETHO) Est enim genus miserabile lethi, ut vocat Ovid. 1. Trist. 2. v. 51. ἀεὶ κύμασ' ἐλέσθαι. Hesiodor. 2. ἔργ. v. 310. δεινὸν δ' πόντῳ ἐν κύμασι πῆμα κύρσαι. Id Homero est Odyss. v. λάβρῳ ἁλὶ θῆκεν ἀλῶναι. quod And. Divus vertit. *ingloriâ & molestâ morte perire.* Confer Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 574.

v.643. PUPPIS MARE SORBET) Seneca Oct. v. 312. *Quæ* (ratis) *resoluta Robore labens pressa debiscit, Sorbetq; mare.*

v.646. TRIFIDA NEPTUNUS IN HASTA) Supra v.620. *tridentis regna. Tridens*, qui Neptuno tribuitur, denotat triplicem aquarum qualitatem: *Salsam*, cujusmodi est maris: *dulcem*, qualis est fluviorum: *Mediam*, qualis est lacuum & stagnorum. Ab hoc ἄνακα τριγλάχινα, ut nuncupat Callimachus hym. in Delum v.31. Neptunus dictus est τριαινήχης & ἐνοσίχθων. Alii nominarunt ἱππιοτρίαινον. ἀγλαοτρίαινον Pindarus. τριαινοκράτορα Epig. Gr. χαλκοτρόπου ἔχων χείρεσι τρίαιναν. Orpheus.

v.647. CAPUT EXTULIT) Confer hæc cum Virgilio 1. Æn. v. 647.

v.651. MALIS CLAMORIBUS) Intelligit naufragorum morticinos planctus. Et *Malus* pro lethali nonnunquam accipitur. Ita Calpurnius ecloga 3. v. 89. *Hi tamen antè malâ figentur in arbore versus.* Ibi Barth.

v.652. SÆVUS PLEIADE TAURUS) lib. 2. v. 357. lib. 4. v. 267. lib. 5. v 305. V. N. ad Hilarii Genes. v. 69. Statius 4. Thebaid. v. 119.

Persidâ neq; enim violentior exit
Amnis humo cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas
Spumens, & genero tumuit Jove.

v.660. RESERATA DIES) Jucunda translatio; quasi Con-

Condum & promum adpellent Solem autores. Boeth. lib.1. met.3. *Et clausum reseret diem.* Statius 5. Theb.v. 489. *Vix reserata dies.* Martian. Capella lib. 1. de Phœbo: *Atq; idem pallio rutilante, ac reserato stellantis poli limine Sol repente clarus emicuit.* Sedulius lib.3. *Clara renascentis reserat spiramina lucis.* Sic Lucret.lib. 1. v. 11. *Et reserata viget genitalis aura Favoni.* Statius lib. 7. Theb.v.483. *Reserare viam.* Et 2. Achill.v.320. *reseratô limine.* Seneca Troade v.353. *Reserare polum.* Agamem. v.756. *reserate paulùm terga nigrantis poli.*

v. 660. Cælumq; Resolvit Arcus) Iridem sive Arcum cœlestem serenitatis esse indicem ait. Natal.Com.lib.8. c.20.

v.667. Salmoneus, Nondum Ille Furens) V.N. in Ibin. v.465. & prov. *Alter Salmoneus.*

v.672. Di, Quibus Undarum) Æneid.5. v.235. *Di, quibus imperium pelagi.* Infra lib.3. v.258. *Di maris!*

v.672. Tempestatisq; Sonoræ) Æneid.1. v. 57. *Luctantes ventos tempestatesq; sonoras Imperio premit.*

v.677. Habet) A.Schott.2. Observ. c.39. *Habet.*

v.681. Patriæq; Amplecti Limina Portæ) Et postes domorum, & portarum limina amplecti solebant, qui profugi exulatum ibant; aut peregrinatum, dimabfuturi domô: Iidem etiam reduces osculari & amplecti ea solebant. Turneb.lib.22.c.27. infra lib.2. v.168.

682. Aras Pascit Honos) Sacrificia Diis propter honorem offerebantur. Unde πιμᾶν τῶ δαίμονι dixit Jamblichus c.11. ἀντὶ τ θύειν. Et Sæpè πιμὰ τὰ θύματα. Xenophon ἀπομν. lib.1. ἀλλ' εὐόμιζε τὰς θεὰς πᾶς παρὰ τῶν δυνατῶν πιμᾶς μάλα χαίρειν. Sic *Honos* Latinis. Virg.3. Æneid.v.118. *Sic fatus meritos aris*

mactavit honores. Desid. Herald. animadv. ad Jamblich.c.5. Ovid.8. Metam.v.746.

——*Qui numina Divûm*
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.

Infra lib.2.v.651.

Templisq; sacros largitur honores. Infra v.740.
Largus stagnata honor.

v.686. Oritur Clamor. Dextræq; sequentum Verba) Lipsius lib. 4. de Milit. Rom. dial. 9.

v.687. Obsecrat) A. Schot. 2. observ. c. 57. legendum censet, obserat igne domos. vide.

v.688. Calabri Populator Sirius Arvi) Calabriam Canis cælestis sive Sirii flammis obnoxiam, statuit, ut & Horatius Epodon Odâ primâ:

Non ut juvencis illigata pluribus
Aratra nitantur mea:
Pecúsve Calabris ante sidus fervidum
Lucana mutet pascua.

Uterq; autem gregibus eo tempore imminentem pestilentiam denotat Barth. lib. 57. c. 14. Joseph. Iscan. lib. 4. v. 257. *Jejuni populator Sirius anni.* Scal. ad Man. lib. 5. v. 208. Ardores Canicularesiram Deorum, sive θεομηνίαν, quasi quandam vim majorem vocat Valerius: eoq; nomine ait illud astrum à Calabris propitiari: Sed & Aristæus, Apollinis & Cyrenes filius, aram Ἰκμαίου Διὸς in insulâ Ceo statuit, & ipsi quoque *Sirio astro*, ut Apollonius ait lib. 2. *hostias immolavit*, v. 529. ubi Scholiastes. Idem igitur *apud Calabros* fiebat, quod *in Ceo* insulâ.

v. 692. Volat Immissis Cava) Lib. 8. v. 139. *Fugit immissis nam puppis habenis.* Virg. 5. Æneid. *Furit immissis Vulcanus habenis.*

v. 692. Habenis) Ita Oppianus quoq; χαλινωτὴν ἵππος dixit 1. Hal. v. 359. & alibi χαλινὰ οὐήκων.

v. 692. Volat) Basil. Seleuc. p. 141. τῷ πτύμνων τὸ πνεῦ

πνεῦμα φερόμβιον πτερῶν δίκην παρεμπίπτει τὸ σκάφος. Infra v. 746. *Volat ille mari.* Lib. 2. v. 614. *mediasq; intervolat urbes. Hinc navium ala, vela.* Lib. 2. v. 580. *Panditur hinc totis in noctem carbasus alis.* Æschylus Prometheo λιπόπτερος ναυπλοῦν ὀχήμασι dicit; quod Scholiastes interpretatur τὰ ἱστία τὰ ἄρμενα ὡς πτερά. V. N. ad Horatii Oden XVI. Epod. v. & infra lib. 2. v. 580.

v. 693. Infinditq; Salum) Virg. 5. Æneid. v. 142. *Infindunt pariter sulcos, totumq; dehiscit Convulsum remis rostrisq; tridentibus æquor.* Græci χαράσσειν ὕδωρ vel κῦμα. Vide Franc. Nansium super Johan. c. 6. v. 75. & 105.

v. 793. Spumas Vomit Ære Tridenti) Nonnus lib. 39. v. 307. de remigantibus:

πόντον ἀμοιβαίοισιν ἀναχίζοντες ἐρετμοῖς
κυανέην λεύκαινον ἐπισυτέρην χύσιν ἀφρῷ.

Ære tridenti, est rostrô trifidô. Eryth. Ind. Virg. & And. Schott. 2. observ. c. 2.

v. 699. Mensq; Mali Præsaga) Virg. 10. Æneid. v. 843. *Agnovit longè gemitum præsaga mali mens.* Achill. Tatius lib. 6. ψυχαὶ δὲ πεφύκασι μαντίδες τῶν κακῶν. Vide Comment. Terent. p. 336.

v. 707. Obice Ponti) Fest. *Obices, pessuli seræ.* Perott. *Obex significat objectum sive objectionem cujuscunq; rei.* Silus lib. 4.

——— *Hinc robora portis*
Et fidos certant obices arcessere silvâ.

Rectè scribitur *Objex.* Statius 3 Theb. v 673.

Cum vagus (torrens) *in campos frustrà prohibentibus*
Objicibus resonant permixtô turbine tecta, &c. (exit

Alcimus Avitus lib. 4.

——— ——— *Objice ruptâ*
Savit laxatis excurrens humor habenis.

Ubi femineo genere legitur. Prudentius Hamartig. v. 876.

——— *Involvit vitreô quos lucida palla*
Objice. Et v. 910.
——— *Nullô obice rerum discluſa.*

Licentiosè autem consonans eximitur, cum hæc vox corripitur, ut in *adicit*, *abicit*, *obicit*. Barth. lib. 35. c. 10.

v. 709. ÆRISONA IDA) Ida in Cretâ, in quâ Curetes Jovis vagitum

——— *quondam occultaſſe feruntur.*
Cum pueri circum puerum pernice choreâ
Armati in numerum ſtarent, pernice choreâ
Armati in numerum pulſarent æribus æra.

Lucret. lib. 2. v. 634. Callimach. hym. 1. v. 52. Seneca Herc. Oet. v. 1876. Natal. Com. lib. 2. c. 1. Infra lib. 3. v. 28. *Dindymon* nominat *montem æriſonum.*

v. 709. VOLUCER CUM DÆDALUS) Ovid. 8. Metam. v. 183. Seneca Herc. Oet. v. 683. Natal. Com. lib. 7. c. 16.

v. 719. DISCRIMINA LETHI MILLE) Mox v. 732. *Infelix jam mille furoribus Hamus.* v. 759. *Mille ciere manûs.* Supra ad v. 382.

v. 727. FURIIS IRAQ; MINACI TERRIBILIS) Virg. 4 Æn. v. 376. *Heu furiis incenſa feror.* Infra lib. 2. v. 80 *Nec te furiis & crimine matrua Terra fugat.* v. 162. *Hisdemq; Amithaonis implet Oleniiq; domum furiis.* lib. 3. v. 589. 691.

v. 730. ITQ; REDITQ;) Lib. 7. v. 229. *Qua redit itq; dies.* Lib. 8 v. 331. *Itq; reditq; ratus*, Ovid. 5. Triſt. 8. *Per medias in equis itq; reditq; vias.*

v. 730. RERUMQ; ASPERRIMA VERSAT) Supra v. 32. *Lethiq; vias ac tempora verſat.* Lib. 3. v. 368. *triſtiſſima rerum.* Dicitur *aſpera rerum*, *ut amara curarum*, apud Horat. 4. Carm. 1. *Futura rerum præſagire.* Apulej. Apolog. Vechner. 1. hellenolex. c. 4. Infra lib. 3. v. 694. *arduæ montis*, lib. 8. v. 38. *Indigna viarum.* lib. 7. v. 109.

caſſidis

ssidis ima. Et v.301. *belli diversa.* Et v.503. *murorum extrema.* V.N. ad Hilarii Genesin v.121.

v.731. Thyoneus) Bachus inter cætera etiam appelletur θυωνεὺς ἢ θυωνίδης, à matre Semele, quæ & θυώνη dicitur, ut est apud Svidan & Pindar. Pyth.3. Hesych. θυώνη, Σεμέλη. Coluthus: ὁ Διὶ τόσον ἔπνευσεν ἐπήρατον ἦμα Θυώνη. Inde Horat.1.Carm.17.*Semeleius Thyoneus.* Nisi fortè rectiùs dicat θυωνεῖον ἀπὸ τοῦ θύειν, à furendo, appellatum, ut & θυάδες. Rittershus. ad Oppian.p.7. Natal.Com. lib.5. c.13.

v.732. Infelix Hæmus) Ideò *Thraciam* vocat *infelicem*, quòd mars in Thraciâ habitare, & in eâ regione semper cædibus indulgere fingeretur, ob bellicitatem ejus gentis. Barth.lib.33. c.15.

v.735. Tartareo Jovi) 1. Plutoni V.N. ad Symmach.lib.1. v.357. Gyrald.hist.Deor. Syntag.6. p.190. Sic Claudian.1. de raptu v.2. *Junonem profundam* nuncupat Proserpinam. Barth.lib.23. Adversar. c.21. & ad Gratii Cyneget.v.405.

v.738. Prementem Corde Metûs) Æneid.3. v. ... *Curam sub corde premebat.* Et1. v.213. *Premit altum corde dolorem.* Lib.10. v.464. *Magnumq; sub imo corde premit gemitum.*

v.740. Phlegethontis Operti) Turneb. 22.c.27.

v.743. Et Jam) Hæ particulæ sæpenumero versum initiant: ut demonstrare conatur Robbig. lib.1. Robigal. c.14. Exempla aliquot noster suppeditat autor, supra v.350. lib 5. v.71. 119.424.427.690. lib.7. v.189. & 389. lib.8. v.29.

v.746. Mitte Metûs) Lib.5. v.286. *Dimitte metûs.*

v.747. Magis Atq; Magis) Lib.6.v.206.*Tum magis atq; magis Tyndariden accendit amor.* lib.7. v.65. *His magis atq; magis rabiē nunc nostra senectus Luxuriemq; dedit*

dedit. v. 472. *Jam magis atq; magis mentem super alta ferebat aquora.* Vide Comment. Terent. p. 213.

v. 753. IRARUM, IGNES) lib. 7. v. 294. *Tantâ pudor æstuat irâ. Ignem* passim *pro irâ* ponunt autores, & inter Symbola Pythagoræ: *Ignem gladiò ne scalpas*, id est, iratum ne lacessas, ut explicat Gyraldus; qui tradit, Ægyptios, cùm iram & furorem ænigmate declarabant, craticulam effinxisse, cui ignis subjectus esset, & cor illi super impositum. Feruntur & adagia quædam, quibus ira igni comparatur. *Ignem dissecare. Lucernam accendere posses.* Virg. 9. Æneid. v. 66.

Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.

Vide Commentar. Terent. p. 496. & 651. & infra lib. 2. v. 184.

v. 755. MEUS ES! Comment. Terent, p. 154.

v. 758. ERAGOR) Glos. ἦχος, πάταγος. Servius ad 1. Æneid. *Fragor à fractarum rerum nominatus est sonitu.* Vide lib. 3. v. 403. lib. 4. v. 71. 260. 664. 674. lib. 5. v. 163. 481. lib. 6. v. 752. lib. 7. v. 528. Lib. 8. v. 389. *fragor æris.*

v. 762. QUAM MULTA) 1. quàm sæpe. vide doctiss. Zinzerling. Promuls. Crit. c. 57.

v. 763. LUMINA) Salomo: *Lumina, oculi dicuntur, quòd ex his lumen manat, vel quòd intrinsecus clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui præponendo refundant.* Glos. φαλοὶ, *lumina.* pluraliter declinabitur. Sed Virgilius singulariter dixit, *luminis.* Supra v. 334. *dulci jam nunc preme lumina dextra.* Infra v. 826. lib. 2. v. 184. 464. 499. lib. 3. v. 278. 717. lib. 4. v. 70. 168. 367 388. 757. lib. 5. v. 50. 340. lib 6. v. 246. 277. lib. 8. v. 60. 65 204.

v. 766. ACUAT) 1. instiget, impellat. Horat. in Arte: *Tyrtæusq; mares animos in Martia bella Versibus exacuit.*

v. 766. MUTABILE VULGUS) Livius lib. 4. *Nihil tàm*

tàm incertum, nec tam instabile, quàm animi multitudinis. Seneca Herc. Fur. v. 170. *Fluctuq; magis mobile vulgus.* Chrisost. in Johan. homil. 2. ὁ δῆμος ἐστι πῆγμα ῥοώδες γέμου καὶ παραχώδες, καὶ ἐξ ἀνοίας τὸ πλέον συγκείμενον, ἁπλῶς φερόμενον καὶ τῆς θαλάττης κύμασι πολλάκις, καὶ ὑπὸ πνεύματος καὶ μεταβολῆς συνεπαίρομενον χώμης. Confer Richter. ax. Polit. c. 339.

v. 768. Me Quoq; , Ait , Casus Comitem) Spectamen fidæ conjugis. Ita *Agathoclis uxor Theogena*, cum à marito ægrè divelleretur, *Nubendo se non prospera tantùm*; inquit, *sed omnis fortuna iniisse societatem.* Justin. lib. 23. Et *Martia Catonis* apud Lucanum lib. 2. v. 346.

Non me lætorum sociam, rebusq; secundis
Accipis; in curas venio partemq; laborum.
Da mihi castra sequi, cur tuta in pace relinquar?

Confer Ovid. 1. Trist. 3. Franc. Barbarum de re uxor. lib. 2. c. 1. Camer. medit. hist. cent. 1. c. 5.

v. 776. Rerum Rudis) v. 828. *primoq; rudem sub lumine rerum te puer.* ἔτι ἄπειρον κακῶν.

v. 776. Rerum) Lib. 2. v. 380. *Me tecum solus in æquor rerum traxit amor.* Lib. 3. v. 16. *Nosse animos rerumq; vias.* v. 349. *Rerum labor omnis in auras solvitur.* v. 779. *dum rerum patiens calor.* lib. 4. v. 557. *Rerumq; vias finemq; docebo.*

v. 778. Atq; Olim Lethi Meminisse Paterni) Ergo νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείπει. Adi P. Fabrum 3 Semest. c. 8. p. 196.

v. 779. Sacra Novat) Supra v. 112. *Solitosq; novat Saturnia quæstus.* lib. 2. v. 309. *Jura novant.* lib. 3. v. 421. *Vivaq; nitentia lymfis membra novat.* Lib. 4. v. 528. *Prima Tonanti Sacra novant.* lib. 5. v. 303. *Multa novantem.*

v. 779. Sub Nocte Cupressi) Infernalia sacra sub umbrâ cupressi celebrari solebant; ut hic Valerius

docet. Est autem arbor funesta; de quâ erudit. Kirchman. lib. 1. de Funer. Rom. c. 14. Barth. lib. 36. c. 15.

v. 781. CUI CÆRULEÆ PER CORNUA VITTÆ) V. N. ad Prudent. peristeph. 14. v. 1013. & 2. in Symmach. v. 1009.

v. 786. TERGEMINAM HERAM) *Hecate Triformis* à Senecâ Hippol. v. 410. à Lycoph. τρίμορφος: Claudiano 1. de raptu v. 15. *Termis Hecate variata figuris*, Auson. Idyll. XI. *Tergemina est Hecate, tria virginis ora Dianæ*, infra lib. 7. v. 394. *Diva triformis*. Et v. 313. *noctis heram*. Rationem appellationis exsinuat elegantiss. Meursius ad Lycoph. p. 303. Natal. Com. lib. 3. c. 15. Cur *Heram* dicat, vide apud Claudianum lib. 2. de raptu v. 294. V. N. ad prudent. 1. in Symmach. v. 365.

v. 789. PORTITOR) Charon; de quo Æneid. 6. v. 268. Seneca Herc. Fur. v. 763. Tibullo, *Stygiæ navita turpis aquæ*. Juvenali Sat. 3. *Porthmeus*, ubi prolixè Scholiastes. Natal. Com. lib. 3. 2. vide infra lib. 6. v. 159.

v. 794. COGNITA BELLIS NOMINA) Græcanicum est. Ita dicimus, *nomen agelli*, pro, agellus. Albinovanus in epicedio Drusi: *nomina magna locorum*. Scalig. in Catalect. p. 176. infra lib. 3. v. 562. *magni referentem nomen amici*. lib 4. v. 136. *Et casi mœrentem nomen amici*. v. 223. *Quæ maxima surgunt nomina*. lib. 5. v. 61. 119. lib. 7. v. 275.

v. 800. TERRAS OCULIS QUÆ PROSPICIS ÆQUIS) Justitiam sive Nemesin facit omnituentem; quam Cointus Smyrn. lib. 13 noctes diesq; pravorum studia observantem, eosq; præcipites ad pœnam rapientem. Barth. ad Claudian. in IV. Cons. Honorii v. 98. Est videlicet ἐξὸς θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν, juxta Euripidem in Phryxo. Vide Prudent. Cathem. 2. v. 105. & ibid. notas.

v. 801. ULTRICESQ; DEÆ) *Ultrices Deæ sceleris*, Senecæ

necæ Octaviâ v. 915. *Eumenides* Athenienſibus dictæ σεμναὶ θεαὶ, autoribus Sophocle, Ariſtophane, Plutarcho, aliis. Natal. Com. lib. 3. c. 10. infra lib. 5. v. 445. *Ultrices diræ*. vide Meurſium lib. 4. Attic. lect. c. 1.

v. 801. Furorum) i. Furiarum; quæ à furore dictæ, quo ſontes homines ob conſcientiam ſcelerum exagitantur. Natal. ibid.

v. 802. Pæna Parens) *Pœna*, Furia eſt, imò Furiarum ſive Furorum parens. Adi Scalig. in Catalect. p. 22. & ſeq. Tres autem Furiæ ſive Eumenides dicuntur Pœnæ. Vindictam enim omnium ſceleſtè factorum ad Furias referebant priſci. Silius lib. 2. *Atq; omnes adſunt Pœnæ*. vide lib. 7. v. 147.

v. 803. Sacer Favor) *Sacrum* dicunt poetæ, quicquid religione aut opinione horrendum, aut alioquin terribile atq; reconditum obſcurumq; eſt. Virg. Æneid. 3. v. 57. *Auri ſacra fames*. infra lib. 4. v. 185. *Arma ſacra metu*. lib. 7. v. 165. *Illa ſacrô quô freta venenô*. vide Barth. lib. 33. c. 15 Becman. Orig. & Laurenberg. in Antiquario p. 396.

v. 813. Incondita) Rei antea ignotæ ſtatum innuit. Eſt enim *Condere* nonnunquam notum facere, & ut aliquid in luminis oras prodire. Barth. ad Claudiani epigramma 27. & lib. 29. c. 5. & lib. 45. c. 21. ubi, *inconditus*, inquit, vagus, incompoſitum, ſemiperfectum notat.

v. 818. Nec Membra Sepulcrô Contegat) Talem nominitabant ἐξερριμμένον. ἀτάφον. Peculiari enim ſignificatione corpora, quæ ſepulturâ privantur, *Projici* dicuntur ἐκβεβλῆσθαι. Cicero 1. Tuſc. *Durior Diogenes, & id quidem ſentiens ut Cynicus, aſperius, projici ſe juſſit inhumatum*. Seneca epiſt. 93. *Utrum projectum canes differant, ac conſumatur — Canibus data præda marinis; Quid ad illum?* Deſid. Herald. in Jamblich. c. 10. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 2. Boch. ad Pſalm 78.

v. 819.

v.819. HÆC NOSTER DE REGE PIACULA SANCUIS SUMET) Vide infra lib.3. v.384.

v.837. HÎC GEMINÆ PORTÆ) Virgil. 6. Æneid.

v.844. CASTAQ: IN VESTE SACERDOS) Infra lib.3. v.423. *Castus*, purum sæpè significat. Barthius, præclarè de bonis literis meritus hactenus, & mereri quoq; porrò studens, lib. 31. c.12.

v.845. LAMPADA QUASSANS) lib.8.v.278. *Primus & ecce fero quatioq; hanc lampada.*

v.846. PROGENIES ATLANTIS) V.N. ad Prudent. I. in Symmach v.90 Natal. Com. lib.5.c.5.

v.848. CAMPOSQUE) V.N. ad Horat. XVI. Epod. v. 41.

v.848. UBI SOL) Nimirum in camp. Elysiis Sol perpetuus sine successione noctis lucet. Claudian.2. de raptu v.283. ——— *Lumenq; videbis Purius, Elysiumq; magis mirabele Solem.* Barth. lib.45. c.12. Confer Virgil.6. Æneid v.650.

v.849. APRICA DIES) Glos. *Apricus*, τόπος εὐήλιος. Onomast. ϖϱοσήλιος. Becman. Orig. *Apricum quasi Africum*, à Φρίκης, *id est sine horrore*, ἡλιαζόμενον, εὐήλιον. vide & Isidor. Orig. 14. c.8. & Festum. Lib. 3. v. 360. *Nilum apricum* dicit.

v.849. THIASIQUE) V.N. ad Virg. eclog. 5.

v.853. PŒNA MANEAT) V.N. ad Horat. XVI. Epod. v. Atq; hæc è libro primo, veluti metalla è suâ venâ, eruebam.

AD LIBRUM II.

VERS. ALTA SECAT) *Secare fluctibus, aquor, altum*, poetis est navigare, ut Græcis κύματα πέρνειν. Oppian. Hal. I. v. ὅσσα βυθοῖσιν ἐπ' ἄγελαι

ἄχειᾶ κύμαϛα τέμνειν. Æneid.5.v.2. *Fluctusq; atros Aquilone secabat.* Sennca Hippol.v.228. *Nondum secabant credulæ pontum rates.* Troade v.1026. *Qui secans fluctum rate singulari.* Boeth.2 met.5. *Nondum maris alta secabant.* infra lib. 4. v.270. *Rapidum ventis certantibus æquor Intemerata secat.* Idem est πόντον ἀναϛίζειν, κόπτειν ὕδωρ. Ovid.1. Trist.10. *Scindere Bistonias altera puppis aquas.* Et 5.Trist.3. *Scythicum profuga fidere puppe fretum.* Adi Vechner.2. hellenolex. c.12.

v.7. Piseæ) Turneb.19.c.18. Ex Apollonio emendandum, *Tisseæ.* quanquam *Piseam* in Orpheo legimus.

v.7. Mergunt) Vide infra v.442.

v.8. Jam Longa Recessit) Virg.3. Æneid.v.72. *Provehimur portu, terraq; urbesq; recedunt.* Quæ enim prætervehimur, recedere à nobis videntur. Rutilius lib.1. *Alsia prælegitur tellus, Pyrgiq; retedunt.* infra lib.8.v.12. egressi relegunt campos. Hoc Statio est *Decrescere;* lib.2. Achilleid.v.4. —— *Et à tergo decrescit Bachica Narox, Ante oculos crescente Samo.* Ibid.v.307.

—— *Et jam arduæ crescere nubes*
Incipit, & Scyros longè decrescere ponto.

v.9. Attolit Magnes Equis) Lucan.lib.6. *Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.*

v.9. Tondentes Pabula) Æneid.3.v.537. *Equos in gramine vidi Tondentes campum latè.* Georg 1. v.15. —*Nivei tondent dumeta juvenci.* V.N. ad eclog.10.v.7. Seneca Thebaide v.129. *Bœotios Colonus agros uberes tondes Soli.*

v.13. Vela Legunt) Æneid.3 v.532. *Vela legunt socii.*

v.13. Remis Insurgitur) Infra v.77. *Certatim remis agitur mare.* Virg.3.Æneid.v.56. *Eripite ò socii, pariterq; insurgite remis.* Et 5.v.89. —*Nunc nunc insurgite remis.*

v.17. Im-

v.17. IMMANIA MONSTRA GIGANTUM) *Monstra* sunt omnia deformia & minus usitata videri animantia, tàm inter homines, quàm in cœlo Barth.lib. 54. c.18. Dicunturque Gigantes διὰ ὑπερβολὴν σωμάτων εἶπε μεγέθεσι καὶ ῥώμεσι, ut ait Philo lib. de Gigantibus. Vide Thomam Fazellum De rebus Siculis decad. 1. lib.1.c.6. & dec.2. lib.1. c.1.

v.22. TORQUET AB ALTO FULMINA) vide supra lib.1.v.695. Et v.372. *Tortum non à Jove fulmen.* Claudian. *Torsisset fulminis alas*, vide statim 3. Theb. v.317. & infra v.97.

v.24. SICULA PRESSUS TELLURE TYPHŒUS) Ovid.5. Metam.v 346. & 2.Pont 10.Pindar. pyth.1. & Olymp. 4. αἴτνας appellat ὑπενηνεμίσσαν ἑκατογκεφάλαν πυρὸν ὀδρίαν. Nonnus lib. 2. Virgilius hæc tribuit *Encelado* lib.3. Æneid. v.578. infra lib. 4. v.235. Seneca Herc. œt. v.115. Galter.lib.7.v.122.

v.34. JAMQUE HYPERIONIUS METAS MARIS) Descriptio Solis occidentis. Credebant enim antiqui Solem mergere currum suum in Oceano. Ita Statius 3. Theb. v. 407.

Solverat Hesperii devexo margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq; lavabat
Oceani sub fonte comam, &c.

Infra lib.3.v.719. lib 4. v.90. lib.5. v.177. lib.6. v.27. Sol oriens describitur lib.1.v.311.

Alma novo crispans pelagus Titonia Phœbe.

Lib.2. v.75.

Cùm primus equis exegit anhelis
Phœbus Athon, mediasq; diem dispersit in undas.

Lib.3. v. 410.

Vbi puniceas oriens ascendit undas.

Lib.4. v. 422.

Postera non cassa Minyis Aurora retexit
Noctis iter.

Nox,

Nox, lib. I. v. 274.
Sol ruit, & totum Minyis latantibus undæ
Deduxere diem.
Lib. 5. v. 107.
Jamq; reducebat noctem polus. Et v. 078.
Nox hominum genus & duros miserata labores
Retulerat fessis optata silentia terris. Et v. 698.
Et jam sideream noctem demittit Olympo.
Lib. 6. v. 751.
Nox simul astriferas profert mortalibus umbras.
Triduum describit lib. 3. v. 1.
Tertia jam gelidas Tithonia solverat umbras,
Exsueratq; polum.
Septiduum, lib. 1. v. 283.
Septem Aurora vias, totidemq; peregerat umbras
Luna polo.
Vesper, lib. 4. v. 376.
Vel rueret summo jam frigidus æthere vesper.
v. 37. Rupto Sonuit Sacer æquore Titan.)
Solem cum stridore mergi, poetæ fabulantur. Ausonius:
Condiderat jam Solis equos Tarteſſia Calpe,
Stridebatq; freto Titan insignis Ibero.
Et Statius 2. Silv. carm. 7. de Bæticâ loquens:
Felix heu nimiis & beata tellus,
Quæ pronos Hyperionis meatus
Summis Oceani vides in undis,
Stridoremq; rotæ cadentis audis.
Vide infra lib. 4. 6. 91.

Hausere id ex Posidonio Philosopho poetæ, (ut testatur Strabo lib. 3.) qui *Solem circa Tarcessi littora* multò majorem *occidere* affirmabat, & *cum strepitu*, perinde atq; in profundum ibi incideret, pelagusque ad ejus contactum efferveſceret. Ludovic. Nonius in Hispaniâ c. 12. T. 4. Hispan. illust. p. 395. Ridiculus autem

tem est Stesichorus, qui aureo poculo innixum solem transire mare putavit: ἄλιος, inquiens, ὑπειρονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον, ὄφρα δ' ἀκεανοῖο μεσάτας ἀφίκηθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς.

v.38. SE VERTENTIS OLYMPI) Seneca Troade v. 437.

Partes ferè nox alma transierat duas,
Clarumq; septem verterant stellæ jugum.

V. N. 8 Trist. 3. v. 47.

v.41. IPSA QUIES RERUM) Statius 7. Theb. v. 450.

——*Donec Sol montibus omnis Erepsit, rebusq; dedit sopor ocia fessis.*

v.42. STELLATUS) infra v. 500. *stellantia lumina.* vide Indicem Draconis.

v.42. CRINIBUS) Nihil usitatius, quam stellis attribui *Crines.* infra lib. 5 v. 415. *Et madidis rorantes crinibus ignis.* Et v. 569. *Nox luciferas crinita faces.* Lib. 3. v. 131. de typhone: *Quem Juppiter altè Crine tenet.* Virg. 5. Æn. v. 528. *Crinemq; volantia sidera ducunt.* Cl. Mar. Victor lib. 1. in Genes. v. 93.

——*Fundataq; semina lucis*
Puniceos roseo sparserunt fomite crines

Etiam Cometa dicitur *crinitus & barbatus.* Claudian. *Ferali crine cometa.* Silius Italicus lib. 1. *Crine ut fatifero terret fera regna Cometas.*

v.43. AC VELUT IGNOTA) Terriculamenta nocturna molesta esse solent, etiam sine causâ. Cujusmodi terrores & horrores noctu iter facientibus occurrunt: ut hîc Valerius testatur. Cui adstipulatur Silius lib. 6.

——*Silvisq; per avia cæsis*
Ablati furtim multo cum vulnere solos
Per noctem metantur agros; sonus omnis & aura
Exterrent, pennaq; levi commota volucris.

v.44. NOCTIVAGAM ITER) Statius 12. Theb. v. 132.

nocti-

noctivagum gregem: Attius, noctivagum Lunæ cursum: Lucret. lib. 4. v. 586. noctivagum strepitum Faunorum: & lib. 5, v. 1192. noctivagas cæli faces, dixit.

v. 44. CARPIT ITER) Statius 12. Theb. v. 144. *Debile carpit iter.* Horat. 2. carm. 17. *Supremum carpere iter comites parati.*

v. 45. NOCTIS; METÛS) Onosander Strateg. c. 42. κὴ πᾶν τὸ ἐν νυκτὶ, κὰν μικρὸν ᾖ, φοβερώτερον.

v. 46. UMBRIS MAIORIBUS ARBOR) Virg. eclog. 1. *Majorisq; cadunt altis de montibus umbræ.*

v. 52. HORRUIT IMBRE DIES) Boethius lib. 1. met. 6. *Cùm sævis Aquilonibus stridens campus inhorruit.* Virg. 5. Æneid. v. 11. *Inhorruit unda tenebris.*

v. 54. DECIMÆ TUMOR UNDÆ) Gratissimam maris tempestatem τρικυμίαν nominant, ὅταν τὰ τρία κύματα εἰς ἓν συναφθῇ. Etymolog. tamen à τρέω timeo, & κῦμα deductum vult: ut σφοδρότητα καὶ δεινότητα τῆς θαλάσσης παρεχὸν significet. Nominari etiam δεκακυμίαν comperimus: quemadmodum Latini *Decumanum fluctum* vocant. Ovid. Metam. 11. v. 531. *Decimæ impetus undæ.* V. N. 1. Trist. 2. v. 50. Politian. miscell. c. 86. Seber. ad Pollucem p. 155. Festum.

v. 62. QUÆ DELAPSA POLO REFICIT MARE) Lipsius lib. 2. Physiolog. Stoic. c. 14. vide infra lib. 3. v. 410.

v. 69. CERERIS TUM MUNERE FESSAS RESTITUUNT VIRES) Lucret. lib. 1. v. 854. *Cibus auget corpus alicq;*, Et lib. 2. v. 1147. *Omnia debet enim cibus integrare novando, Et fulcire cibis, ac omnia sustentare.* Et lib. 4. v. 868. *Propterea capitur cibus, ut suffulciat artûs, Et recreet vires interdatus.* Vide Tiraquell. de nobilit. c. 31. n. 178.

v. 71. REGUNT SUA SIDERA PUPPEM) *Sua* voce utuntur scriptores pro eò, quod alicui rei competit. Barth. lib. 24. c. 15. Exempla alia congessi 3. Trist. 5. v. 4.

v.73. ALBET AGER) ita ferè Apulejus lib.7.Met. *Ut primùm, tenebris abjectis, dies malebat, & candidum Solis curriculum.* vide lib.3 v.166. ibid.v.257. *Orta dies, notaq; (nefas) albescere turres.* Lib.7.v.22. *Ecce vidit tenuè candescere lumen eoô.*

v.77. CERTATUM REMIS AGITUR MARE) Nonnus lib.3. v.46. νήεσσιν ἀφεσσομοισιν ὕδωρ ἐχάραξσον ἐρετμοῖς. Homer.Odyſ. δ. v. 580. ἐξῆς δ' ἐξόμβροι πολιὴν ἅλα πάντα ἐρετμοῖς. Apollon.lib.1.v.914. —ἔνθ' ἅρα τοῖγε κόπτον ὕδωρ δολιχῇσιν ἐπικραέως ἐλάτῃσιν. Supra v. 13. *Remis insurgitur.* vide lib.1.v.450.

v.85. JUNONEM VOLUCRI SUSPENDIT OLYMPO) Homer. Iliad. ο. Natal.Comes lib.2.c.4. V. N. ad Hilarii Geneſin v.86.

v.88. VULCANUM VERTICE CŒLI DEVOLVIT) Natal. ibid. c.6.

v.90. TURBINIS IN MOREM) vide lib. 1. v. 626. infra v.196. 262. lib.3. v.42.77. lib. 4. v.260. *Bebryx, Maleæ velut arce fragosâ Turbo rapax.* Et v. 451. *Niger intortô cœu turbine nimbus.* Et v.509. Lib.6.v.353. *Magno veluti cùm turbine seſe Ipſius Euboæa frangunt in limine venti.* Virg. Æneid. 10. v. 603. *Torrentis aqua vel turbinis atri more furens.* Et 12. v.923. *Volat atri turbinis instar.*

v.93. ALTERNOS ÆGRÒ CUNCTANTEM POPLITE GRESSUS) 1. claudicantem. Quô enim pede ægrotabat, eô cunctantiùs deteriuſq; incedebat. Turneb lib.3.c.13. σκάζοντα ποδὸς nominat Nonnus lib. 5.v.141. Et lib.2 v.225. σὺς πυρὸς ἥφαιστος ἀπειθέα γόνατα σύρων. Vide Plutarchum *De facie Lunæ.* Ciceron. 2. de Nat.Deor. P.Victor. lib.29. var. lect.c.10.

v.96. LIPARES DOMUS) *Lipara*, inſula una ex ſeptem Æolis, Vulcano conſecrata. Scholiaſt. Juven. ad Sat.13. p.115. & ad Sat.1.p.2.

v.97. ÆGIDE) De hac Euſtath. in Iliad. p. 458. & 191.

191. infra lib 3.v.87. *Ægistrô quam nec fera pectore virgo Depulerit.* Lib.4. v.604. *Divaq; Gorgonei gestatrix inuba monstri.* Lib. 6. v. 173. *Ipsaq; Pallas Ægide territa, &c.* Et v.396. *ægida tum primò Virgo spiramq; Medusæ Tercentum sævis squalentem sustulit hydris.* Nonnus lib. 17.v.291. αἰγίδα vocat κυδοιμήτειραν ενυὼ. Et lib.24 v.299. Αἰγίδα τελεσιμήνης.

v.97. FULMINIS ALIS) Claudian. 2. de raptu v. 228. *Ni Juppiter æthere summo Pacificus rubri torsisset luminis alas.* vide infra lib.6.v.527. supra v.22.

v.100. MARTEM TENUERE CATENÆ) Ovid 4. Metam. & 2. de arte Homer. Odys. 8. Natal. Com. lib. 2.c.6. Nonnus lib.5. v.583.

v. 103. CRINEM SUBNECTITUR AURÔ) Aureis funiculis nectere capillos mos. Ovid. 12. Metam. v. 395.

Barbæ color aureus, aureaq;
Ex humeris medios coma dependebat in armos.

Juvenal. Sat.2.

Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.

Infra lib.6. v.709.

Comæ; quas flore Sabæo
Nutrierat, liquidoq; parens signaverat aurô.

Coluthus de Bacho : χρυσείοις δ' ἑκάτερθε πλοκάμοισι. Adi Tiraq. connub.3.p.32. in *Crobyle.*

v.104. DIFFUSA SINÛS) Mox v.104. *Maculis suspecta genas.* v.142. *Icta genas.* v.150. *Picta manûs,* vide infra v.207. lib.6.v.136. lib. 7. v.362.

v.116. VESTIGAT) Varro lib.4. de LL. *Vestigator à vestigiis ferarum, quas indagat.* Glos. ἰχνεύω, *vestigo.* Eutyches lib.2. de discern. conjug. infra lib.4.v.434. *Vestigatq; ratem.* Lib.7.v.158. *Et fulvô vulnerem vestigat Olympo?* Statius XI. Theb. v. 137. *Vestigat Polymicus iter.* Et lib.9.v.365. *Miseri nequiquam funera nati vestigat.*

v.117. DIGNA ATQ; INDIGNA) vide Comment. Terent. p.583.

v.130. TERRASQ; FATIGAT) De Fama Ovid. 8. Metam. v. 39. Virgil. 4. Æneid. Tertull. apologet. cap. 8.

v.122. QUALIT OPPIDA LINGUIS) κλονέω. Variè usurpat hoc verbum Valerius. vide lib.1.v.698.748 lib.2.v.501. lib.3.v.20 v.337. lib. 5. v. 93. 272. 310. 563. lib.8.v.276.262 278.466. vide & lib. 1. v. 81.

v.126. HANC SUPERINCENDIT) Vide Magir. in Polymnemone, tit. Fama n.21. & 22. & n.1.

v.128. PRÆCURRERE QUALIS BELLA SOLES) Elegans & copiosus de hoc est Gruterus, optimè his de literis meritus; in Discurs. ad Tacitum, parte 1. tit. *Ipsa plerumq; fama bella profligari*, p.63.

v.130. INNUMERÛM) Crebra & familiaris est huic autori Syncopa. lib.1.v.1. *Deûm.* v.45. *Divûm.* v.121. *Virûm.* v.241. & 455. *Semiferûm.* v.496. *Virûm.* v.498. *Grajûm.* v.555. & 688. *Deûm.* v. 757. *famulûm.* Lib. 2. v.16 18. 170. 179. 456. 557. 658. lib.3.v.4.19.40. 85. 125. 165.214.220.223. 275. 441.716. lib 4.v. 86.152. 341. 351. 425.471.476.525. 540.576. lib.5.v.313.329.386. lib 6. v. 102.369.388.391.410.443.485.504. lib.7. v.171.

v.130. FLATÛS EQUORUM) V. N. ad Dracont. v. 160.

v. 133. RABIDAS DOLOR UNDIQUE MATRES INSTIMULET) Nihil uxores æquè exasperat, quàm virorum congressus cum externis impudicisq; mulieribus: & quidvis aliud in marito, quàm pellicem, æquioribus oculis adspiciunt. Videatur Seneca in Medéa v.579. & Herc.Oet.v.233. & cumprimis Tiraquellum connub.13.n.27. & seqq. itemq; connub.61.n.1.

v.173 EXESAM CURIS) Lib.4.v.468. *Qui te exedit labor, & miserus festina senectus.* Statius lib.2. v.319. *Exedere animum dolor iraq; demens.* Lucret. lib.3.v. 1008. *Quem volucres lacerant, atq; exest anxius angor.* Poetæ Curas vocant μεριδίους, seu membra edentes: quòd

quòd universum adipem, & quicquid carnis molle ac recens concretum est, solvant & liquefaciant. Hinc vetuit Pythagoras inter cætera, μὴ ἐσθίειν καρδίαν.

v.140. Longô Mulcent Insomnia Pensô) Tiraq. connub. 10. per totum.

v.146. Indignô Amore) Virg. eclog. 10. *Indigne cùm captus amore periret.* Ibi Alberic. Gentilis, lect. Virgil. c. 19. *Indignus amor, qui præ magnitudine æstimari non posset, nec narrari propter vilitatem.*

v.150. Picta Manûs) Barbaræ mulieres manûs sibi pingere solebant; &, ut opinor, etiam ad candorem gypsare. Turneb. 12. c. 18. Confer mox v. 159.

v.152. Thalamis) i. conjugiis. Claudian. de bello Gildon. v. 166. *Inflat thalamis obscenus adulter.* Et lib. 1. de raptu v. 104. *Sed thalamos etiam prohibes?* Notatum Barthio.

v.156. Simile Ut Flammis Simus Genus) Si hoc de amore ac libidine mulierum, quâ furenter inflammantur, accipiendum; tum vide Tiraq. connub. 15. n. 58. Comment. Terent. Ennuch. 1, 2. Sin de iræ furore, quô exardescunt; consulè itidem Comment. Terent. p. 651. Masserius hic: *Est sanè mulier, flamma, cruenta scorpionis percussio, iniquitatis via, janua diaboli, genus viris noxium, mentis casta tentamentum, labes prima, viscus inevitabilis, urens ventus; quum admovetur stipula, ignem accendens.*

v.157. Lacte Ferino) Ovid. 3. Trist. 11. *Natus es è scopulis, nutritus lacte ferinô.* Vide ibid. notas & 1. Trist. 7. v. 43. Tiraq. de nobilit. c. 10. n. 87.

v. 158. Durata Gelu) Statius 2. Achill. v. 393.

—— *Duratæque multô sole gelûque cutis.*

v.159. Virgata) Threcissam mulierem, quæ variis compuncta notis, *virgatam* appellat. Paulò antè dixerat *pictam* v.150. *Picta manus, ustoque placet sed barbara mento.* Ita nominat, quæ stigmata in manibus

& mentô habebas. Sed & toto corpore stigmatis erant notatæ. Herodotus & Thracum mulieribus: τὰ μὲν ἐσίχθυα, ἀγενὲς κέκριται· τὸ δὲ ἄστικτον, ἀγενές. *Virgata* igitur est ἡ ἐστιγμένη, & stigmatis compuncta. Malè igitur Turnebus lib. 2. c. 14. Virgatam accipiebat virgatis vestibus otnatam. Claud. Salmas, vir doctissimus, in Notis ad Vopiscum p. 512.

v. 165. DOLOR IRAQUE SURGIT) Lib. 4. v. 253. *Odia aspera surgunt Ignotis prius, atq; incensa mente feruntur.* Lib. 1. v. 678. *Truces consurgere in iras.* Lib. 2. v. 454. *Surgitq; miserrima pugna.* lib. 5. v. 221. *Impia jam surgunt prælia.*

v. 166. NÆ ULLI VANA FIDES) *Nam nos in vitium credula turba sumus.* Ovid. 4. Fast. v. 310.

v. 171. NUDISQ; SUB ASTRIS) Lib. 8. v. 454. *Eademq; sub astris sola movet* Horatius dicit, *Sub Jove frigido.* 1. Carm. 1.

v. 172. CONDENSÆ) Verbum Lucretianum lib. 2. v. 99. *Quorum condensô magis omnia conciliatu Artari possunt.* Et lib. 1. v. 595. *Agmine condensô naturam corporis explent.*

v. 173. STYGIAS TEDAS) Vide Ovid. Metam. 4. v. 481.

v. 178. PLAUSTRA SEQUI) Supra v. 160. Plaustrô direpta nurus. vide lib. 6. v. 81. Loquitur autem *de Hamaxobiis*; qui, quia pro sedibus plaustra habent, sic dicti sunt. Eos Vadianus esse credit, quos Poloni *Moscovitas* vocant, corruptô vocabulô.

v. 179. STRAGEMQ; DEUM) Dii etiam Bona nostra, opes, divitias, notant, non secus ac Fortunæ nostræ. Valerius hîc. Barth. lib. 23. c. 1. Masserius templorum everſionem intelligit.

v. 182. MANÛS ARMABIMUS IGNE) Ovid. 2. Trist. v. 268. *audaces instruit igne manûs.*

v. 184. IGNEA TORQUENS LUMINA) Prudent. Psych.

Psych. v.114. *Sanguinea intorquens lumina*; Ibi V. N. & 4. Trist. 2. v.31. & infra lib. 4. v.234. Joseph. Iscan. lib. 4. v.396. *Igneſcentia torquens lumina.* Oculis autem inflammari, iracundorum est, Coint. Smyrn. lib. 3. v. 35.

——— ὠὰ δέ οἱ ὄσσων
πῦρ ἄμοτον μάρμαιρε.

Theocritus Heraclisco de serpentibus:

——— ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
ἐρχομένοις λάμπτωκε

Vide supra lib. 1. v. 753. & lib. 5. v. 520. & lib. 7. v. 415.

v. 186. EVICTAQ;) Lib. 1. v. 248. *Dubiisq; evincite rebus.*

v. 187. SACER GEMITUS) vide supra lib. 1. v. 803. & Barth. ad Claudian. 1. de raptu v. 25.

v. 188. DELUBRAQ; FESTA FRONDE TEGUNT) Coronare templa, est, frondibus ea contegere. Euripides Jone:

χο. ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
φοίβα κατέχει δέμας Ιων· ξέμμασί γ' εὐθύτος
Αμφὶ δὲ Γοργόνες.

1. *an revera in medio* (terræ) *umbilico Phœbi delubrum est?* Ion. *Coronis etiam redimitum, & circa Gorgones.* Adi Paschal. lib. 4. Coron. c. 8.

v. 190. JAMQUE DOMOS MENSASQ; PARANT) Antiquitus peregre advenientibus cœnam parabant: vide Comment. Terent. p. 172.

v. 192. BARATHRI) Inferas damnatorum domos & spelunceas stygias poetæ *Barathrum* sæpe vocant: Cl. Mar. Victor. lib. 1. v. 425

——— *Cuperet si forte pateret,*
Condere se barathro.

Juvencus lib. 4.

Quas (pœnas) *Pater horrendis barathri per stagna*
Dæmonis horrendi sævis ipsis paravit. (profundi

Prudentius Apotheos. v. 253.

Inferni petat ima poli, barathroq; coquatur.
Nonnunquam quamvis profundam voraginem. Silius lib. 9.

Qui se postquam Ætnæ mersit candente barathro.
Prudentius peristeph. 2. quod v. 238. nuncupat *lugubre antrum*, mox v. 249. *barathrum* dicit: *In hoc barathrum comicit Truculentus hostis Martyrem.* Ubi Schol. *Baratrum nomen immensæ profunditatis.*

v. 193. PHLEGYAM ET THESEA JUXTA) Virg. 6. Æneid. *Sedet æternumq; sedebit Infelix Theseus, phlegyasq; miserrimus omnes Admonet.* Natal. Com. lib. 3. c. 16.

v. 195. TORMENTI GENUS) Ex Virgilio est. Æneid. 8. v. 487.

v. 204. PAVOR) Hesiod. in Theogon. v. 931.

——— Ἄρηϊ
φίλοτήτι Κυθερείη φόβον καὶ Δεῖμον ἔπικτεν
δεινούς, οἵτ' ἀνδρῶν πυκινὰς κλονέουσι φάλαγγας, &c.

Nonnus lib. 2. v. 415.

Καὶ βλοσυρὸς δύο παῖδας Ενυαλίοιο κορύστας
εἶχε φόβον καὶ Δεῖμον.

v. 304. DISCORDIA DEMENS) Infernale hoc & inauspicatum sodalitium etiam à Senecâ, cothurnô elegantissimo deningitur in Oedipo v. 590. iterumque Herc. Fur. v. 688 Confer Petronium De mutatione Reipub. Romanæ, ubi & Discordiæ graphica descriptio; & Prudent. in Psychomachiâ.

v. 205 GENIS PALLENTIBUS IRÆ) Communi enim fertur adagiô, iracundissimos esse flavos rubentesq; Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19. Joh. Saresber. lib. 5. Policrat. c. 15.

v. 207. EXERTA MANÛS) Enallage participii passivi pro activo: *exerens manûs.* vide supra v. 104. infra v. 212. *Taboq; sinûs perfusa recenti.* v. 249. *illa pias ermata manûs.* v. 470. *oculos dejecta pudore.* lib. 3. v. 314. *Fusa comas.* & alibi.

v.212. Taboque) Glos. *Tabo*, αἵματι νεκρῶ, λύθρῳ. vide Charisiam, & Martin. in Lex. infra lib.4. v.747. *Sanie tabo, recenti.*

v.221. Ut Erant) Elegans loquendi genus, quod idem valet, ac si quis dicat, eadem formâ, eodem habitu, vultu & cultu. Notavit Jan. Casper. Gevart. ad Statium 2. Silv. carm. 1. c. 7. vide lib. 7. v. 211.

v.221. Dapibus Vinoq; Soporos) Petron.—*Sepultos Priamidas nocte & mero.*

v.230. Immanes Bessi) Isidor. Orig. 9. *Bessi, barbari fuerunt, qui à multitudine boum sic vocati creduntur.* De iis Plinius lib. 4. c. 2. Veget. lib. 2. c. 11. Ovid. 3. Trist. 10. & 4. Trist. 1. Ammianus lib. 27. *audacissimam Bessorum gentem* nuncupat.

v.232. Æquoris Iræ) vide supra lib. 1. v. 37. infra lib. 8. v. 382. *Noctes atq; dies vastis mare fluctibus inter perfurit.*

v.234. Miserô Luctamine) Lib. 6. v. 510. *misero lustramine.*

v.259. Trieterica Æra) infra v. 624. *Ogygii Trieterica Bachi sacra.* Evolve Gyrald. hist. Deor. Syntag. 17. p. 518.

v.261. Roseis Auroram Bigis) Virg. 7. Æneid. v. 26. *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.* Vide Paschal. 3. Coron. c. 7. Natal. Com. lib. 6. c. 2. & quæ notavi ad Hilarii Genesin v. 68.

v.263. Stabilem Quando Optima Facta Dant Animum) D. Bernhardus tract. De interiori domo c. 45. *Vis nunquam esse tristis? Bene vive. Bona vita semper gaudium habet. Conscientia rei semper in pœna est.* Lege eundem de Conscientiâ. Chrysost. homil. 1. in c. 1. ad Romanos: καθάπερ οἱ λῃ̃σ νυκτὸς ἀσελήνε βαδίζοντες τρέμουσι, κἂν μηδεὶς ὁ φοβῶν παρῇ· ἕτω καὶ οἱ τὰν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενοι φοβεῖσθαι ἐκ ἔχουσι, κἂν μηδεὶς ὁ ἐλέγχων ᾖ. Gruter. discurs. ad Tacitum parte 2. p. 79. & seqq.

v. 264. MAIORQ; PIIS AUDACIA CŒPTIS) Imò *non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsâ rerum difficultate.* D. Bernhard. epist. 256.

v. 265. SERTA PATRI) Pasual. lib. 4. Coron. c. 15. legit, *Serta capit:* aitq; turbam Bachantium describi hîc ad exemplum ipsius Bachi. vide.

v. 265. JUVENISQ; COMAM) Et Ovidius 4. Metam. Bachum semper esse juvenem contendit:

——Tibi enim inconsumta juventa est.

Et *intonsus* insuper pingitur. Ovid. ibid. *Indetonsusq; Thyoneus.* Anthol. l. c. 38. ἀβρακόμης & ἐυχαίτης appellatur.

v. 267. PLENAS TACITA FORMIDINE CISTAS) Gyrald. hist. Deor. Syntag. 14. p. 414.

v. 269. QUATIT HASTAM) Lib. 6. v. 291. *Furiis ardens quatit arma paternis.*

v. 269. HASTAM PAMPINEAM) I. thyrsum. Consule Camerar. medit. hist. cent. 1. c. 93. Casauben. Satir. poesi lib. 1. c. 2.

v. 271. CORNUA) Bachi imago vulgò *cornuta* pingitur. Camerar. ibidem. Gyrald. hist. deor. Syntag. 3. p. 260. & 269. Athenæus lib. 11. p. 476. Casaubon. de Satir. poësi lib. 1. c. 2. Supra lib. 1. v. 731. *Bistonas ad meritos cum cornua sæva Thyoneus torsit.* Lib. 5. v. 79. *Udaque pampineâ nectentem cornua vittâ.*

v. 271. MITRA) *Mitra*, gestamen Bachi. Statius de Bacho lib. 1. Achill. v. 626. *Serta comis mitramq; levat.* Lucian. Bach. κερατοφόρος, βοτρύοις ἐστεφανωμένος, μίτρᾳ τὴν κόμην ἐπὶ ἀναδεδεμένος: *Corniger, racemis coronatus, mitrâ comam habet redimitam.* Quid autem mirum, Bachum gestare mitram, cùm ipse non solùm sit mas, sed & femina? Quod antiquitas ideò finxit, ut ostenderet hunc Deum non tam effeminare viros, quàm mulieribus addere fortitudinem. Unde &

voca-

vocatus est θηλύμιτης & ἄρχων, *princeps effeminatus & mitratus.* Fuit autem ista mitra nivea & cornuta: ut hic Valerius testatur. Sophocles Oedipo eam vocat auream, & ipsum Bachum τὸν χρυσομίτην. Plura lege in tessellato Coronarum Operi Paschalii, lib. 4. c. 21. Tiraq. Connub. 3. p. 58.

v. 273. Stridore Fores) Isidor. Orig. 1. cap. 36. *Onomatopœia, nomen fictum ad imitandum sonum vocis confusæ, ut stridor valvarum, mugitus boum, balatus ovium.* vide lib. 3. v. 238. 277. 565. Lib. 4. v. 497 *stridunt alæ.*

v. 278. Gliscit) De hoc verbo vide Barthium, μεσῶν φωνῆεν, lib. 35. c. 20. infra lib. 5. v. 371.

v. 282. Orgia) Rittershus. ad Oppian. 4. Cyneget. v. 247.

v. 287. Canis Pruinis) Index Dracent. in *Canescunt.*

v. 287. Urebat) Ind. Dracont. in *Adurit.* V. N. 3. Trist. 4. v. 48.

v. 288. Per Opaca Silentia Noctis) Supra v. 41. *Ipsa quies rerum, mundique silentia terrent.* Lib. 5. v. 279. *Nox tulerat fessis optata silentia terris.* Virg. 2. Æneid. ——*Tacita per amica silentia noctis.* Apulejus lib. XI. *Opaca noctis silentiosa secreta.*

v. 294. Annue Votis) Brisson. de Formulis.

295. Bigas) Claudian. 1. de raptu v. 277. *Sparso nox humida somno Languida cæruleis invexerat otia bigis.* Æneid. 5. v. 721. *Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.* Seneca Agamem. v. 817. —— *Tuas lentè remeara bigas Candida Phœbe.*

v. 295. Soporiferas) Ovid. 4. Trist. 1. *Soporifera Lethes pocula.* 5. Trist. 2. *Soporiferum papaver.* Metam. XI. v. 588. *Soporiferam somni aulam.* Glos. κωφοφόρους, *soporiferum.*

v. 296

v.296. DITE SOLUM) *Diti fructu luxuriare vineam*, dixit Cl. Marius Victor lib.3.v.71.

v.301. TAURORUMQ; LOCOS) V.N. 4. Trist. 4. v. 63. Scholiast. Juven. ad Sat. 15. p.134.

v.305. SOLI NON MITIS ARICIA REGI) Strabo lib.5. Lucan. lib.3.v. 86. ibique Sulpit. & Micyllus. Ovid 3. Fast.

v.307. CONGRUERAT) Saresber. lib.1. policrat. c.13. *Grus semper adfert, quod expedit; unde & Gruere verbum antiquum, à quo Congruere, quod proficit: & Ingruere contrà, quod officit. Vnde illud:* ——*Bis vitibus ingruit imber.* Festus: *Congruere dictum est à gruibus, quæ se non segregant sive cum volant, sive cum pascuntur.*

v.309. DONANT SOLIO SCEPTROQUE) I. Reginam faciunt. *Sceptrum* enim *& Solium*, duo vera insignia principatus conjungit. Vide Sagaciſſimum Barthium ad Claudian. lib.1. in Eutrop. v.213.

v.318. PROTEAQ; AMBIGUUM) Ovid.8.Metam.v. 738. Hygin. fab. 118. Gyrald. hist. Deor. Syntag. 5. p.161. Julian. epist ad Jamblichum. Cassiodor. lib.5. var. ep. 34. *Protei fabulis jure sociandus, qui subitò comprehensus substantiæ suæ formam omnimodis non habebat. Nam ut celeret hominem, aut leo frendebat, aut sibilabat anguis, aut in undas liquidas solvebatur.*

v.319. PHOCIS) Lib.5. v. 439 *Odrysio gaudebant carmine phocæ.* Glos. *Vitulus marinus*, φώκη. Nonnus lib.1.v 38. φωκάων ἔαρὺ δέρμα. vide Rittershus. ad Oppian.3. Cyneget. v.114. & Hal. 1. v.406.

v.333. COQUITURQ; VAPORIBUS) I. calet, calefit. Circuitio poetica. *Vapor*, pro calore. Gisan. Ind. Lucret.

v.339. INCUSÆ MASSÆ) *Incudere*, verbum τῆς τυπώσεως, pro imprimere cudendo. Virgilius: *Cratera impressum signis.* Græci ἐμπύλειν hæc dicunt & ἐμπολεῖν quod

quod planè est incendere. Unde ἐμπαιστικὴ τέχνη, quæ operibus argenteis signa aurea imprimebat. Huc refer verba Senecæ epist. 5. *Non habemus argentum, in quod auri calatura descenderit.* Pro, *malleo ducere*, simpliciter aliquando usurpatur; ut hoc loco. Casaubon. ad Persii Sat. 2. p. 209.

v. 342. Tyriò Ostrò) Apud Tyrios infectura puniceam inventam; docet Cassiodorus 1. var. 2 Seneca Thyeste v. 952. *Tyrio saturas ostro rumpere vestes.* Herc. Oet. v. 644. *Cesses Tyrio mollior ostro.* Virg. 3. Georg. v. 17. *Tyrio conspectus in ostro.* Vide Politian. miscell. c. 12. Scholiast. Juvenal. Sat. 10. p. 102. b. & p. 93 a.

v. 348. Circùm Pateris It Bachus) Lib. 5. v. 693. *Fertq; gravem Phrygius circùm cratera minister.*

v. 350. In Seras Durant Sermonibus Umbras) Æneid. 1. v. 757.

——*Variò noctem sermone trahebat*
Infelix Dido.

v. 352. Regis Vis) 1. rex. periphrasis usitatissima. Supra lib. 1. v. 561. *robur Herculeum.* lib. 3 v. 209. *pugnæ opus.* lib. 5. v. 183. *juga equorum.* lib 6. v. 559. *boum corpora.* Adi Rittershus. ad Oppian. 1. Hal. v. 105.

v. 353. Molem Ratis) Lib. 1. v. 604. *Græja novam ferro molem commenta juventus.*

v. 354. Colligit Ignes) Dracont. hexaem. de Lunâ v. 485. *Atq; per ascensus & cornua colligit ignes.* Et Hilar. in Genes. v. 75. *Mutat Luna suum; & quos perdit, colligit ignes.*

v. 354. Blandos Ignes) *Ignis*, pro amore; usitatissimum scriptoribus. Lib. 3. v. 735. *Urit amor.* lib. 4. v. 352. *Virginis Jasia blandos descendere ad ignes.* lib. 5. v. 110. *Blandosq; Jovis quæ luserat ignes.* lib. 6. v. 454. *Quid si cæcus amor, sævusq; accesserit ignis?* Et v. 657. *Neq; enim Deus amovet ignes.* Appellatur & *Flamma.* Lib. 6. v. 460. *Nullus honor thalamis, flammave in nocte priores.* Et v. 663

Sæva

Sæva trahitur dulcedine flamma. ibid. v. 673. nominat *fases.* Adi Tiraq. Connub. 15. n. 58. & seq.

v. 365. NIGER) Horat. Epod. 10.

Niger rudentes Eurus inverso mari
Fractosq; remos differat.

v. 365. MAGNIS CUM FRATRIBUS) Cardinales innuit ventos. V. N. 1. Trist. 2. v. 27. infra lib. 6. v. 163. *Nec sic fratribus adversâ Boreas respondet ab undâ.*

v. 366. INTONAT ÆGÆO) Artemidorus lib. 2. Onirocrit. c. 12. κὴν τὸ φοβερώτατον πέλαγος· αἰγαῖον λέγεται. Quod testatur & Dionysius in Periegesi:

ἐκ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει
ὑψόθι μορμύρων ἔτερος πόρος Ἀμφιτρίτης.

Infra v. 384. *Ægæi scopulos profundi.* Horat. 3. Carm. 29. *Ægæi tumultus.* vide supra lib. 1. v. 634. De nomine, Varro lib. 5. de LL. & Plinius lib. 4. c. 11. Virg. 12. Æn. v. 365. *Boreæ cùm spiritus alto Insonat Ægæo.*

v. 381. RERUM AMOR) Per *rerum* vocabulum, gesta sive τὰ πραττόμενα possumus intelligere. *Zinzerling. Amicus noster* παλαφέρατος, Crit. promuls. c. 41. Et hoc significatu legitur, lib. 1. v. 102. *Necdum data copia rerum.* v. 99. *Rebusq; in sæcula tollat.* v. 823. *primoq; rudem sub limine rerum.* lib 3. v. 349. *rerum labor,* lib. 4. v. 53. *nec res ultrà mirabere nostras.* v. 557. *rerum vias.* Et alibi.

v. 386. BELLATOR EQUUS) V. N. ad Dracon. v. 160. *Equus,* pecus utile bellis. infra lib. 5. v. 585. *Bellatorus equi.* Ita *taurus bellator,* apud Statium 3. Theb. v. 330. & 9. v. 685. *venator equus.* Vechner. lib. 1. hellenolex. c. 3. infra lib. 3. v. 207. *mugitor vesuvus.*

v. 388. SI MARTIUS AURES CLAMOR) Ovid. 3. Metam. v. 704.

Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canorò
Signa dedit tubicen, pugnaq; adsumit amorem.

v. 389.

v.389. Obliti) παῤῥησίας. Ita Scholiastes Juvenalis ad Sat. 7. v. 51. Elenchum bene longum verborum deponentium, passivè usurpatorum, contexit Barthius perspicacissimus, lib. 25. cap. 7. infra lib. 4. v. 163.

v.392. Arma) Armamenta velaq; Græci ὅπλα vocant. Eorum imitatione dictum est Æneid 5. v. 15. *Colligere arma jubet. Validisq; incumbere remis.* Statius 10. Theb. v. 180. *Stupet ipsa ratis, tandemq; sequuntur Arma, neq; accedit domino tutela minori.* Turneb. 19. Adverss. c. 29. Isidor. Orig. 18. c. 5. *Arma*, generaliter omnium rerum instrumenta sunt; unde &, ubi reponuntur, armaria dicta sunt. Oppian. 1. Cyneget. v. 121. ἄγχοθι λισσοπερύγων ὅπλα νηῶν. Theocrit. Idyll. 13. κἀφόρεσε πολεῖσι ὅπλα. vide Cyrald. de navig. c. 12. infra lib. 4. 646. *Ipse per arma volans.* Lib 5. v. 214. *Arma jubet celsa socios depremere puppe.*

v.398. Thalamos Imbuere) Sæpius hoc verbum ad rem nuptiarum transfertur. Silius lib. 3. *Virgineis juvenem tedis primoq; hymenæo Imbuerat conjux.* V. N. ad Pervigilium Veneris v. 66.

v.404. Charius Patre) Dictum enim Aristotelis est, Ethic. 9. c. 2. parentibus exhibendam τιμὴν καθάπερ θεοῖς. Suavissimisq; sunt versus Callimachi, apud Stobæum: φησὶ καὶ ὁ μέγων κεῖθι ἐλαφρότερον, Κύρῃ τὸν φιλέοντα. Adi Gruter. Discurs. ad Tacit. partc 1. p. 20. & seqq. Commentar. Terent. p. 311.

v.404. Caput) *Caput*, pro homine, συνεκδοχικῶς. V. N. 1. Trist. 1. v. 72. Supra lib. 1. v. 203. 267. lib. 3. v. 509. lib. 5. v. 294. lib. 6. v. 579. 651. 687. lib. 7. v. 93. lib. 8. v. 346.

v.409. Textosq; Labores) Solebant olim vestes auro intexere, variis picturis exornare. Meurs. ad Lycoph. p. 275. vide supra lib. 1. v. 428. & lib. 3. v. 10. & 39. Virgilianus Æneas lib. 1. v. 656.

Munera

Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre jubet, pallam signis auroq; rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivæ Helenæ quos illa Mycenis,
Pergama cùm peteret, inconcessosq; hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.

v.414. FRONDOSÆ IDÆ) Theocrit.Idyll.17. Ἴδας πολυδένδρεος ὄρεα nominat.

v.424. PER HUNC, UTERO QUEM LINQUIS) Formula obtestandi per præpositionem. PER. Glos. διὰ τὸν ἐπὶ ἔρωτα, *Per.* Lib.5.v.194. *Per genus atq; pares tecum mihi Phryxe labores; Tu, precor, orsa regas.* Lib.6.v. 305. *Te, per hunc, genitor, oro, taniciem.* Et plerumque inter præpositionem ejusq; casum aliquid interponitur: ut præclarè observavit Turnebus lib.19. Adverss. c. 17. Comment.Terent.p. 113. Vechndi. hellenolex.2.c. 13. Brisson. de Formulis. Liberi autem partes sunt sanguinis parentum, atq; adeò quædam quasi membra unius corporis. Itaq; Dido ad Æneam, apud Ovid.

Forsitan & gravidam Dido, scelerate, relinquis;
Parsq; tui latitat corpore clausa meo.

P. Faber 3. Semest. c. 8.

v.429. FLAMINA PORTANT) Onomast. *Flamen*, πνεῦμα. Lib.1.v.266. *Ventosq; optare ferentes.* lib. 7. v. 25. *Gratæq; jam festa descendunt flamina remis.* lib. 8. v. 174. *Te venti procul & tua fata ferebant.*

v.430. FUGIENTIS CLAVI) Statius 2. Theb.v.107. *Versantisq; aquora clavi.* Est autem *Clavus* gubernaculum navis, οἴαξ, qui in nave pangitur, ut clavus. infra lib.3.v.40. Sidonius Apollin.lib 9. ep.16. *Nec bipertito timuit profundo Flectere clavum.* Transfertur hinc ad Reipub.gubernacula. Silius lib.4. ——*Clavumq; regendæ Invasit patriæ.* Cicero pro Sextio: *Quis enim clavum tanti imperii, & gubernacula Reipub.tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur hominem, &c.*

Eadem

Eadem metaphorâ Civitatum præfecti διάκονοι dicuntur ab Æschylo in Prometheo, & πόλεως διάκτα νωμῶν, & ναυκληρεῖν πάλιν. Defid. Herald. animad. in Jamblich. c 5. vide & Scholiast. Sophoclis ad Oedipum Tyran. p. 71. a. lin. 4. Eundem ad modum cum navi Respub. confertur apud Dionem lib. 52. p. 465. Gunth. lib. 1. v. 193. Silium lib. 4. v. 713. & seqq. Horat. 1. Carm. 14.

v. 434. Demissa Jovi) pro Jove. Scal. ad Manil. p. 508.

v. 435. Asperat Undas) Virg. 3. Æneid. v. 285. *Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.* infra lib. 5. v. 368. *Magis asperat ignes Sirius.*

v. 438. Reserans Secreta) *Reserare*, hîc pro explicare, planum facere, pandere. vide supra lib. 1. v. 660. Arnob. lib 2. *Naturalia reserare secreta.*

v. 439. Hactenus In Populos Vates Samothraca Diem; Missa Mane) Sic Gifan. Ind. Lucret. p. 415. hunc locum ex v. c. scribit ac interpungit. Poeta cùm de sacris Bonæ Deæ (quæ in insulâ Samothraca seu Samothraciâ, nam & Thracia, & Thraca & Thracæ dicunt veteres, primùm dicuntur instituta) ageret; eaq; sciret omninò nefas esse divulgare: concisâ (ut in rebus abditis fieri solet) oratione Thyorem seu sacerdotem, narrare sacra tentantem, reprimit. *Satis*, inquit, *seu hactenus nec alterius missa sit Samothraca, pro, sacra & mysteria insulæ, in vulgus, in populos, & in lucem seu diem. mane reprime, sile: ac servemus sacris, quæ proferri est nefas, suum honorem ac religionem.*

v. 440. Metum) pro religione. Virgil. lib. 7. v. 60. de lauru: *Multosq; metu servata per annos.* Gifan. ibid.

v. 440. Sacris Opertis) *Sacra operta*, κρύφια, qualia erunt Eleusinia, Samothracia, Mithriaca, Co-

tyttia, & alia id genus. Hos autem versus Claudius Salmasius, subactissimi vir ingenii, in Notis ad Ælium Spartianum p. 32. felici conjecturâ sic restituit ex veteris codicis vestigiis, & Apollonio Rhodio:

Hactenus in populos vates Samothracia, deúmq;
Mysta vale, sacrisq; metum servemus opertis.

Græcus poeta lib. 1. Argonaut. ita:

τῶν μὲν ἔτ' ἐς πρότερα μυθήσομαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
νῆσος ὅμως κεχάδητο, καὶ οἱ λάχον ὄρκια πεύκης.
Δαίμονες εὐναίεται τὰ μὲν ἐθμοὶ ἄμμιν ἀείδειν.

Pro Diis, quos valere jubet Apollonius, sacerdotem & mystam deorum illorum alloquitur Valerius, cujus præcedente versu mentionem fecerat:

——*Terris adytisq; sacerdos*
Excipit, hospitibus reserans secreta sacerdos.

Ubi *Secreta* posuit, ut Petronius, pro orgiis & occultis sacris, quæ & *operta sacra*; *occulta* Tibullus: ——*Et occultis conscia cista sacris.* Barthius quoq; lib. 40. c. 13. *sacra operta* interpretatur *mysteria*.

v. 442. NAVITA CONDEBAT) *Condere*, hîc est è conspectu amittere. Lib. 4. v. 635. *Abscedunt terris & littora condunt.* lib. 5. v. 106. *Teq; citâ penitus condunt Erithia carinâ.* vide lib. 1. v. 255. & 496. & supra hoc libro v. 7. 8. Virg. 3. Æneid. v. 291. *Protinus aerias Phaeacum abscondimus arces.*

v. 444. ET SOL ÆTHEREAS MEDIUS CONSCENDERAT ARCES) Meridiei notatio. Infra lib. 3. v. 480.

Iam summas cali Phœbus candentior arces
Viderat, & longas medius revocaverat umbras.

Ovid. *Cum Sol ex æquò metâ distabat utraq;.*

Nonnus lib. 48. v. 1266.

——πόλων
καρχαλέης πυρόεντα μεσημβρινὸν ἤγον ἰμάσθλης
ἡλιόεις σελάγιζε.

v. 448.

v.448. TRACTO PARS FRANGIT ADOREA SAXO FARRA) *Fruges* Latinâ voce à φρύγω verbo, quod est frango, appellatæ. Frangebantur enim saxis aut aliâ re, antequam inciperent moli à molis: ut indicat Virgilius 1. Æneid. v.183. *Et torrere parant flammis, & frangere saxo.* Talenton. rerum reconditarum lib. 1. c. 5.

v.448. ADOREA FARRA) Glos. *Adorea*, εἶδος σίτου. Et *ador*, ζειά: ut corrigit Vulcanius, qui videndus in Notis. *Farra*, ὄλυρα. ζειά. *Far*, ζειά, σῖτος, ὄλυρα.

v.449. CITUM STRICTIS ALIUS DE CAUTIBUS IGNEM) Imitatio Virgiliana 1. Æneid. v. 178. vide.

v.451. LITTORA LEGUNT) Isidor. orig. 10. *Lector à legendo dicitur, hoc est, percurrendo: unde & navis dicitur legere, quicquid transit.* Minucius Felix Octavio: *Oram curvi molliter littoris, iter fabulis fallentibus, legebamus.* Barth. ad Claudian. in 3. Fonf. Honor. v. 119: infra lib. 3. v. 36. *Spumosamq; legunt fractâ Scyllacen ab undâ.* Joseph. Iscan. lib. 6. v. 481. *Quas remo lassarit aquas, quos legerit olim Portus, quæ freta, quas urbes.*

v.452. ANFRACTU) *Anfractus*, ab *am*, id est, *circum*, & frango. Glos. *Anfractus*, περιφερής. Lib. 4. v. 726. *Atq; hac Europam curvis anfractibus angit.* Lib. 6. v. 240. *Anfractu levioris equi deludit anhelos.*

v.452. VOX ATTIGIT AURES) Plaut. Amphit. *Vox mihi ad aures advelavit.* Lucret. lib. 4. ——— *Quæ pars vocum non aures incidit ipsas.* Senaca Octavia v. 69. *Vox en nostras perculit aures tristis alumnæ.*

v.460. MAPALI) Glos. *Mapalia*, καλύβαι. Prudent. præfat. Psychomach. *Senis revisit hospitis magalia.* Ubi in Misc. ad oram: *Magalia & Mapalia idem sunt*, h.e. *casæ pastorum, quæ & tugurium.* καλιὸς, ἀγροικικὴ οἴκησις.

v. 461. Cæcô Clamore) *Cæcus* notat eum quoque, qui intelligi nequit. Barth. lib. 23. c. 21. vel, incondito.

v. 466. Pariusve Notas Et Nomina Sumit Cum Lapis) V. N. ad Prudent. 2. in Symmach. v. 246.

v. 478 Repens) Est subitus, verbum poeticum & historicum magis, quam Oratorium: quô tamen Cicero usus est 3. Tusc. *Quanquam hostium repens adventus magis aliquantò conturbat, quam expectatus.* Gifan. Ind. Lucret. Supra v. 91. —*Vos inde repens ut perculit urbem.* Seneca Troade v. 425. *Quis te repens commovit afflictam metus?* Virg. 12. Æn. v. 313. *Quò ruitis? quæve ista repens discordia surgit?*

v. 482. Corniger Ammon) Claudian. de IV. Honor. Cons. v. 143.

——— *Tibi corniger Ammon;*
Et dudum taciti rupere silentia Delphi.

Hygin. fab. 133. V. N. ad Prudent. Apoth. v. 511.

v. 491. Neptunus Muros Cum Jungeret Astris) V. N. ad Prudent. 2. in Symmach. v. Natal. Comitem lib. 2. c. 8. & lib. 4. c. 10. Trojam his versibus prædicat Dionysius Afer in Periegesi:

Ἰλιον ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων·
Ἰλίου ἣν ἐπόλισσε περικτιόνων κρὴ Ἀπόλλων.

v. 493. Facies Litteris) Supra v. 216. ut & lib. 8. v. 312. *facies celerum.*

v. 500. Ordine Trisulcô) Erythræus Ind. Virg. contendit cum illis 3. Georg. & 2. Æneid. *Linguis micat ore trisulcis.*

v. 500. Africus) V. N. ad Horat. Oden XVI. Epod. v.

v. 503. Orion) Supra v. 62. prima corripitur: *Tantus Orion Iam cadit.* Et lib. 4. v. 123. *Et nunc chaon implet Orion.* vide Poet. Giffen. lib. 1. c. 2. p. 17.

v. 510.

v.510. Surgentemq; Toris) Lib. 1. v.253. *Consp̃ituusq; toris Tirynthius.* vide infra lib.4. v.246.

v.513. Motumq; à Sedibus Æquor) Seneca Agamem. v. 475.

Rapiuntq; pelagus, infimô eversum solô.

Virg. 1. Æneid. v. 880.

——*Totumq; à sedibus imis* (mare)

Unà Eurusq; Notusq; ruunt.

v.522. Non Illa Magis, Quam Sede Movetur Eryx) V. N. 2. Pont. 2. v. 51. Pomp. Mela lib. 2. *Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Æneâ conditum.* Et Solinus polyhist. c. 11. de Siciliâ: *Eminet montibus Ætna & Eryce. Vulcano Ætna sacer est, Eryx Veneri.*

v.524. Telo Volucri) Sic Virg. 9. Æneid. v. 698. *Volat Itala cornus Æra per tenerum.* ibid. v. 411. *Hasta volans noctis diverberat umbras.* Et lib. 4. v. 71. *Volatile ferrum.* infra lib. 3. v. 77. *Donec & hasta volans immani turbine transtris insonuit.* Lib. 7. v. 630. *Tela volant.*

v.546. Qualis Per Pascua Victor Ingreditur) Statius 3. Theb. v. 330.

——— *Sic nota in pascua taurus*
Bellator redit, adverso cui colla suoq;
Sanguine, prosciss̃q; natant palearibus armi:
Tunc quoq; lassa tumet virtus, multumq; superbit
Pectore deiecto; vacua jacet hostis arena
Turpe gemens crudosq; vetat sentire dolores.

Confer Rittershus ad Oppian. 2. Cyneget. v. 53.

v.547. Colla Tumens) Seneca Hippol. v. 1039. *Opima cervix arduos tollit toros.*

v.549. Bello Quos Ultus Amores) Seneca Hippol. v. 338.

Venere instincti quàm magna gerunt
Grege pro totô bella juvenci!

v. 558. FUNERA TROIÆ) Ovid. epist. Ulyssis:

——— *Versa post funera Troja*

Vide P. Fabrum I. Semest. c. 9.

v. 563. POST QUANTA PERICULA) *Quanta*, *pro quot*. Quantitas continua pro discretâ; sive magnitudinis verbum pro multitudine seu numero. Sidonius: —— *Suffragia tot sunt*, *Quanta legit mundus*. Ambrosius in Tobiam c. 7. *O quantos miseros aliena fecerunt bona!* Observavit hoc loquendi genus & Rittershus. ad Gunther. lib. 4. v. 373. itemq; Casaubonus ad Spartianum: atq; sic apud Græcos. τόσος & τοῦτος confundi. vide infra lib. 5. v. 34.

v. 568. TACITUSq; DOLOS DIRUMq; VOLUTAT CORDE NEFAS) Hoc est, quod Homerus Odyss. ρ. ait: ἰδὲ ἀγορεύειν, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδομεύειν. Sive, ut Odyss. σ'. ἀλλ' ἄμμι βάζειν, κακὰς δ' ὅπιζε φρονεῖν. Quam in sententiam Sallust. de bello Jugurth. *Et per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat*.

v 571. BIS HERCULEIS DEBERI PERGAMA TELIS) Seneca Troad. v. 131.

Nil Troja semel te rege tulit,
Bis pulsata Dardana Grajô
Mænia ferrô, bisq; pharetras
Passa Herculeas.

v. 572. NOX DORICA) Gifan. Ind. Lucret. p. 374. *Nox Dorica*, ut apud Virgil. 2. Æneid. *Dorica castra*; itaque dictum videtur, ut *dies Alliensis*; quâ nocte Dores ceperunt & inflammarunt pergama. V. N. in Ibin. v. 485. Nec audiendus Politianus miscell. c. 5. qui, *Nox durica*, substituere conatus est. Jan. Casper. Gevart. ad Statii lib. 1. Silv. carm. 3. c. 23.

v. 575. OSTIA PONTI) vide lib. 8. v. 292. 293. 370. infra v. 598. lib. 6. v. 51. lib. 7. v. 85.

v. 580. PANDITUR CARBASUS ALIS) Vide supra lib.

lib. 1. v. 692. Zinzerling. in Promulſ. Criticæ, diatribe 2. p. 208.

v. 581. Tumules Prælabitur Ili) Theocrit. Idyll. 16. v. 75. ἀν πεδίον Σιμόεντος, ὅθι φρυγὸς ἠέλιον Ἴλιον. Meurs. ad Lycoph. p. 176. Ambo autem ſecuti ſunt Homerum Iliad. λ.

οἱ δὲ παρ' Ἴλιον ἱερὸν ἄμυδις ἀμφεδάησαν
Μέσσον καπ πεδίον παρ' ἐρινεὸν ἐσκατόωντο.

Barth. lib. 35. c. 18.

v. 583. Unda Ignibus Vibrat) i. radiat. Supra v. 342. *Tyriò vibrat torus igneus oſtrò.* lib. 3. v. 141. *Cingula ſubluſtri vibrantia umbrâ.* lib. 2. v. 67. *Quò ſidere vibret enſis.* lib. 7. v. 616. *Infeſtâ vibrantes caſſide terras.* lib. 8. v. 306. *vibrataq; flammis æquora.*

v. 611. Tum Pelago Vina Invergens) Natal. Com. lib. 1. c. XI. Æneid. 6. *Frontiq; invergit vina ſacerdos.* vide Perottum in *Vergere.*

v. 615. Asiamq; Prementem Effugit Abruptis Europa Oris) Solinus polyhiſt. cap. 15. *Omnis autem magnus Helleſpontus ſtringitur in ſtadia ſeptem, quibus ab Europâ Aſiaticam plagam dividit.* Et c. 22. *Quartus Europæ ſinus Helleſponto incipit. Meotidic oſtio terminatur. Atq; omnis hæc latitudo, quæ Europam Aſiamq; dividit, in ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur. Hic eſt Helleſpontus, &c.* Iſidor. Orig. 13. c. 16. Plin. lib. 5. c. 32. Ovid. 4. Pont. 10. v. 55. infra lib. 4. v. 726. & lib. 8. v. 396. Statius Achill. 1. v. 408. *Phryxi quà ſemita jungit Europamq; Aſiamq; vetat.*

v. 618. Neptunia Cuspis) Lycophron nominat τριόδοντον δόρυ. Ibi Meurſ. p. 202. lib. 1. v. 115. *Imbrem & tenebras ſævumq; tridentem torſiſſem.* vide lib. 1. v. 646.

v. 620. Ut Siculum Libycumq; Latus) Ex Virg. 3. Æneid. v. 414.

v. 621. Occiduis Regnator Montibus Atlas)

De eô Solinus polyhist. c.37. Diodor. Sicul. lib.3. p.193. & seq. Franc. Tarapha rerum Hispan. T.1 p.523. ibidemq; Joh. Vasæus p.595. Joh. Mariana T.2. lib.1. c. 10. Ihdor. Orig. 14. c.8. Virg. 4. Æneid v.247. Ovid. 4. Metam. v.631. & Metam. 6. v.174. Joh. Grammat. Gazæus in Tabellis universi apud Rutgersi. lib. 2. var. lect. c 7. v.95. Natal Com. lib 4. c.7. Nonnus lib. 2. v. 263. & 13. v.260. & 31. v.104. & 38. v.350. Euripid. Jone v.1. Lucanus lib.4. *Cardine ab occiduô vicinus Gadibus Atlas.* Statius 5. Theb v.440. *Caliser Atlas* Et lib. 8. 8. v.315. *Astriferumq; domos Atlanta supernas Ferre laborantem.* infra lib. 5. v.410

v. 624. OGYGII BACHI) Natal. Com. lib. 5. c.13.

v. 627. VELAMINA TEMPLI) Joh. Bapt. Pius annot. post 146 T.1. Crit. p.531.

v. 635. SURGIT URBS) Supra lib. 1. v. 498.

v.639. DEXTRAMQ; AMPLEXUS ET HÆRENS) Virg. 8. Æneid. v. 124. *Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhesit.* Manus autem datio, amicitiæ & fidei signum est. vide lib. 3. v. 13. lib 5. v. 494. lib. 6. v. 12. lib. 7. v. 344. 650. Barth. lib. 25. c. 8. Rittershus. ad Gunth. lib. 8. v. 53. Bernart. ad Statium 1. Theb. p. 68.

v 645. NAM LICET HINC SÆVAS) Pomp. Mela lib. 2. initio Ammian. lib. 22.

v. 649. SCYTHICI SACRI) Ammian. lib. 22. *Diis enim hostiis litantes humanis, & immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orsiloche, casorum capita fami parietibus præfigebant, velut fortium perpetua monumenta facinorum.*

v. 453. PRIMÆVA, MINISTRI, CORPORA) *Primævus* juvenem notat. Martin. in Lex. *Primævus in prima ævi (id est, ætatis) flore constitutus.* Virgil. 10. Æneid. *Fidens primævo corpore Lausus.* Vide *Barthium, eruditionis thesaurum,* ad Claudian. lib. 1. de laud. Stilic. v. 51. infra lib. 6. v. 570. *Primævus Helix.* Hinc *primum ævum,*

ævum, lib. 5. v. 357. & lib. 7. v. 338. Opponitur huic *Grandævus*: & infra lib. 3. v. 266. *grandævum vulgus*. lib. 8. v. 150.

v. 661. Concurrere) De congressu & conflictu in bellis hoc verbum usitatum. Horat.

——— *Quid enim? concurritur, horæ*
Momento cita mors venit aut victoria læta.

Infra lib. 6. v. 5. *Quid opus concurrere, nec quos oderis?* v. 177. *Primasq; finit concurrere pugnas.* v. 241. *Sed non iisdem artibus æquè concurrunt.* v. 408. *In sua versi funera concurrunt.* lib. 7. v. 177. *primasq; finit concurrere pugnas.* lib. 3. v. 511. *Phrygiis ultrò concurre monstris Nempe virum.* lib. 4. v. 112. *Sumtusq; occurrere contrà cæstibus.* v. 155. *Namq; isti frustrà quisnam concurrere monstro audeat?* v. 194. *Contraq; occurrere poscunt.*

v. 662. Se Fundat Ratibus) Supra lib. 1. v. 253. *Molli funduntur in alga.* lib. 3. v. 3. *Vrbe profusi Æneadæ.*

v. 664. Nox Plurima) pro, plurimùm, vel maxima & potissima pars noctis. Lib. 6. v. 223. *Cui plurima silvis pervigilat materna soror.*

v. 665. Lux) Metonymicè pro die. lib. 3. v. 48. *Lucis ad horas.* v. 213. *Iam luce propinqua.* lib. 2. v. 589. *primæ sub luce.* lib. 5. v. 1 *Altera lux haut-lata viris emersit olympo.* V. N. 2. pont. 1. v. 25.

Ad
Librum III.

Vers. 1. Tithonia) Lib. 1. v. 311. *Alma novo crispans pelagus Tithonia Phœbo.* Virg. 4. Æneid v. 585. *Tithoni croceum linquens Aurora cubile.* Natal. Com lib. 6. c. 2.

v. 2. Exsueratq; Polum) Basil. Seleuc. Orat. in

transfigurat. Domini, de Sole: πάντα δὲ καθάπαξ μελαίνης ἐσθῆτος ἀπογυμνώσας πᾶς ὁ φωτὸς ἀμφίεννυσι χάρις. Ita Nonnus, lib. 22. v. 214. φαίνεται ἀσπιδέων πρόφρων γυμνώσας ἄνθρωπος. Confer Coint. Smyrn. lib. 6. v. 1. lib. 8. v. 1. lib. 9. v. 1.

v. 2. TIPHYN) Ammian. Marcell. lib. 21. *Ejusdem navis* (Argûs) *cautissimus rector Tiphys.* infra v. 37. supra lib. 1. v. 419. & 481.

v. 2. VOCABANT) Ita lib. 2. v. 372. *Zephiros audire vocantes.* infra v. 340. *Vocantibus Austris* v. 699. *Iam vela petentibus Austris.* Virg. 3. Æneid. *Aura vela vocant.* Eryth. Ind. Virg.

v. 3. IT TECTIS ARGOA MANUS) Virg. 4. Æneid. 230. *It portis, jubare exortò, delecta juventus.*

v. 6. QUEM LESBOS) *Lesbos vinò generoso præstans.* Neand. in descript. Orbis-terræ p. 436. Plin. lib. 14. c. 7. Agell. lib. 13. c. 5. Celebratur & *Methymnæum*, à Methymnâ, Lesbi urbe clarâ. Virg. 2. Georg. v. 89. *Non eadem arboribus pendet vindemia nostris, Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.*

v. 10. PICTÔ VARIA VERAT AURÔ) Supra lib. 1. v. 428. & lib. 2. v. 409.

v. 13. MANIBUSQ; DATIS) Supra lib. 2. v. 639.

v. 19. DINDYMA) Virg. 6. Æneid. infra v. 231. *Matris ululantia Dindyma sacris.* Mox v. 28. *arisonum montem*, vocat.

v. 19 SANGUINEIS FAMULÛM LACERTIS) infra v. 231. & seqq. & lib. 8. v. 239. Jul. Firmic. de errore profan. relig. Lipsi. cent. miscell. epist. 75.

v. 22. ADSVETUM PHRYGIAS) Natal. Com. lib. 9. c. 5. Gyrald. hist. Deor. Syntag. 4. Ovid. 4 Fast. Lucret. lib. 2. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 21.

v. 23. AD FRENA LEONEM) Commentar. Tegent. p. 20.

v. 24. ET NUNC ILLE JUBAS) Scalig. ad Manil. lib. 4.

lib. 4. v. 180. Postes ornare superbis pellibus : notat; Postes à veteribus ornatos fuisse spoliis ferarum, item armis. Silius lib. 1. *In foribus sacris, primoq; in limine templi Captivi currus, belli decus, armaq; rapta Pugnantum ducibus, sævaq; in marte secures, Perfossi clypei, & servantia tela cruorem Pendent*

v. 29. Viro Nova Funera Volvit) Lib. 1. v. 32. *lathiq; vias ac tempora versat.*

v. 31. Canebant Æquora) Ind. Dracont. in *Canescunt.*

v. 32. Sulco) V.N. 1. Trist. 2. v. 76. Æneid. 10. v. 197. *Longâ sulcat maria altâ carinâ.* Nonnus lib. 1. v. 116.

ἀλλὰ φυπὼν πόντοιο πέλες ῥύπα, καὶ σπόρος ὕδωρ·
ναυπλος ἀρότρου, πλοῦς ἄυλακες, ὅλκας ἐχέτλη.

vid. ibid. præcedentia.

v. 34. Aura Vehit) Lib. 2. v. 586. *Stridentesq; juvant auræ.*

v. 35. Rundace) Gifan. Ind. Lucret. legit seq. versu: *Spumosumq;* l. f. *Scyllaceon undæ.* Rundacus, seu, ut Græci, ῥύνδακος, urbs est inter Phrygiam & Hellespontum hæc, teste Stephano. *Scyllaceon* vocat, quam σκυλάκην alii, quod Cyzico vicinum est opidum, eodem teste. infra lib. 6. v. 220.

v. 37. Solisq; Cubilia) Statius 3. Silv. carm. 1. v. 184. *Solisq; cubilia Gades.* Et Theb. 5. v. 487. —— *Et occidui rubuere cubilia Phœbi.* Horat. 4. carm. 15. —*Ad ortum Solis ab Hesperio cubili.* Silius lib. 3. *Extremamq; petit Phœbea cubilia Tethyn Frenatis Neptunus equis.* Contrà Josepho Iscano lib. 4. v. 19. *Prima dies, orbis oriens, cunabula Phœbi.*

v. 40. Clavo) Nonnus lib. 40. v. 463. ita describit:

καὶ χεδίης οἴηκα κυβερνητῆρι πορείης
ὑγρῆς ἀτραπιτοῖο πολύστροφον ἡνιοχῆα.

vide supra lib. 2. v. 431.

v. 46.

v.46. LYMPHAVERAT URBEM) Martin. Lex. *Lympho*, perturbo, in furorem ago. Estq; *lymphatio* certa quædam mentis emotio: & synecdochicè pro omni furore ponitur. Citat hunc locum Scholiastes Juvenalis ad Sat.2. Infra lib.6. v.166. *Lymphataq; miscet milia.* lib.7. v.662. *Ir lymphante Deo.* Statius lib.10. Theb. v.154. *Ecce recens, Superis animum lymphantibus, horror Thiadamanta subit.* Et v.151. *Incertis lymphatam horroribus urbem.*

v.46. DEUS LYMPHAVERAT) *De terrore Panico* ubertim Politianus politissimus, Miscell.c.28. Polyæmus lib.1. Strateg. *Pan erat dux Bachi exercitui ob subitam hostium multitudinem trans vastum montem appellentem tremebundo. Svasit Pan noctu adversis petris reciprocaturum clamorem immensam tollere. Hostes insolitæ re consternati castra deseruerunt; hinc Panici terrores dicti.* infra lib.6. v.533.

v.47. MYGDONIÆ MATRIS) Cybeles. Gyrald. hist. Deor. Syntag. 4. p.142

v.48. PAN NEMORUM) Gyrald. ibid. Syntag.15. p. 434. Natal. Comes lib.5. c.6.

v.51. VOX OMNES SUPER UNA TUBAS) Etiam ii *clamores*, quos *Panicos* vocamus, ad terræ ruptæ aut antrorum sonitus referebantur, quibus pecora externata fugiebant. Cornutus c.27. ἔστι δὲ τὸ Πανικὰς λέγειν τὰς ἀφιδίους καὶ ἀλόγους. ὅτε γὰρ τῶς καὶ αἱ ἀγέλαι καὶ τὰ ἀσπόλια πτοεῖται, ψόφῳ τινὸς ἐξ ὕλης ἢ τῶν ὑπάντων, καὶ σφαραγωδῶν πάντων ἀκούσαντα. Barth. lib. 41. cap. 26.

v.54. EUMENIDUMQ; COMÆ) Natal. Com. lib. 3. cap.10.

v.58. EXILIT ALTIS TORIS) Fuerunt enim tori veterum Heroum altioris. Barth. lib.21. c.8.

v.61. ORICHALCA) De hoc vocabulo videntur Martinius in Lexico. Græcis ὀρείχαλκος, ου. Legitur &

& secundâ brevi 12. Æneid. *Alboq; orichalco*, Id esset ἠερίχαλκος. Statius 10. Theb. 655.

——*Et sparsa orichalca renident.*

v. 62. Triplici Pulsans Fastigia Crista) Lipsius de Milit. Rom. lib. 3. dial. 5. Virg. 7. Æneid. de Turno: *Cui triplici crinita juba galea alta Chimeram Sustinet.* Junonis item galea terribilis fuit tribus cristis apud Homer. Iliad. 5. κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφιφάλον κυνέην θῆκε πτερφάλεγον. Eryth. Ind. Virg. infra v. 175. *Oblatamq; ferit galeam cristasq; rubentes.* vide supra lib. 1. v.

v. 66. Nube Meri) pro obtenebratæ. *Nubem oblivionis* dixit Pindarus Olymp. 7. λάθας ἀτέκμαρτον νέφος: *Nuben veterni*, Ausonius: *Nubem insciæ*, Boeth. lib. 5. prosa. 1.

v. 66. Geminam Pholoem Maioraq; Cernens) Coint. Smyrn. lib. 13. v. 6. πίνεν ἀκηδείως. βαρέοντο δέ οἱ φρένες ὕδωρ.

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφθαλμοὶ γεφυδόωσιν·
καὶ ῥά οἱ ὃ μεγάρῳ κεκλιμένῳ καὶ δόμῳ αὐτὸς
φαίνετο, κινυμένοισιν ἐοικέναι· πίνεν δ' ἐλαφρὸν
ἀμφὶ κύλικι φρένας ἀνὰ πτολίν. ἄχλυς δ' ὅσσοισιν
ἀμφέχεν. ἀκρήτῳ γὰρ ἐμαλδύνονται ὀπωπαί.

Non ab eâ dissimile: *Et geminis adsurgit mensa lucernis.* M. Anton Sabell. T. 1. Crit. p. 179.

v. 71. Excubias Sortita Manus) Lib. 5. v. 251. *Excubias Gradive tene.* Excubiæ ad portas pro summâ custodiâ, erant. Barth. lib. 11. c. 5.

v. 72. Advolat) De summâ celeritate crebriter hoc verbum usurpat. infra v. 592. *Volat ordine nullo, cuncta petens.* lib. 4 v. 203. *Devolat inde furens.* v. 299. *Advolat ora viri.* v. 646. *Ipse per arma volans.* lib. 6. v. 342. *Trepidis superadvolat Idas.* v. 370. *Adolat ipsa.* v. 567. *Iam non per curva volantem stagna.* v. 631. *Ille volat campis.* v. 655 *Advolat Æsonides.* lib. 7. v. 264. *Et ipse advolat.* v. 617. *Advolat.* lib. 8. v. 137. *Volat ipse, senectæ immemor.*

v. 74.

v.74. MINYAS FIXIT PAVOR) *Figere* hic est perterrere, externare. lib.4. v.225. *Cum pavor & gelidus defixit Castora sanguis.* lib 6. v. 504. *Defixaq; virûm lituûmq; fragoribus horrent.* v.534. *Hac tunc attonitas facie defixerat hostes.* lib. 8. v. 223. *Suscitat adfixam mastis Æetida curis.* Statius 1. Achill. v. 158. *Figit gelidus Nerseida pallor.* Lucret. lib. 3. *Nec gelidis torpet telis perfixa paveris.*

v.77. HASTA VOLANS) Ex Virgilio Æneid. 12. v. 270.

v.79. PRINCEPS) Etiam primum significat. Cic. Verr. 7. *Ut quisquis in fuga postremus, ita periculo princeps.* Vide Tiraq. de jure primig. præfat. n. 36. Barth. lib. 33. c. 21.

v.83 CLAMORQ;) Lib. 6. v. 750. *Solusq; juvant clamoribus agmen.* Lege Gruterum parte 1. Discurs. ad Tacitum p. 109.

v.85. OCCUPAT ARVA FURENS) Virg. *Fertur in arva furens.*

v.86. THORACIBUS HORRENS) Virg. 2. Georg. v. 141. *Nec galeis densisq; virûm seges horruit hastis.* Æneid. 7. v. 525. *Atraq; latè Horrescit strictis seges ensibus.* Et 12. v. 663. *Strictisq; seges mucronibus horret Ferrea.*

v.88. TERRORQ, PAVORQ;, MARTIS EQUI) Fabulantur, Martem in curru vehi, cujus auriga erat Bellona. Virgil. 8. Æneid. v. 703. *Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. Terror & Pavor*, equi vocali, currum Martis trahebant. Nat. Comes lib. 2. c. 7. Virg. 3. Georg. v. 91. *Martis equi bijuges.* vide Statium 3. Theb. v. 420. & seqq.

v.95. TORTÆ PONDERA FUNDÆ) Lucan. lib. 1. v. 229. *terto balearis verbere funda Ocior.* ubi Sulpit. & Micyll. Isidor. Orig. 18. c. 10. *Funda dicta, eò quòd ex ea fundantur lapides, id est emittantur.*

v. 110.

v.100. Amnem Spumantem Nimbis) *Torrentem* innuit, qui significat fluvium, subitis imbribus concitatum, qui alioqui siccitatibus exaresc. Fest. Antiphilus Anthol. 1. v. 71 χειμάρρουν ait μεθύειν ὄμβροιο, καὶ ὑ νύμφαισι λέμφυγες νᾶμα φέρει. Nominat etiam ὑδρηνὸν ὕδωρ, ἠελίῳ κεκαυμένοι. Coint. Smyrn. lib. 14. v. 5. torrentibus montanis, qui omnia secum raptant, assimilat Græcos, Trojam diripientes:

χειμάρροις ποταμοῖσιν ἐοικότες, οἵτε φέρωσιν
ἐξ ὀρέων καναχηδὸν ὀλοφυδνὰ ὕστοιο·
πολλὰ δὲ δένδρεα μακρὰ, καὶ οὔ ποσι φύλα ὀρεσφὶν,
ἀντίος συμ πέσοντα τῷ φορέσαι δυλάκοσης.

Confer Virg. 2. Æn. v. 305. Claudian. 1. in Rufin. v. 269. & 2. de raptu v. 198. & de Mallii Theod. Cons. v. 236. Proverb.

v.101. Ruentem) *Ruere*, est proruere, eruere, diruere, præcipitare. Virg. 1. Georg. v. 105. *Cumulosq; ruit male pinguis arena.* Lucret. lib. 1. *Ingentesq; ruit haves.* Et lib. 6. *Cum mare permotum venis ruit intus arenam.* Gifan. Ind. Lucret. p. 419. infra lib. 3. v. 582. *Obvia quaq; ruens.*

v.102. Intentis Viribus) *Intendere vires* vel *nervos*, extremum conatum significat. Adi Casaub. ad Athenæum lib. 1. c. 5.

v.104. Subit Ilia Cuspis) Virg. 7. Æn. v. 498. *Actaq; multo pera uterum sonitu pera ilia venit arundo.* infra v. 134. *Pectus arundo per medium contenta fugit.*

v.106. Æquora) Vocabulum hoc de aëre, aquâ, terrâ, dicitur: & est lævor in his omnibus & æquabilitas. Alb. Gentil. lect. Virgil c. 17.

v.106. Purpuream Singultibus Exspuit Auram) *Purpuream auram* vocat sanguinem; uti Virg. 9. Æn. *Purpuream vomit ille animam.* Prudentius Peristeph. 3. *purpurâ sanguinis* dixit: & hym. 5. *purpurante cruore. Singultib. exspuere*, dictū ut illud Statii 5. Theb. v. 361. *Semi-*

necis

neces pueri trepidas in limine vitæ Singultant animas. Et 3. Theb. v. 90.

——— *Extremique animæ singultibus errans*
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis.

Zinzerling. Crit. juvenil. Promulſ. c. 14. Infra v. 217. *Tepidi ſingultibus agri labentum.* lib. 2. v. 210. *Singultantia geſtans ora manu.*

v. 107. IN MEDIÒ RUPES LATET HORRIDA PONTÒ) Gloſ. Iſidori: *Scillæ, ſaxa latentia in mari.* Et Gloſ. ὕφαλος πέτρα, *latens ſaxum.*

v. 108. QUAM SUPER IGNARI) Nam alioqui ſecundum Quintum Smyrn. lib. 8. v. 413.

νωΐτης, πᾶσα πλύεσκε ἰδὼν ἐνὶ κύματι πέτρην
νῆα παραπρέψῃ, λελιημένος ἐξυπαλύξαι.
χειρὶ παραγκλίνας οἰήϊον, ἦχι ἑ θυμὸς
ὀτρύνει, τυτθὴ δὲ βίηι μέγα θῆμ' ἀπερύκει.

v. 110. STRICTIS ENSIBUS) Lib. 8. v. 360. *Arma ferens & ſtrictum naufragus enſem.* V. N. ad Horatii Oden VII. Epodon.

v. 114. VIVOQ; RELUXIT IGNE) Alii, *torre. Vivus*, vividum denotat. Vide Barth. lib. 35 c. 16. & ad Claudian. lib. 1. in Rufin. v. 209.

v. 118. PRÆFULGURAT VIAS ENSE) Neutrum ponitur ἐνεργητικῶς κατ' ἀναλογίαν. Ita lib. 2. v. 228. *Ferrumve ſuper Bellona coruſcet.* Ut Virg. 12. Æneid. v. 887. *Æneas inſtat contrà, telumq; coruſcat Ingens roborum.* Et v. 919 *Cunctanti telum Æneas fatale coruſcat.*

v. 123. PINGUIQ; BITUMINE LAMPADA) Ovid. 3. Metam. v. 373. *Non aliter, quàm cùm ſummis circumlita tedis Admotas rapiunt vivacia ſulphura flammas.*

v. 129. TYPHON) Præcipua navigantium peſtis, non antennas modò, verùm ipſa navigia contorta frangens. Plin. lib. 2. c. 48. Apulejus de mundo: *Si ignitum non fuerit fulmen, Typhon vocatur.* Had. Junius proverb. *Typhon*, inquit, eſt nimbus è nubibus erumpens, nautis

iis admodum formidolosus; quem hîc designat Valerius. Seneca 5. Natur. quæst. c. 12. & 13. infra lib. 6. v. 169.

v.135. CONTENTA) Velut continuò cursu concita. Claudian. lib. 2. in Eutrop. de hastâ:

——— *Illa per auras*
Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Transilit.

Barth. lib. 25. c. 15.

v.139. SECURI) Lipsi. 4. Poliocret. c. 4.

v.143. LINQUITE, AIT, FERTO) Joh. Bapt. Pius annot. post. c. 147. T. 1. Crit. p. 531.

v.143. POTIUS MIHI DEXTERA FERRO) Ovid. 9. Metam. v. 29. *Melior mihi dextera lingua est.*

v.144. GNAVET OPUS) Elegans verbum est, *Gnavare*, ut hîc. Onomast. *Navo* ἐργάζομαι. Philoxeno glossatori prisco: *Navat*, ἀλαπάζεται; quod cum Valerio consentit. Barth. lib. 32. c. 3.

v.146. RUPTA TESTUDINE) Lipsi. 1. Poliocret c. 5. & lib. 5. c. 1. Statius 10. Theb. v. 525. *Scrutantur, cavata testudine turres.* Joseph. Iscan. lib. 6. v. 560. *Testudo viatrix subdola.*

v.156. DEMETIT ENSE) Infra v. 669.

——— *Quâ tegmina ferro plura metam.*

Silius lib. 13. ——— *Ruit obvia in arma*
Scipio, & adversum metit insatiabilis agmen.

Statius 7. Theb. v. 711.

——— *Fultato Chromin & Cremetaona curru*
Cominus hunc stantem metit, hunc à poplite sectum.

Galter. lib. 5. Alexand. v. 143.

——— *Lachesis Clothoq; virorum*
Fata metunt. Idem lib. 3. v. 46.
Solo furialiter ictu demetit ense caput.

Seneca Agamem. v. 686. *Ferro caput demetere.* vide Joseph. Iscan. lib. 6. v. 198. 322. 440. lib. 4. v. 379. lib. 5. v. 352.

v.157. INSIGNEM) Glos. *Insignis* ἐπίσημος. ἔξοχος. Est eximius; quia, quæ præstant aliis, ingno solent discerni. Et, ut inquit Festus, tam ad laudem, quàm ad vituperationem inflecti potest. vide Tiraq. de nobilit. c.2.n.34.

v.159. PECTINE) πλήκτρῳ. infra lib.3.v.540. *vel positò venantem pectine Phœbum.* Corn. Gallus eleg.4.

Nunc niveis digitis, nunc pulsans pectine chordas,
Argutò quicquid murmure dulce loqui.

Virg.6. Æn. v.657.

Iamq; eadem digitis, jam pectine pulsat eburnò.

v.161. DISSICIT) Ita leg. Gifan. Ind. Lucret. p.479. Prudent. Cathem.1.v.97. *Tu Christe somnum dissice.* Et Peristeph.3. v.109. *Cum membra morbus dissicit.*

v.161. SOCIA CLAVA) Hinc Ovid. in Ibin. v.255. *Clavigerum* nuncupat. vide Natal. Com. lib.7. c.1. p. 694. Isidor. Orig.18.c.7. Statius 2. Theb. v.619. *Pinea nodosa quassabat robora clava.*

v.163. ROBUR) Glos. *Robur* εἶδος ξύλου, μελάνδρυος. *Robureum*, δρύινον. Onomast. *Robur*, ἀγγεῖα δρυός.

v.165. SPARSUSQ; CEREBRO) Virg.10. Æn.v.416. *Ossaq; dispergit cerebro permissa cruento.* Æneid. 5.v.413. *arma sparso infecta cerebro.* Seneca Herc. Fur. v.107. *Cerebro tecta disperso madent.* Et Troade v 1114.—*Silicis incursu caput Ruptum cerebro penitus expresso jacet.* Statius 8. Theb.v.760. *Effracti perfusum tabe cerebri.*

v.166. ALBET AGER) Ita Ovid. 1. Fast. v.558. *Squalidaq; humanis ossibus albet humus.* Virgil. 12. Æn. v.36. *Campiq; ingentes ossibus albent.* Tacitus: *Medio campi albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disjecta aut aggerata.* Seneca Oedipo v. 84. *Albens ossibus sparsis Solum.*

v.168. OCCUMBES ET NUNC, AIT, HERCULE ARMIS, DONUM INGENS) Ita Ovid. 12. Metam. v.80. ——— *Solamen habeto*

Mœ-

Mortis, ab Æmoniô quòd sis jugulatus Achille.

Virg. 10. Æneid. v. 829.

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem;
Æneæ magni dextra cadis.

Galterus lib 9. v. 540.

Gloria quantalibet vili sordescit in hoste.

ubi & antecedentia evolve.

v. 177. Frigidus Somnus) Dum anima in corpore est, idipsum fervet caletq́; ; sicut continuò, cum abit, friget omninò. Ex quô *frigus* pro morte; *frigidus & frigens*, pro mortuo; & *mors frigida ac gelida* dicitur. Lib. 6. v. 278. *Voxq́; repressa gelu.* lib. 5 v. 26. *Mors frigida contrà urget.* Ita hîc *Somnus frigidus.* Plura Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 573. Refer huc illa Palingenii in Geminis:

Eheu! quàm longam tribuent tibi fata quietem,
Quum semel adveniet nox illa novissima, postquam
Non redit ulla dies; gelidusq́; reliquerit artûs
Spiritus iste levis, volucriq́; simillimus auræ!
Tunc sibi perpetuo claudentur lumina somno.

v. 177. Orbes Purpureos) *Purpureum*, quicquid coloris est grati, accepti & egregii. Sic *coma Nisi purpurea* ab Ovidio celebratur. Ita hîc *Oculi purpurei.* Apud Virg. 6. Æneid. v. 650. *lumen purpureum.* Supra lib. 1. v. 572.

v. 178. Somnus) vide infra lib. 8. v. 74. & quæ commentatus sum ad Prudentium Cathemer. 1. v. 6. Physicas Philosophorum somni & mortis rationes habet Plutarchus de placitis philos. lib. 5. c. 24. Adde Boch. ad Psalm. 12, Barth. ad Claudian de bello Gild. v. 213. infra v. 290. mors appellatur *Nox.* Magir. in Polymnemone, tit. *Mors non timenda.* n. 227. & 228.

v. 178. Obit) Vide Max. Sand. in Symb. vitæ humanæ c. 76.

v. 179. Vitaq́; Fugit Decus Omne Soluta)

D. Bernhardus lib. de modo benè vivendi c. 23. *Dic mihi, qualis profectus in pulcritudine carnis: nonne sicut fœnum siccatur homo, & fugit pulcritudo ejus sicut umbra? Et quando mors venerit, dic rogo, quanta pulcritudo in corpore remanebit? cum videris totum corpus tumidam esse, & in fœtorem conversum, nonne claudis nares tuas, ut non sustineas fœtorem fœtidissimum? Dic rogo, ubi tunc pulcritudo vultus, ubi blanda verba, quæ corda audientium molliebant? ubi tunc sermones dulces, qui homines lætificabant? ubi tunc vana & inutilis lætitia, quæ in risum homines commovebat? periit, ad nihilum devenit, sicut fumus evanuit; ita est consummatio pulcritudinis carnis, & consummatio corporis. Cognosce ergo, quia vana est pulcritudo. Unde etiam Salomon ait: Fallax gratia & vana est pulcritudo, &c.* Confer Tiraq. connub. 2. n. 19. & seqq.

v. 180. DESERE NUNC) Sarcastica insultatio.

v. 183 SI FATA SINANT) Æneid. 8. v. 18. *Si quà fata sinant.*

v. 192. TOTIS CONNISUS VIRIBUS) Æneid. 5. v. 226. *Quem petit, & summis annisus viribus urget.* Et 10. v. 127. *Fert ingens toto connisus corpore saxum.* *Connisus*, egregium verbum est, vimq; magnam exprimit. Prud. Psychom. v. 137. *Ense corusco Connisa in plagam.* Gifan. Ind. Lucret. p. 382.

v. 197 EXTREMA SONUIT CITA CASSIDE CUSPIS) Extrema cassis seu galea rectè dicitur, id est; summa, ἀκροτάτη. Cuspis seu hasta, optimè *cita. Volat ocior Euro*, inquit Virg. de hastâ. Gifan. Inde Lucres. p. 479. Ita hic v. 184. *Celere telum.* vide supra lib. 1. v. 524.

v. 198. PARTEMQ; TRILICEM) 1. laminas sic geminatas. Lipsi. de Milit. Rom. lib. 3. dial. 6. Martin. in Lex. *Trilix*, ex tribus liciis constans: τρίμιτος. Inde Glos. Cyr. τρίμιτος, *trilix*, Germ. Zwilch/ à zweyliciâ duplici tramâ, weil zweymal eingetragen wird.

v. 199.

v.199. Stomachi Secreta) ut, *Vitalia rerum* apud Lucretium. Gifan. p.479.

v.208. Vesuvus) Mons Campaniæ, ab æstu & igne nobilissimus. Dicebatur *Vesæus*, *Vesuius*, & *Vesuvius*, quidam *Vesuius* scribunt. Gifan. Ind. Lucret. p. 472. & seq. vide infra lib.4.v.506. Statius 3.silv.carm. 5. v. 72.

Non adeò Vesuvius apex, & flammea diri
Montis hiems, trepidas exhausit civibus urbes.

Et 5. silv. carm.3. v 206. *Vesuvina incendia.*

v.210. Ignea Astra) V. N. ad D. Hilarii Genesin v.77. & 94. Juvencus præfat. in hist. Evangel v.3. *Non ignea sidera cæli.* Supra lib.2. v.65. *Axe nitet serpens, sepenoso implicat ignes.* lib. 5. v.368 *Cum magis asperat ignes Sirius.* v.415. *Madidis rorantes crinibus ignes*, Ovid. 7. Metam. v. 194. *Aurea cum Luna succeditis ignibus astra.*

v.210. Nox Bigis) Supra lib.2. v.261. Barth. lib. 10. c. 12.

v.225. Spemq; Ætheris Amens Concipit) Ovid.1. Metam. de Phaethonte: —— *Et concipit æthera mente.*

v.227. Eumenidum Canis) I. *Cerberus canis inferorum*, Seneca Agamem. v. 859. qui, ut Propertius ait, *tribus infernum custodit faucibus antrum*, Virg. 6. Æneid. v.417.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans immanis in antro.

Infra lib. 6. v. 112.

Quanto sonat horrida Ditis janua.

Euripides etiam Cerberum θεὸν τριπάρηνον vocat. vide Senecam Herc. Fur. v. 782. & 1105. Agamem. v. 13. Oedipo v.581.

v.228. Acerba Fremens) Adjectivum neutrum adverbialiter ponitur crebertimè, in utroq; numero,

per antimeriam. infra v. 348. *Luctificum clangente tubâ.* Vide supra lib.1.v.38. Vechner.hellenolex.1. c.4. Zinzerling.promulſ.Crit. c.37.

v.230. NIL AUSAS SINE REGE MANÛS) *Eſt princeps in exercitu veluti Numen quoddam; ex quò milites ſpiritûs capere videntur fortes.* P.Gregor.lib.11. de Rep. c.4. *Et ante oculos ſui quiſq; Regis aut Ducis ardentiùs dimicat; & opera virtutis fortiùs ac diligentiùs exhibet, moriq; mavult, quàm aliquâ ex parte de gradu cedere.* Fr. Patrit.de Repub. lib.9. tit. 2. Hinc illud Maronis, Æneid.9. v 73. *Urget præſentia Turni.* vide Richter. ax.polit.c.424. Heider.in polit.c.2. p.320.

v.233. JUSTÂ SANGUIS EXUBERÉT URNÂ) Supra v.19. & lib.8. v.239.

v.242. FUNDUNT TELA) Tralatio ab aquarum effuſione ad telorum emiſſionem. Virg. XI. Æn. v. 610. *Fundunt ſimul undiq; tela Crebra, nivis ritu.* Latinus Pacatus Drepan. *Effuſis hinc inde ſagittarum nimbis.*

v.251. NOCTE SATÆ) Eumenides ſeu Furiæ. Nat. Comes lib.3. c.10.

v.253. DANT TERGA METU) infra v. 367. *Dare verſa retrorſus terga metu.* Cl. Mar. Victor. lib.3. v. 384. *Verunt terga metu.* Statius 8. Theb. v. 664. *Quò terga datis?*

v.254. QUÆ SOLA SALUS) Statius 10. Theb.v.526. *At Tyrii, quæ ſola ſalus, caput omne coronant Murorum.*

v.256. SPARGERE LUMINE) Lucret. lib.2. v. 143. *Primùm Aurora novò cùm ſpargit lumine terras.* Virg.4. Æn. v.584. *Prima novò ſpargebant lumine terras.* infra lib.5. v.318. *Ergo ubi lux altum ſpargit mare.*

v.262. RIGOR HORRIDUS) lib. 2. v. 203. *adſtrictâ rigverunt ubere nati.*

v.263. CÆU PAVET AD CRINES ET TRISTIA PEN-

Pentheos Ora) Hygin. fab. 184. Ovid. Metam. 3. v. 710. & seqq.

v. 263. Thyas) θυὰς, *manas*, furore percita; à θύω, cum impetu ruo, lib. 6. v. 755. Æneid. 4. v. 301.

Bachatur; qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito, &c.

Seneca Oedipo v. 441. *Post laceros Pentheos artûs Thyades æstro membra remissa, velut ignotum videre nefas.* Et Herc. Oet. v. 701. *Qualis Bacho saucia Thyas.*

v. 266. Effusi) Lib. 2. v. 661. *Cunctaque se ratibus fundat mare.* Et v. 3. *Simul urbe profusi Æneada.* Lib. 6. v. 106. *Clausterisque profusi Cassiada.*

v. 270. Deus Hæc Deus Asper) Ita Statius 5. Theb. v. 133. *Deus has Deus ulter in iras Apportat.*

v. 273. Consertæ Cædis) Ita *conserere bella* cum adversariis dixit *Arnobius*, *Christianorum Varro*, lib. 2. vide Zinzerling. promuls. Crit. c. 10. Supra v. 30. & 121. *Manûs & bella conserere.* Infra v. 637. *Serens fera jurgia dictis.*

v. 275. Strage Virûm) Glos. φθοὰς νεκρῶν ἐν πολέμῳ. Et σύμπτωσις ἐπὶ συμάτων, *strages*. Paulo autè v. 269. *Vellem hac equidem me strage meosque procubuisse magis.* lib. 6. v. 507. *Dranaasque densâ strage cadit legio.* lib. 2. v. 179. *Stragemque Deûm.*

v. 278. Pars Sera Componunt Lumina Dextra) Supra lib. 1. v. 334. V. N. 3. Trist. 3. v. 44.

v. 291. Jubar) V. N. ad O. Hilarii Genesin v. 77. Ita Cometam nuncupat Seneca Octaviâ v. 227.

——— Vidimus cælo jubar
Ardens, Cometam pandere infestam facem.

Confer Barthium παντεπιφήμους lib. 17. c. 3.

v. 298. Clarii Antra Dei) Vide Frischlinum ad Callimach. hym. 2.

v.302. DIVIS SINISTRIS) Erasm.adag. *Genius meus.* &, *Hercule dextrô*

v.310. VOS AGE VOLVITE) Servius in 2. Æneid. *Age, modò non est verbum imperantis, sed hortantis adverbium; adeò ut plerumq;* Age facite, *dicamus, & singularem numerum copulemus plurali.* lib.5.v.538. *Age defendite.* lib.6.v.213. *Hunc age vel casso comitem me reddite fratri.* Virg. Ceiri v.99. *Nunc age Diva Præcipuè nostro nunc aspirate labori.* Statius 5. Theb.v.137. —*Age aversis thalamos purgate maritis.* Et lib.7.v.612. *Ite age nunc pacem sperate* v.627. *Nunc age Pieriæ vestras acies vestramq; referte Aoniam.* lib.9. v.315. *Nunc age docta nosse indulgete sorores.* lib.10. v.33. *Ite age.*

v.311. DATE DEBITA CÆSIS MUNERA) Kirchmanus, Musarum decus & delicium, de Funer. Rom. lib.3 c.5.

v.313. LACERAS FUSA COMAS) Idem lib. 2. c.12.

v.316. CUNCTA TRAHIS) Catullus ad Mallium.

Tu mea tu morieus fregisti commoda, frater,
Tecum unà tota est nostra sepulta domus.
Omnia tecum unà perierunt gaudia nostra,
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor:
Cujus ego interitu totâ de mente fugavi
Hæc studia, atq; omnes delicias animi.

v.320. TRIVIÆQ; POTENTIS) Turneb. lib. XI. cap. 8.

v.321. TU MIHI QUI CONIUX PARITER FRATERQ; PARENSQ;) Ita quoq; Andromache Iliad.2.ad Hectorem:

ἕκτορ ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέμοι θαλερὸς παρακοίτης.

Geminum locum in Commentar. Terent. p.521. notavi.

v. 333. VADIT SONIPES CERVICE REMISSA) Non homines solùm, sed & equos in magnatum exse-

quiis

quiis iviſſe, qui mos hodieq; durat, videre eſt ex Chryſoſtomo homil.3. ad populum Antioch. *Divite aliquo mortuo, non ſervos ſolos & ancillas, ſed & equos neceſſarios ad ſepulturam ſequi jubent, calamitatis magnitudinem oſtentates, & omnes ad miſeriam allicientes.* Kirchman. lib.2. c.10. Lipſ. cent.3. ad Belg. ep.56. Virg. XI. Æn. v.89. *Pòſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon*
It lacrimans guttisq; humectat grandibus ora.

v.334. Venatrix Nec Turea Canum) Hanc in rem exempla congeſſit Kirchmanus lib.3.c.4.

v.339. Ardentes Murice Veſtes) Æneid.4. v.262. —*Tyrioq; ardebat murice lana*
Demiſſa ex humeris. Glos. *Murices*, πορφύρεα. Et alt. κογχύλιον, *murex*. Vide Scholiaſt. Juven. ad Sat.1. & 3.

v.341. Galeam Dilectaq; Cingula Regni Inſicit) Kirchman.lib.3. c.5.

v.344. Sanguis) V.N. ad Horat. Oden. XVI. Epod. v. 9.

v.345. Insigne) Singulariter pro eô, quod vulgò *arma* dicimus. Virg.7.Æneid.v.657.
——*Clypeoq; inſigne paternum,*
Centum angues, cinctamq; gerit ſerpentibus hydram.
Et lib.8. v. 505.
Ipſe Oratores ad me, regniq; coronam
Cum ſceptro miſit, mandatq; inſignia Tarchon.
Econtrà *inſignia* & armorum nomine appellantur; quoniam plerumq; in armis ſculpi & antiquis & noſtris temporibus ſolebant, ut hinc armati, facie armis opertâ, dignoſcerentur. Adi Tiraquellum de nobilit. c.6. n. 19.

v.346. Inde Ter Armatos) Kirchmanus, nunquam mihi ſine honoris præfatione dicendus, lib.3.c.3.

v.350. Collucent Æquora Flammis) Æn.5.v.3
Mania reſpiciens, quæ jam infelicis Eliſæ
Collucent flammis.

Lucere autem, *collucere*, & *fulgere locus* dicitur lumine illustratus. Silius lib. 7.

Per juga, per valles, errat Vulcania pestis,
Nusquam stante malo; vicinaq; littora fulgent.

Prudent. Peristeph. hym. 2. v. 269.

Nam cæruleis cæcitas
Splendore lucis fulgurat.

Gifan. Ind. Lucret. in *Fulgere*.

v. 359 ARCES AD PATRIAS AVIBUS JAM VERE REVECTIS) Confer Statium 8. Theb. v. 616.

v. 361. ASPERA CURIS NOX) *Curarum maxima nutrix nox*: inquit Ovid 8. Metam. v. 81. Elegans hanc in rem locus extat apud Achillem Tatium lib. 1. de Clitoph. & Leucipp. amor. ἔστι μὲν γὰρ φύσει καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, καὶ τὸ τοῦ σώματος πάθημα νυκτὶ χαλεπώτερον, καὶ ἐπανίσταται μᾶλλον &c. Vide infra lib. 7. v. 142. Nonnunquam tamen νὺξ καὶ ἀχνυμένοισι πέλει θνητοῖσιν ὄνειαρ, ut ait Coint. Smyrn. lib. 3 v. 656. Sicut & à Seneca Herc. Fur. v. 1065. *Domitor laborum & requies animi nuncupatur.* infra lib. 5. v. 278. *Nox hominum genus, & duros miserata labores Rettulerat fessis optata silentia terris.* Statius 3. Theb. v. 415. *Nox subit, & curas hominum motusq; ferarum Composuit.*

v. 368. ÆGRÒ ASSIDUÈ MENS CARPITUR ÆSTU) V. N. 1. Trist. XI. v. 9. & ad Musæum v. 332. infra v. 371. *Varios hinc excitat æstus nubi percussus amor.* Et v. 675. *Insano turbidus æstu.* Et v. 505. *insidias æstu quoq; noverca.* Lib. 5. v. 302. *Varios incerta per æstus Mens rapit.* Æstus curas aut impedimenta fortunæ adversa quæcunq, notat. Barth. lib. 25. c. 12.

v. 365 REDDITA CÆSIS JUSTA) Lib. 1. v. 459. *Multùm famulis pia justa moratis.* lib 5. v. 6. *Tum comiti pia justa tuli.* V. N. 4. Trist. 10. v. 80. Kirchman. lib. 4. de Funer. Rom. c. 1. Seneca Troade v. 65. *Et justa Trojæ facite.*

v. 368.

v.368. Quanquam Tritissima Rerum Castiganda Duci) Hujusmodi consilium Logothetæ à Gregorâ datum lib.8. εἰ γῶν μὴ λέγοις ἀλλὰ τῶν ὅλων χάριν, σὺ δὲ τὸ χαλεπώτερον ἄμειβε μὲν τῆς γλάττης ὅλον σεαυτὸν. &c. *Si non tuâ, at aliorum causâ, & linguam tuam & te totum ad hilariorem habitum conformato. Imitare solertes gubernatores, qui & adventantibus & jam urgentibus periculis tristitiam dissimulant. Nam cum sciant, spem salutis vectorum omnium à suis pendere labris, eos in spem bonam erigunt, & confirmant: quamvis sæpe & mare fundo exæstuet, imo, & præruptus aqua mons supra caput adstet, & imber violentus è nubibus erumpat, & discrimen ante oculos versetur.* Consimilem locum vide apud Senecam in Consolat. ad Polybium c.24. & Grut. Discurs. parte 2. in Tacitum p. 10. & seq. Magyr. in Polymem. tit. *Bellum.* n.175.

v.378. Parvi Tempora Fati) ἐπ' ἐμεροις ῥ. τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Pindar. Pyth. 8. Plutarch. De Consolat. Maximil. Sand. in Symb. vitæ humanæ c. 125.

v.379. Socius Superi Quondam Ignis Olympi) Adi Tiraquellum de nobilit. c.31. n.572. Bulenger. Eclogarum ad Arnobium lib. 1. c. 4. ubi p. 79. hæc adducit.

v.380. Fas Ideò Miscere Neces) Insignis locus, hominem neminem occidendum; & homicidam non impune facimus talismodi ferè. *Homicidium enim maximum malum est, quod proximis potest inferri* Bernhard. serm. 4. super, Regina salve. vide Alex. ab Alex. lib.3. c.5.

v.381. Redituraq; Semina Cœlo) Manil. lib. 4.

An dubium est, habitare animas, sul pectore nostro,
In cælumq; redire animas, cælogq; venire?

Bulenger. ibid. c. 6.

v.384.

v.384. QUESTUQ; NEFANDAM EDOCUERE NECEM) Maserius hîc: *Clamat ad Dominum vindictam sanguis justorum effusus; ut de Abele sacra docet litera, & Erasmus de Æsopi sanguine.* Torniellus in Annal. sub A.M. 130. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Est autem iste clamor, vel internus conscientiæ vermis sive stimulus, & solicitudo, quæ peccatoris mentem cruciatu angit vexatq; perpetuò; vel ipsa divina justitiæ expostulatio adversus delinquentes, cujus vox jugiter in auribus Dei clamat, nec aliquando, ut conticescat, supprimi ullo modo potest, donec illi, ut par est, castigentur. Quandoquidem certissimum est, quòd Deus vel maturè, vel serò; nullum scelus omninò inultum relinquit.* Vide & supra lib.1.v.819. Vide Henric.Ranzovium, Musarum insigne decus, in Epistolis Consolatoriis Regum, principum, p.135. & 136.

v.385. JANUA LETHI) Lib.4.v.230. *Pramia sed manes, reclusaq; janua lethi.* V.N 3. Trist.2.v.23.

v.388. QUISQ; SUOS SONTES INIMICAQ; PECTORA PŒNIS IMPLICAT) Eleganter hoc multorum testimoniis probat Clarissimus Gruterus parte 1. Discurs. ad Tacitum p.79. & seqq.

v.390. MADUERUNT SANGUINE DEXTRÆ) Lucan. lib.1. *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* Supra lib.1.v.274. *Linque ò mihi cade madentem Bache domum.* Lib.4.v.752. *Meritoq; madent quòd sanguine castus.* Lib.5.v.454. *Cade madens.* Lib.6.v.415. *Currus cæde madens.* Et v.708. *Sanguine tunc atro chlamys ignea, sanguine vultus Et gravida maduere coma.* Vide supra lib.1.v.225.

v.391. HOS VARIIS MENS IPSA MODIS AGITAT) *Nihil est enim,* ait Cicero lib.4. de Fin. *quod tam miseros faciat, quàm impietas & scelus.* vide Boch. ad Psalm. 50.

v.398. CIMMERIÛM DOMUS) Homer. Odyss. XI. Ovid.

Ovid. XI. Metam. v. 594. Strabo lib. 1. Fest. in *Cimmerii*. Prov. *Cimmeria tenebræ*.

v. 403. NIGRÒ METU) Lib. 2. v. 45. *Noctisq; metûs niger auget utrimq; Campus.* Cl. Mar. Victor lib. 3 v. 334. *Exterretq; animos niger horror, & implicat artûs.* Et v. 476. *Ecce, niger terror, tremor horridus, & sopor intrat.*

v. 410. EGO UBI PUNICEAS ORIENS) Credebant veteres, sidera humore accendi. Ennodius panegyr. *Cum de Oceani lymfis Solis flamma surrexit.* Apulejus lib. 9. *Sol ipsum quidem delapsus Oceanum, subterraneas orbis plagas illuminabat.* Coripp. lib. 4.

Qualis ab Oceani liquidis Sol aureus undis
Splendentes mittit radios.

Vide supra lib. 1. v. 34 & 62. Lipsi. 2. Physiolog. Stoicor. c. 14. Virg. 12. Æn. v. 113.

v. 413. PERNOX) πάννυχος, ἄγρυπνος.

v. 414. GELIDOS CURRUS) In curru Lunam vehi, nonnulli finxerunt. Virg. 10. Æneid. v. 215.

Iamq; dies cælo conceſſerat, almaq; curru
Noctivagò Phœbe medium pulsabat Olympum.

Natal. Com. lib. 3. c. 17.

v. 416. JAMQ; SOPOR MEDIIS TELLUREM PERSSERAT HORIS) 1. meridies noctis erat, ut loquitur Varro.

v. 417. ET CIRCUM TACITO VOLITABANT SOMNIA) Gyrald. hist. deor. syntag. 9. p. 300.

v. 422. MEMBRA NOVAT) 1. exterget & mitidat, & quasi nova facit. Sic *barbam novare*, veteres dicebant pro radere & lævigare, expolire & q. novam facere. Hinc *novaculum*, instrumentum, quò barba novatur & raditur, & cutis expolitur. Cl. Salmas. ad Lamprid. p. 196.

v. 423. VITTIS) Meurs. ad Lycoph. p. 180.

v. 423. SUPPLICE OLIVA) V. N. 1. Pont. 1. v. 38. lib. iv. 361. *Vittas frondemq; imbellis olivæ.*

v. 423.

v. 423. CASTUS) *Olea*, est Palladis; quia Virgini eam maximè convenire ajunt, ut eam, quæ castitati adhæret. Id quod usq; eò verum, ut, qui colunt oleam puram, hos quoq, puros, hoc est, castos esse oporteat, atq; adeò jurejurando firmare, se ortos è legitimo coitu. Hinc anno sequenti oleam feracissimam fieri ajunt. Enimverò apud *Anazarbum*, Ciliciæ urbem, juvenes casti dediti sunt cultui hujus arboris. Hinc mira olivarum copia. Paschal. lib.6. Coron. c.17.

v.431. CANDENTI VESTE SACERDOS) *Albas vestes*, si Artemidoro credimus lib.2. c.3. non alii gestabant, quàm sacerdotes: quâ de re adeundus Paschalius lib.9. Coron. c.5. Virg.12. Æn. v.169. Puraque in veste sacerdos.

v.434. VINCULA SOLVERE PEDUM) Prudent. hym. Fructuosi, Augurii & Elogii v.74. *Plantis calciamenta dissolutis detrahere*. ibid. v.79. *pedes resolvere*. Et v. 85. *relaxare indumenta pedum*.

v.436. PHÆBI ORBEM) Prudent, hym. Epiphan. *Solis rotam* dicit, pro rotundo Solis globo. Hinc infra lib.6. v.442. *orbita Solis*. Statius XI. Theb. v.120. *Hyperionis orbem*. vide infra v.558.

v.456. PHÆBI SURGENTIS AD ORBEM FERRE MANUS) Vide Bulenger. Eclogar. ad Arnobium lib.2. c.4 Brisson. de Formulis lib.1.p.39.

v.456. ALTE FERRE MANUS) Manûs expandere & in altum tollere, cum precarentur, moris erat, etiam apud ethnicos Livius lib.5. de Camillo: *Dicitur manûs ad cælum tollens, ita precatus esse*. Et lib.36. *Supinas manûs ad cælum ac Deos tendentes orantesq;*. Virg. 1. Æn. v.97.

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert.

Idem 2. Æneid. v. 153.

Susti-

Sustulit exutas supplex ad sidera palmas. Et 3. v. 176.

——— *Tendoq; supinas*
Ad cælum cum voce manus.

Sed passim talia apud Græcos & Latinos obvia. Boch. ad Psalm. 140.

v. 438. Picæ Mactantur Oves) Gyrald. hist. Deor. Syntag. 17. p. 505.

v. 438. Prosectaq;) Brisson. lib. 1. De Form.

v. 441. Lustramina Ponto Pone Jacit) Mos veteribus, sordes purgamentorum in aquas abjicere vel fluviatiles vel marinas, & non-respicientes domum recurrere. V. N. ad Eclogam Virg. 8.

v. 442. Pone) *Trans caput*, Virgilio.

v. 446. Vigiles Curas) Supra v. 358. *pervigili planctu.*

v. 454. Nec Populi, Nostrive Luant Ea Facta Nepotes) Ob Principis crimen non raro populus punitur; ut docet P. Faber, illustris vir dignitate, lib. 3. Semest. c. 20. Et Euripides conqueritur, τὰ τῶν τεκόντων πράγματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους πέπτειν, *Culpam majorum posteros luere*, ut ait Curtius lib. 7. Zeuhust. cent. 1. ad 92.

v. 454. Minores) 1. posteri. Glos. *Minores*, μεταγενέστεροι. Arnob. lib. 3. *Atq; ita ex ordine tolletur & iste cælestium, quem Cœlo esse editum patre, magnorum esse procreatorem deorum, vitisatorem, falciferum, vetustas edidit prisca, & minorum transmisit ætati.*

v. 456. Libavitq; Dapes) Ex Virgil. 5. Æneid v. 92. lib. 2. v. 194. *Savasq; dapes ac pocula libat. Libo* nonnulli à λείβω, quod & λίβω, faciunt: de sacrificiis ferè usurpatur, ut λείβειν οἶνον, *libare vinum*, h. e. effundere in sacrificia. Inde *libare* ponitur pro sacrificare, ut *libare Diis dapes*, Livius lib. 9. & *tura Diis libare*, Ovid. 4. pont. 8. supra lib. 1. v. 193.

v. 456.

v.456. Quas Protinus Angues l. inguis Rapuere) Gyrald. hist. deor. syntag. 15. p. 419.

v.457. Umbrarum Famuli) *Umbrarum reges.* Statius 5. Silv. *umbrarum domini*, Boeth. lib. 3. met. 12. *umbrarum populus.* Prudent.

v.462. Insternunt Tabulata Toris) *Toros* constituebant in transtris. Hîc autor. Magnæ mollicîei argumentum erat, cubare in interiore navi, non super transtra & tabulata, aut in stegâ. Petronius: *Hoc erat, quod placuerat tibi, ut super constratum navis occuparemus secretissimum locum, ne nos patereris requiescere.* Casaubon. ad Persium p. 446.

v.464. Ceraunia) Isidor. Orig. 14. c. 8. Barth. lib. 57. c. 14. Ovid. 2. pont. 6. ——— *Rectô transire Ceraunia velô.*

v.466. Nitidusq; Reducitur Æther) Alcimus lib. 4. v. 530. *Redditur & cæli vultus, solq; ipse reductus.* φέγγος αὐθέριον αὖγλην nominat Nonnus lib. 22. v. 215. Contrarium vide lib. 1. v. 306.

v.480. Jam Summas Cœli) Descriptio meridiei. Mox v. 558. *Medii transit rota candida Phœbi.* Statius 5. Theb. v. 85.

Sol operum medius summo librabat Olympo
Lucentes, ceu staret equos.

Et 4. Theb. v. 680.

Tempus erat, medii cum Solem in culmina mundi
Tollit anhela dies; ubi tardus hiantibus arvis
Stat vapor, atq; omnes admittunt æthera luci.

v.498. Equos) Supra v. 88. nomina exprimit: *Terrorq; Pavorq; Martis equi.*

v.508. Silentia Rumpit) Lib. 5. v. 648. *Quin longa silentia Pallas rumperet.* vide supra lib. 1. v. 508.

v.524. Summô Palla Genu) Solebant se isthac more succingere mulieres, aliquò ituræ, ut iter expeditiùs haberent. Sic Venus apud Virgilium 1 Æneid.

——— *Humeros*

——*Humeris de more habilem suspenderat arcum*
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventus,
Nuda genu, nodoq; sinûs collecta fluentes.

v.527. SUBMITTIT GRAMINA PLANTIS) Lucret. lib.1. *Tibi suavis daedala tellus Submittit flores.*

v.537. ROSEIS HABENIS) Vide Paschal.2.Coron. cap. 13.

v.538. EOI POCULA REGNI) Gifan. Ind. Lucret. p. 470.

v.540. HUNC TIBI VEL) infra lib. 4. v.584. *Aut vobis ergò fera saxa patescunt, Aut mea jam saeva redeunt ad pabula dirae.* V.N.1. Trist.1. v.99.

v.552. NITIDI SPIRACULA FONTIS) Limpiditatem & claritatem aquarum passim poetae laudant. Metam.3. v.407. *Fons erat illimis, nitidus argenteus undis.* Theocrit. in Dioscur. ἄλλαι κρυστάλλῳ ὑδ' ἀχνύεϙ ἱστάμενοι. Adi Tiraq. de Nobilit.c.31.n.84. Dracontius in hexaem.v.77. *Mollior aura, exurgens nitidus de fontibus horti.* Sedulius lib. 4. *Spiramina lucis dixit.* infra lib.6.v.465. *blanda adspiramina formae.* Quid *Spiracula Ditis.* Æn.7. vide apud Turneb.26. c.28.

v.557 STAGNA VAGÂ HIC LUCE MICANT, URI CYNTHIA) Consimiliter Statius 6.Theb.v.575.

Sic ubi tranquillo pollucent sidera ponto,
Vibraturq; fretis cali stellantis imago,
Omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperus exercet radios; quantusq; per altum
Aethera, caruleis tantus monstratur in undis.

Ita & Horat.2. Carm.5.

——*Albo sic humero nitens,*
Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Gnidiusve Gyges.

v.558. ROTA PHÆBI) Solis figura in Glos. ⊙ Ἡλιος, *rota Solis.* Lucret.lib.5. *Namneq; tum Solis rota cernitur lumine largo.* Sidonius: *Inde patefecit radiis*

rota candida cælum. Statius 5. Silv. carm. 1. v. 17. *Altera cùm volucris Phœbi rota torqueat annũ.* vide supra v. 446.

v. 559. JUBAR DIFFUNDIT) Lucret. lib. 3. *Largè diffuso lumine ridet æther.* Gunther. lib. 5. v. 223. *Veluti nova Solis imago caperat optatæ radios diffundere pacis.*

v. 570. UNANIMUM) V.N. 4. Trist. 4. v. 72.

v. 572. NUBE) V. N. 2. pont. 1. v. 5.

v. 575. JAM MAIORE METU) Supra lib. 2. v. 45.

v. 576. PECTORA NAUTIS CONGELAT) Statius 4. Theb. v. 498. *Gelat ora pavor.*

v. 577. HIBERNI VULTUS JOVIS) Statius 3. Theb. v. 26. *Cum fragor hiberni subitus Jovis.* Ibid. v. 48. *Imber, & hibernæ ventosa cacumina Lunæ.*

v. 580. CEU PECTORA TACTUS ASILO) Isid. Orig. 12. c. ult. *Oestrum, animal armentis aculeis molestum. Oestrum autem Græcum est, quod Latinè asilus: Vulgò tabanus vocatur.* Glos. μύωψ, *tabanus, Vespa, asilus.* Et alt. *Tabanus, asilus,* οἶστρος, τὸ ζῶον. Schol. Juvenal. ad Sat. 4. Rittershus. ad Oppian. 2. Hal. v. 508. Rigalt. ad Onosand. p. 11. Ea boves & equos in rabiem agit. Unde qui magnò animi motu rapiuntur, *Oestrò perciti* dicuntur. Erasm. adag. ad D. Hier. T. 1. p. 33 Idem Hieron. T. 6. in c. 4. Oseæ: *Pro lasciviente vaccâ LXX. transtulerunt* πῶλος τρώσεως, *quæ ἀστρὸ ἀσίλου percussa sit: quem vulgo tabanum vocant.* De quô & Virg. in 3. Georg. refert: *Cui nomen asilo Romanum est; Oestron Græci vertere vocantes*, Vide ibid. plura.

v. 581. PER CONFRAGA) pro confragosa. Statius 4. Theb. v. 494. *confraga silvæ.* Gunterus lib. 4. v. 542. *confragarupis* dixit.

v. 583. SENTA) Comment. Terent. p. 165.

v. 588 FRANGIT ET ABSENTEM SUB DENTIBUS HOSTEM) Confer Virg. 12. Æneid. v. 749.

v. 595.

v.595. RURSUS HYLA, ET RURSUS HYLA) Ita emendat & emaculat eruditissimus Rutgersius lib. 3. var. lect. c. 8. ubi plura de Hylæ raptu. Adi & Desider. Herald. 1. Adversf. c. 9. prov. *Hylam invelamare*. Theocrit. Idyll. 13. & Meursf. in Spicileg. p. 62. Joh. Hartung. decur. 3. c. 8. n. 24. Michael. Apostol. proverb. cent. 9. n. 57.

v.596. VAGA IMAGO) 1. *Echo*: quæ Ovidio 3. Metam. v. 368. *in fine loquendi ingeminat voces, auditaque verba reportat.* Horat. 1. carm. 20. *jocosa montis imago*: & 3. carm. 23. *clamor montium.* Seneca Troade v. 106. *Habitansque cavis montibus echo.* Anthol. 4. Evodus appellat ἠχὼ ἀμοιβόλον, φωνῆς πέμμα, ῥήματος ἄφαν.

v.599. GRATA RUDIMENTA) Rudes bonæ mentis sunt, qui *rudimenta*, primis prioribus corripiunt adeoque rudunt, non poëtantur: inquit Barthius, laude omni & invidiâ major, lib. 23. c. 14. Poet. Gissen. lib. 1. c. 4. p. 61. Ansonius Idyll. 15. *Dura rudimenta & juvenum temeraria pubes.* Statius 5. Silv. carm. 2. v. 9. *Clara rudimenta, & castrorum dulce vocaret Auspicium.* Ovid. 1. de arte v. 193. *Tale rudimentum tantò sub nomine dedit.* Virgil. XI. Æn. v. 157. *Dura rudimenta, & nulli exaudita Deorum.*

v.610. JAPYGA) Seneca quæst. Nat. 5. c. 17.

v.634. MARTIA TIGRIS) Ambros. hexaem. 6. c. 4. V. N. ad Dracont. v. 194. & 196.

v.636. FLUCTUAT IRA) Virg. 4. Æneid. v. 532. *Magnæque irarum fluctuat æstu.* Et 12. v. 831. *Irarum tantos volvis sub pectore fluctus?* Et v. 527. *Fluctuat ira intus.*

v.637. SERENS FERA JURG.) Ita rectè legitur ἀντὶ τοῦ *furens.* Zinzerling Promulf. Crit. c. 20.

v.645. POTIORIBUS ILLE DETERIORA FOVENS) Julian. Misopog. ἐμαίνων τοῖς κρείττοσιν ἀμετακινήτως. Quadrat huc illud Sirachidæ 6. v. 3. μὴ ἐπιχαρῇς σαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου, ἵνα μὴ ἁρπαγῇ ὡς ταῦρος ἡ ψυχή σου. Confer Lipsf. 3 polit. c. 6. initio.

v.651. SEPTIMUS AUSTER) pro septimo die. Ita lib.3. v.1. *tertia Tithonia.* Lib.7. v.366. *Pampade Phœbes sub decimâ.*

v.663. EA FAX ODIIS) *Fax* tralatè fervorem inconditum quemvis, adfectum efferum animo subjicientem adsignat. Barth. lib 47. c.10. & lib.24. c.10. *Fax iræ*, apud Lucret. lib.3. *Odio ardere*, dixit Cicero. *Odio flagrare*, Agell. 6. c.10. & Ovid. 4. Trist. 9. Prudent. Hamartig. v.118. *Arsit enim scintilla odii de fomite Zeli.*

v.673. ORA ÆQUE MORTALIA GERUNT) Magir. in Polymnemone; tit. *Homo*, n.8.

v.676 CONSORTIA FAMÆ) Gunther. lib. 5. v.375. *consortia pacis.* & lib.8. v.702. *consortia panæ.* Statius 1. Theb. v 84. *consortia generis.*

v.678. VOS, QUIBUS ET VIRTUS) Horat. Epod. 16. *Vos, quibus est virtus,*

v.685. VARIÒ NUTAT SENTENTIA MOTU) Martian. Capella lib.1. *Anxia cùm trepidis nutat sententia rebus.* Statius 12 Theb. v. 173. *Continuò discors variò sententia motu scinditur.*

v.687. SAT LACRIMIS COMITIQ; DATUM) Æn. 9. v.135. *Sat satis Veneriq; datum est.*

v.687. SORTIBUS ÆVI) Horat. 2. carm. 3.

Omnium
Versatur urna: serius ocius
Sors exitura.

v.694. ARDUA MONTIS) Apulejus 1. Meram. *Postquam ardua montium; & lubrica vallium, & fœtida cæspitum, & glebosa camporum emersi.*

v.700. AD ALCIDEN VERSUS FAVOR) Lib. 4. v. 227. *Nec sonat Oebalius caveæ favor. Favere hic est* ἐπιδοῦναι: *Favor*, εὐφημία, ἐπιβόησις, & acclamatio incitantis ac benè cupientis. Theatrorum enim ac Circi verba sunt *favere* & *favor*; quæ non significant tacitam benevolentiam sed quæ, voce gestuque significe

gnificaretur. Vide plura apud Casaubonum ad Vopiscum.

v. 705. Aspera Nunc) Simile illud Theocriti Idyll. 1. v. 135. ——— νῦν κὴν τὼς κώμας ὰ 'λαφὸς ἤλυθε.

v. 706. Hanc Ego Magnanimi Spolium Didymaonis) Turneb. lib. 8. c. 16.

v. 708. Matre Peremtâ) *Mater*, de arboro usurpatur, propter ramos, qui ex eâ succrescunt. Virgil. 2. Georg. v. 18.

——— *Etiam Parnassia laurus*
Parva sub ingenti matris se subjicit umbrâ.

Ibid. v. 23.

Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis. Et v. 55.
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant

Lib. 11. Æneid. v. 206.

Ut sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbras:
Cum semel in silvis imò de stirpe recisum
Matre caret, posuitq; comas & brachia ferro.

Seneca Troade v. 540.

Quæ tenera cæso virga de trunco stetit,
Paripsa matri tempore exiguo subit,
Umbrasq; terris reddit, & cælo nemus.

Rutgers. 4. Var. lect. c. 16. Robbig. lib. 5. Cod. Crit. cap. 19.

v. 710. Hoc Omni Tibi Numine Firmo) Virg. 11. Æneid. v. 188. *Vt potius reor, & potius Di numine furent.* Adi clariss. Finckium, canon. Theolog. cent. 4. cap. 5.

v. 712. Serus) pro *serò*. Confer Fr. Nansium ad c. 8. Johan. in Nonno v. 5.

v. 715. Illacrimat) Lib. 5. v. 484. *Totq; illacrimantia Divos oppida Illacrimare* dicuntur, qui miserescunt. Ovid. 5. Trist. 9.

Nec mala te reddunt mitem placidumq; jacentî
Nostra, quibus possint illacrimare feræ.

Horatius Plutonem, quod nullius flectatur precibus, *illacrimabilem* appellat:

Non si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrimabilem
Plutona tauris.

Vide prov. *Boni viri lacrimabiles.*

v.721. VESTIGIA) i. indicia. V.N. ad Hilarii Genesin v.703.

v.728. CALABRIS REDIT ARMENTARIUS ARVIS) Eodem pacto & Oppianus Vespertinum tempus describit 5. Cyneget. v.195. & longè venustius 1 Cyneget. v.138. quem vide.

v.731. FLAMINA CONTICUERE) Arnob. lib. 1. nominat *flaturas: Quid enim si hoc pacto navigationis cupidissimus conqueratur, ventos iamdiu non esse, & cali conquievisse flaturas?* ibid. *Nunquid suas animas exspiraverunt venti? emortuaq; flaminibus neq; calum coarctatum in nubila, &c.* Eodem libro, *Ventorum flamina* dicit. Boeth. lib 1. met. 2. *Unde sonora flamina sollicitent aquora ponti.* infra lib 5. v. 682. *Ubi Thessalicis referent hos flamina terris.* lib 4. v. 98. *Et Minyas visò liquerunt flamina Phœbo.*

v.731. JACET CUM FLATIBUS ÆQUOR) Virgil. eclog. 9. *Et nunc omne tibi stratum silet æquor.* Statius 1. Theb. v. 479. ——*Ventis ut decertata residunt æquora.*

v.735. URIT AMOR) Lib. 6. v. 207. *Invendi amore.* lib. 7. v. 243. *assera perpetior dura incendia mentis.* v. 253. *Imi pectoris ignem.* lib. 8. v. 159. *ardet amore.* v. 300. *Sponsa flammatus amore.* Vide supra lib. 2. v. 354.

v.735. NEGAT DECEDERE.) lib. 7. v. 306. *tectisq; negat procedere virgo.* lib. 5. v. 29. *avellit, negant.* Vechner lib. 1. hellenolex. c. 7. & lib. 2. c. 2.

v.736.

v.736. Leo) Adi Joh. Bapt. Pium, Annot. post. c. 102.

v. 738. Castella) Justinian. lib. II. καστέλλες τὰ φρέατα τῶν λατίνων καλοῦσι φωτῆ. Etymolog. φρέαρ, ἐχύρωμα ἢ κάστρον. Vide Johan. Hering. de jure Burgorum in Mantissa c. 1. conclus. 6. n. 44.

v.739. Juba) Glos. χαίτη, seta, juba. Lucan. lib. I. v. 209.

Erexit q; jubam, & vasto grave murmur hiatu
Infremuit.

Seneca Oedipo v. 919.

Qualis per arva Libycus insanit leo,
Fulvam minaci fronte concutiens jubam.

Lib. 3. v. 24.

v.739 Manat Luctu) *Manare*, abundantiam rei denotat. Petronius: *Gurgite sic pleno facies manavit.* Statius 9. Theb. v. 528. *Vulnera manant.* Et 12. v. 109. *Manant lacera ora cruentis unguibus.* Et 3. v. 122. *Ceu nulla priùs lamenta, nec atri manassent imbres.* infra lib. 4. v. 307. *Iam tempora manant.* Seneca Troade v. 118.

—— *Fluit, & multo sanguine manat.*

Ad Librum IV.

Vers. 5. Solisq; Oris) Lib. 3. v. 735. *Solisq; negat decedere silvis*

v. 12. Rerum Mihi Firma Potestas) ἔστω γὰρ θεὸν πολιὰ χρεὼν ἔχειν Δία, θεὸν ἀπάτηλον, θεὸν ἀτελεύτητον, τὸ κεφαλῆ κατανεύειν: quod eleganter scribit Themistius Euphrades, orator mellitissimus, orat. 4. ubi Remus, at qui vir? ista Fulgentii adducit de prædestinat. *Ideò in Dei promissis nulla est falsitas, quia in faciendis nulla omnipotenti est difficultas. Quicquid autem vult, potest; qui, quantum vult, tantum potest.*

v.15. ARCANO REDOLENTEM NECTARE ROREM) Virg. 5. Æneid. circa finem.

v.16. ALTA QUIES) Lib.5.v.334. *Dum premit alta quies.* Ovid.7 Metam. v.185. *Homines volucresq; ferasq; solverat alta quies.* Senecæ Hippol.v.99. *altus sopor.* Lucret. lib.3. *Gravi lethargo fertur in altum.*

v.16. LIQUIDI SOMNI) Gyrald. hist. Deor.Syntag. 9. p.300. Tiraq. de nobilit.c.31. n.191. Persio sat.5. est *irriguus*; quia irrigat & humectat: in quô consentiunt medici omnes & philosophi. Lucret. lib.4. *Nunc quibus ille modis Somnus per membra quietem irriget.* Virgil. 3. Æneid v. *Fessos sopor irrigat artus.* Mar. Victor lib. 3. v.394 *Quorum de nocte silenti Corpora, conflictu dum jam languentia duro, Irrigat, & fessos dulcis sopor alligat artus.* Homerus Odyss.5. inducit Minervam Ulyssi somnum infudisse:

——τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη
ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ', ἵνα μιν παύσειε πάχιστα
δυσπενέων καμάτοιο. φίλα βλέφαρ' ἀμφικαλύψας.

v.19 UT NULLA DEUM SUPERARE POTESTAS) *Nam ratio Fatum vincere nulla potest.* Ovid.3.Trist.

v.24. CHARUM CAPUT) vide supra lib. 2. v. 404. infra v.400. *Dilectum fugiens caput.* lib.8. v.346. *Charum caput.* Nazianz. in Athanas. ὦ φίλη κὴμὶ ἱερὴ κεφαλὴ Julian.in epist. νῦν δέ σοι, ὦ φίλη κεφαλὴ, δῶρον δίδωμι. Themist.Euphrad. Orat.4. μιαρᾶς ἐκείνης κὴμὶ κακοδαίμονος κεφαλῆς. Et Orat.6 ἡ θεία κεφαλὴ, de Jove.

v.35. ET IN DURIS HAUT UNQUAM DEFICE) Lib.4. v.591. *Ne defice, casus pradicti memor, atq; animos accinge futuris.* Lib.7. v.95. *Nec cedere duris.* Apollodorus rectè:

ἀθέμιτον ἀφυμεῖν τὸν κακῶς πεπονθότα δεῖ,
τὸ βέλτιον δὲ μᾶλλον εὐδοκιμεῖν ἀεί.

Im Unglück hab eins Löwen Muth/
Traw Gott/ es wird wol werden gut.

v. 41. Vacuaq; Eluditur Umbra) Nazianz. εἰς φιλοπτωχίαν: μᾶλλόν ἐστι πιστεύειν νυκτὸς ἀπατηλοῖς ὀνείρασιν, ὧν τοὺς ὀλίγον ἡ χάρις, ἢ ἀνθρώπων ἐυπιστία. Et apud Philonem conqueritur Flaccus: ὡς τῶν ἐν ὀνείρῳ φαντασιῶν ἐδὲν ἀπολαύσαντες ὑβριζόμεθα, ἀλλ' οἰκέται πανδήμῳ ἀθρόᾳ ἀλιτηρίᾳ ὅπως κἀγὼ τὰ λαμπρὰ ἐνέπλησα, οἷς πεπλούτηκα, ἰσοδιαιτηθεὶς βραχυτάτῃ καιρὸν ῥοπῇ. Prov. *Quæ tanq; in Somnis videntur. Somnium.* Rittershus. ad Oppian. I. Hal. 36.

v. 44. Crepidine Saxi) Onomast. *Crepido*, κυκατωγὴ. Scholiast. Juvenal. Sat. 5. *Crepido*, *capitur pro loco excelso, & summitate excelsi loci.* Unde Seneca ad Lucil. *Itaq; caligabit, si vastam altitudinem in crepidine ejus constitutus despexerit.* Statius I. Achill. v. 449. —— *Longiq; crepidine dorsi Euboicum scandens Aulis mare.* Theb. 9. v. 492. *Stabat graminea producta crepidine ripæ fraximus.*

v. 45. Halcyonis) De Halcyonibus Plin. lib. 10. c. 32. Arist. 5. animal. c. 8. & lib. 9. c. 14. Varro 6. de LL. Isidor. Orig. 12. c. 7. Theocrit. idyll. 7. v. 57. Seneca Agamem. v. 680. Lucian. ἀλκυόν. Saresber. lib. 2. Policrat. c. 2. prov. *Halcedonia sunt apud forum.* Anthol. I. c. 55.

v. 45. Laremq;) V. N. ad Hilarii Genes. v. 96. Mox v. 48. *domum* nominat nidum.

v. 48. Icta Fatiscit Aquis) Ovid. I. Trist. 11. *Nec sævis icta fatiscit aquis.*

v. 49. Et Se Sustulit Alis) Æneid. 5. v. 657. *Cum Dea se paribus per cælum sustulit alis.* Et 9. v. 14. *Dixit, & in cælum paribus se sustulit alis.* Et 5. v. 861. *Ipse volans, tenues se sustulit ales in auras.*

v. 51. Effusisq; Genas Lacrimis Rigat) Seneca Troade v. 409. *Effuso genas fletu rigatis.* Et v. 964. *Irrigat fletus genas.* Et v. 978. *Rigat ora fœdus imber.* Medea v. 38. *Oculos fletu rigat.* Et v. 930. *Ora quid*

lacrimæ rigant? Thebaide v. 441. *Irrigat fletugenas.* Oedipo v. 955. *Ac rigat fletu genas.* Statius 2. Theb. v. 134. *Ora rigantur imbribus.*

v. 54. RELEGITQ; VIAS) Lib. 8. v. 121. *Egressi relegunt campos.* vide lib. 2. v. 451.

v. 55 QUAS ADPARET IRAS) Lib. 3. v. 585. *Quid struat Alcides, tantaq; quid apparet irâ.*

v. 63. CAUCASEUMQ; SENEM) 1. *Prometheâ.* infra lib 5. v. 155. & seqq. Hygin. fab. 144. Phornut. de nat. Deor. p 159. Nat. Comes lib 4 c. 6.

v. 66. FURTUM IGNIS) Hesiod. 1. ἔργ. καὶ ἡμερ. Horat. 1. Carm 2. Nonnus lib. 7. v. 59.

v. 68. INTER PABULA DIRI VULTURIS) Nonnus lib. 2. v. 577. Seneca Medeâ v. 708.

v. 70. AMBUSTA PRUINIS) V. N. 3. Trist. 4. v. 48. & Ind. Dracontii in *Aduri.*

v. 81. HORTATIBUS IMPLET) Lib. 3. v. 549. *Simul Alcides hortatibus urget,*

v. 86 MISERÆ VITÆ) Homer. Iliad. ρ.

ἐμοὶ γὰρ πότε ἔην οἰζυρώτερον ἄνδρὸς
πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει καὶ ἔρπει.

D. Bernhard. lib. de gratia & lib. arbit. *Omne, quod præsentis vitæ est, occupat miseriam.* vide prov. *Optimum non nasci.*

v. 80. QUÒ; SIMUL ADSUMTÂ PULSUS FIDE LUCTUS, ET IRÆ, ET LABOR) De vi Musices eleganter Cassiodorus 2. var. ep 40. *Hæc cùm de secreto Naturæ, tanquam sensuum regina, tropis suis ornata, processerit, reliquæ cogitationes exiliunt; omniaq; facit ejici, ut ipsam solummodo delectet audiri. Tristitiam noxiam jucundat: tumidos furores tenuat: cruentam saviliam efficit blandam: excitat ignaviam, soporantemq; languorem vigilantibus reddit salubrissimam quietem: vitiatam turpi amore, ad honestum studium revocat castitatem: sanat mentis tædium; bonis cogitationibus semper adversum: perniciosa odia*

alia convertit ad auxiliatricem gratiam: &, quod beatum genus curationis est, per dulcissimas voluptates expellit animi passiones. Incorpoream animam corporaliter mulcet, & solo auditu, ad quod vult, deducit, &c. Vide ibidem plura: & quæ commentatur Ritterhus. ad Malchum de vitâ Pythagoræ lit. ψ. 3. & seqq. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. Schönborn. 2. Polit. c. 28. Heider. Polit. c. 1. p. 131. & seqq. & in Ethicis p. 473. & 701.

v. 92. Sol Auricomus Cingentibus Horis) Ita legit hæc Barthius argutissimus, lib. 26. c. 3. non, *vergentibus*: ut & lib. 28. c. 18. & lib. 34. c. 14. *Auricomus Sol* dicitur, quòd Comæ Solis sint ejus radii, luce omnem orbem perfundentes. Ii autem esse duodecim feruntur. Martianus Capella lib. 2.

Solem te Latium vocitat, quòd solus honore
Posti patrem sis lucis apex, radiisq; sacratum
Bissenis perhibent caput aurea lumina ferre;
Quòd totidem menses, totidem quod conficis horas.

Vide Carol. Paschal. lib 9. Coron. c. 13. & 16. *Horæ* autem Solis ornatrices & ministræ sunt, δωδεκὰς Ἡελίοιο, ut ait Nonnus lib. 2. v. 271. vel, ut lib. 12. v. 18. δωδεκὰς ἠελίοιο συνήλυδες ἀίδηλοι διφρῳ· ἀυσιπόλοι λυκάβαντος ἀμοιβάδες. Vide ibid. plura, & lib. XI. v. 485. Statius 3. Theb. v. 407.

Solverat Hesperii devexô margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq; lavabat
Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos, & rapidis accurrunt passibus Horæ,
Frenaq; & aurata textum sublime corona
Deripiunt, &c.

v. 93. Bisseno Sidere Textam Loricam) Zodiacum intelligit, in quô duodecim signa figurantur. Lucanus lib. 7. nominat *signiferum Cyclum*. Proclus in Sphæra p. 245. b. Hygin. lib. 1. p. 56. b. & lib. 4. p. 99. b. Joh. Jovian. Pontan. lib. 2. Uraniæ p. 46.

v. 94.

v.94. Loricam Induitur) Virg.7. Æn. v. 639. *Auroq; trilicem Loricam induitur.*

v.95. Arcum) Glos. *Arcus*, ἶρις. Cl. Mar. Victor lib.3. v.54.

——— *Et pulcrum circite ſummo*
ARCVM componet mihi Solis imago recurvum,
Pingentem convexa poli, qui luce colores
Exhibeat varios, & in æra diſſiper imbres,
Ignis plus habeat rutilans, & jam minus imbris.

Confer Alcimum lib.4. v.627. Plin. lib. 2. c.59. Senecam 1. Natur. quæſt.c.6. & Oedipo v.315. Laërt. in vita Zenonis. Ariſtot.3. meteor. c.3.&4. Apulei.de mundo. D. Auguſtin. T. 9. homil. 2. in Apocal. Johan. Perer. lib.4. Comment.in Daniel.p.229. Cæl.Rhodig. lib.22. c.24.

v.96. Cornua Montis) Celſiſſima montium juga antiquitas *cornuum* nomine demonſtravit. Lycophron:

——— ἔνθα Λαμπέτης
ἱππονίᾳ πτηνῶν & εἰς πηγὸν κέρας
σκληρὸν νένυκεν.

Vbi Lampetes Hipponii montis aſperum cornu in mare vergit. ὑψικέρατον πέτραν uſurpavit Pindarus pro ὑψηλὰ ἀκρωτήρια, *altas ſummitates.* Paſchal.Coron.10.c.4.

v.97. Candentibus Undis) Lib. 3. v. 480. *Phœbus candentior.*

v.102. Non Fœdera Legum Ulla Colunt) Eurip. in Cyclope.

v.106. Tibi Pabula Et Diras Polypheme Dapes) Virg.3. Æneid. Ovid 14. Metam v.167.

v.111. Torquet Agens) Lib 3. v. 40. *Lenit agens.* lib 6. v.591. *reddit agens* v. 230. *profundens ingerit.* v 658. *perſequitur luſtrans.* lib 7. v.151. *credit agens.* Statius 5. Theb. v.422. *laſſat agens.* Linacer hujuſmodi participialia refert ad Pleonaſmum.

v.113.

v.11. Cæstibus) *Amycum*, cujus hîc mentio, cæstuum lora invenisse narrat Cl. Alex. 1. Strom. Ἄμυκός τε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικὰς πρῶτος εὗρε. *Cæstus*, à cædendo dictus, lorum erat ex coriò bubulò, manibus implicitum; quò & ictum minus ipsi sentirent, & adversarium gravius ferirent. Temporis autem successu loris coriorū insutæ sunt massæ plumbeæ, ferrò etiam additò. Unde moles eorum magna, & non nisi robustissimis tentata. Prolixè cæstum describit Ald. Manutius lib 1. de quæsitis per epist. c. 8. vide supra lib 1. v.420. infra v.148. 160.182.208 213. 249. 250. 297. 331. Cæstu valuit *Butes*, Amyci filius; & Eryx, Virg.5. Æneid. Confer Theocrit. in Dioscuris; Apollon.lib.2. Statium Theb.6. v.726. & seqq *de Capaneo & Alcidamante.*

v.114. Gurgite) *Gurges* pro mari, infra v 334. *sacro placati gurgitis amne.* v.582. *Cum rabidi fleverint in gurgite montes.* v. 754. *Tuas acies mediò de gurgite vidi.* Prudentius. in Romano v.326. *Vim marini gurgitis.*

v.117. Evolvit Pectore Questus) 1. profert, producit. Gifan.Ind. Lucret.

v.121. Fata Manent) V. N. ad Horat. Epod. 16. v. 41.

v.137. Umbrataq;) 1. tecta. Statius 4. Theb.v. 749. *Nullaq; umbratum nube Syenem.* Et lib. 6. v.554. *Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis.*

v.138. Parrhasiô Galero) Fulgent. mythol.1. p. 132.b. *Galero cooperto capite pingitur Mercurius, quòd omne negotium sit semper absconsum.* Statius 4. Theb. v. 304. *Arcadii morem tenet ille galeri.* Et 7. v.39. —*Nec Arcadii bene protegit umbra galeri.* Vide eundem lib.1. v.303. & seqq.

v.141. Dum Datur) Lib.2. v.121. *Quà datur.*

v.146. Non Hîc Ullos Reverentia Ritûs Pectora) Paulò ante v.103.

v.149.

v.149. VASTÒ QUI VERTICE NUBILA PULSET) Æneid.3. de Polyphemo v.619. ——— *Ipse arduus, altaq; pulsat Sidera.* Et v.678. *Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes.* Usurpatur & proverbialiter, *Tangere vel pulsare cœlum vertice.* V.N. 2. Pont.2.v.10. & Barth. lib. 19. c.14.

v.154. QUÆNAM TALEM VIDISSE VOLUPTAS?) Theocrito in Dioscur.v.45. est ἐνὸς ἰδεῖν. Mox. v.199.

v.162. DECUS ILLE) Lib.3. v.522. *Vndarum nemorumq; decus.* infra v.629. *Decus ò Borea!* vide lib.1. v.56.

v.163. ASPERNANDUS) παθητικῶς: ut lib.5. v.319. *experienda.* vide lib.2.v.389.

v.185. NEC NOMEN ERAT) Adi Juretum ad Symmach.lib.2. epist 52.

v.190. SIDEREO ORE) infra v.330. *fidereamfrontem*, dicit, Lib.5.v.366. *astroq; comantes Tyndaridas, &c.* Apollon. lib.2. v.40.

——— ὁ δ' ἐγγυίῳ ἀπέλαυτο
ἀστέρι Τωδαείδης ἴακχῳ κάδιστα ἔασιν,
ἐσπερίην ἀλὸς νύκτα, φαεσιμβρότου ἀμαρυγαὶ
τοῖον ἔην Διὸς υἱός.

Formæ enim pulcritudo sæpe sideri comparatur. vide infra lib.5 v.466.

v.191. QUICUNQ; ES) Ita lib.5. v 387. *Duc precor ad vestri (quicunq; est) ora tyranni.* Videatur Brissonius de Form.

v.192. MODÒ SINT TIBI SANGUIS ET ARTUS) Mox v.200. *Mortalia nusquam signa manent.*

v.193. OMNIBUS IDEM ANIMUS) Similiter apud Statium 7. Theb.v.430.

Tunc ferus Hippomedon magnò cum fragmine ripæ
Cunctantem dejecit equum. ducibusq; relictis
Gurgite de medio frænis suspensus & armis,
Ite viri, clamat! sic vos in mania primus
Ducere, sic clausas voveo perfringere Thebas.

Pra-

Præcipitant cuncti fluvio, puduitq; secutos.
Ac velut ignotum si quando armenta per amnem
Pastor agit, stat triste pecus; procul altera tellus
Omnibus, & latè medius timor: ast ubi ductor
Taurus init, fecitq; vadum, tunc mollior unda,
Tunc faciles saltus, visaq; accedere ripæ,

Adi Gruterum parte 1. Discurs. ad Tacit. p. 120. & seqq. & Magirum in Polymnemone tit. Dux belli n. 37.

v. 193. DECERNERE PUGNÂ) *Decernere* vel *Certare bello aut pugnâ*, est prælio dimicare, ac signis collatis concurrere. Lucret. lib 5. v. 395. *Magnis de rebus inter se decernere certant.* Virg. 12. Æn. v. 282. *Sic omnes amor unus habet, decernere ferro.* infra lib. 5. v. 636. *Sumtis decernimus armis.* Lib. 8. v 319. *Haut finit extremâ Mi. nyas decernere pugna.* Græcis est κρίνειν vel διακρίνειν πῶμ πόλεμον. Theocrit. Dioscur. v. 174. διακρινόμεθ' ἀρηΐ. Oppian. Hal. 5. v. 297. ἐναλίοιο διακριθέντ@ ἀρη@. vide Nonium c. 4. Turneb. lib. 26. c. 32.

v. 200. INSTAR SCOPULI) Colossus comparat ibid. Theocritus v. 47. σφυρήλατ@ οἷα κολοσσός. vide mihi 44. & v. 94. Τιτυῷ ἐναλίγκι@ ἀνήρ. Corippus lib. 4. queritur:

Adstabant celsi pariter, pariterq; nitebant
Extantes latis humeris duriq; lacertis,
Cenifera veluti sacra inter flumina quercus.

v. 204. PROTONAT IRÂ) infra v. 293. *Oebalides primâ refugit dum detonat irâ.* lib. 3. v. 167. *clavaq; supernè intonat.* infra v. 413. *Intonat alto Insurgens cœlo genitor.*

v. 208. HÎC MIHI LEX CÆSTUS) Supra v. 112.

v. 225. GELIDUS DEFIXIT CASTORA SANGUIS) Statius 1. Achill. v. 158. *Figit gelidus Nereida pallor.* Lucan. lib. 7. *Stat corde gelato attonitus.* Vide supra lib. 3. v. 74.

v. 227. CAVERÆ) Scholiast. Juvenal. Sat. 14. p. 128.

v. 232.

v.232. VIX DUM ETIAM PRIMÆ SPARGENTEM SIGNA JUVENTÆ) Theocrit. Idyll. 15. v. 85. παῖδον ἴκελον ἀπὸ κροτάφων καπυσάκκων. Apollon. 2. v. 44. ἐπὶ χνοάοντας ἰύλας ἀντέλλων. Vide infra lib. 7. v. 340.

v.234. SANGUINEOSQ; ROTAT FURIIS ARDENTIBUS ORBES) Basil. M. homil. εἰς λακίζοις p. 213. πῶς ἀχημονεῖ ὁ θυμώδης; ἀποπήγεται τὸ χῦμα τὸ ἀνθρώπινον, ἢ εἰς χῦμα μεπαλαμβάνει. &c. Coint. Smyrn. lib. 3.

——εἰ δὲ ὁ ὅσσοιν
πῦρ ἄμοτον μάρμαιρε.

Vide lib. 2. v. 184.

v.234. ORBES) *Orbes*, plurali numerô oculos notant. Lib. 3. v. 177. ——*En frigidus orbes Purpureos jam somnus obit.* lib. 6. v. 246. *Lævum per luminis orbem Transigitur.* Galter. lib. 2. v. 325. *Pacifici Darius obliquans luminis orbem.* Virg. 12. Æn. v. 670. *Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit.*

v.235. TYPHŒUS) infra v. 555. lib. 2. v. 24. Nonnus lib. 2. Apollon. lib. 2. v. 1215. & 38. & 1214. vide supra lib. 2. v. 24.

v.239. QUISQUIS ES) Brisson. de Form.

v.244. HORRENDOSQ; TORIS) *Torus*, est toro, pars animalis, ut in humeris, brachio, pede &c. Glos ὠλένη. Est & κρώμνη, *lectus*. vide de utraq; significatione &c. v. 486. 529. lib. 2. v. 202. 510. 342. 652. lib. 1. v. 291. lib. 3. v. 120. lib. 5. v. 244. 331. 444. lib. 6. v. 457. lib. 7. v. 5. 21. 145. 210. 296. 320. 594. lib. 8. v. 7. 255. 260.

v.249. CRUDIS DURATA VOLUMINA TAURIS) Statius lib. 6. Theb. v. 730. *Nigrantia plumbo tegmina cruda boum.*

v.250. NEC PETE SORTIS OPEM) Adi Tiraq. T. 1. de jure primig. c. 17. opin. 1. per totum &c.

v.252. ARMIS INNECTERE PALMAS) Palmæ enim ipsæ involvebantur cæstu. Supra v. 165. *Atq; ego palmas Implicui.*

v. 253.

v. 253. ODIA ASPERA SURGUNT) Vide lib. 2. v. 165. De hac autem Amyci & Pollucis monomachia lege Theocritum Idyll. in *Dioscuros*.

v. 260. MALEÆ) *Málea* sive *Maléa* (utroque enim modo pronunciatur) à Maleo, rege Argivorum, sic dicta est, promontorium Laconicæ per 50. miliaria protensum in mare, ubi adeò sævæ & procellosæ erant undæ, ut navigantes viderentur persequi: unde Virg. 5. Æneid. *Maleæq; sequacibus undis.* vide Plutarch. in Arato. Strabon. lib. 13. Symmach. lib 8. ep. 60. Statius 2. Theb. v. 33. *Quà formidatum Maleæ spumantis in auras Ire caput, & nullos admittit culmine visus.* Et lib. 7. v. 16. ——*Et raucæ circumtonat ira maléæ.* Achill. 1. v. 407. *Nec undisonæ quos circuit umbo Maleæ.* Seneca Medeâ v. 149. *Maléa longas navibus flectens moras.*

v. 260. FRAGOSÂ) *Fragosus*, asper, præruptus. Lib. 2. v. 622. *Pariumq; infame fragosis Exuperant Phthiamq; vadis.* Et v. 198. *Nimbis & luce fragosâ Prosequitur polus.*

v. 262. NIMBO) Ita appellat ingestas confertim cæstibus plagas. Multitudinis enim atq; copiæ significationem tenet. Ammian. lib. 20. *Sagittarum nimbi crebrius volitantes.* Florus lib. 3 c. 8. *Ingenti lapidum saxorumq; nimbo classem operuere.* Prudent. Psychomach. v. 128. —— *Fortis ad omnes telorum nimbos.* Virg. 7. Æn. v. 79. *Insequitur nimbus peditum.* Vide infra lib. 5. v. 607. & lib. 6 v. 86. Ita & *Imber* usurpatur. Prud. 3. Cathem. v. 78. *Arbor onus tremefacta suum Deciduo gravis imbri pluit.* Galter. lib. 5. v. 23. *Missiliumq; frequens Regem circumvolat imber.*

v. 261. PRÆCEPS AGIT) Æneid. 5. v. 456. *Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto.*

v. 264. VIGIL ILLE METU) Confer Lipsium 2. Saturn. c. 20.

v. 270. SECAT ÆQUOR) Supra lib. 2. v. 2.

v. 284. FUMANT CREBRO PRÆCORDIA PULSU)

Metam. 10. v. 643. *Aridùs à lassò veniebat anhelitus ore*. Nonnus lib. 30. v. 64. Ἀφ' ὑγμάτων βεβιημένον αἶθμα πτώνες. Infra v. 275.

v. 285. AVIA RESPONSANT) Lib. 3. v. 595. —*Per longa reclamat Avia: responsant silvæ.*

v. 285. PERVIGIL UT CUM FULMINA CYCLOPS PROSUBIGIT) vide Virg. 8. v. 416. & seqq.

v. 288. DEXTRAMQ; MINATUR) Eleganter hæc illustrantur ab eruditissimo Salmasio, Notis in Spartianum p. 59.

v. 291. CONCLAMANT SOCII) Id Theocrito in Dioscur. v. 92. est ἰαχούνεν. Ita apud Ovid. 10. Metam. v. 636. Hippomeni:

——*Adjiciunt animos clamorq; favorq;;*
Verbaq; dicentum: Nunc nunc incumbere tempus;
Hippomene propera, nunc viribus utere totis,
Pelle moram, vinces!

Huc pertinet illud D. Hieronymi epist. ad Demetriadem de servandâ Virg. *Equorum cursus favore pernicior fit: pugilum fortitudo clamoribus incitatur: paratus ad prælium acies, strictosq; mucrones, sermo Imperatoris accendit.*

v. 293. DETONAT) Schott. 2. observ. c. 2. interpretatur, *tonare desinet.* Sed ego non sum credulus illi. Vide supra v. 204.

v. 295 NULLÒ DISCRIMINE SESE PRÆCIPITANS) Confer Lipsium 3. polit. c. 7.

v. 296. OVANTES) De hoc verbo Camerar. cent. 1. Medit. hist. c. 77. Mox v. 341. *Latus ovat.* lib. 1. v. 811. lib. 2. v. 507. 545. lib. 3. v. 691. lib. 5. v. 68. vide infra lib 5. v. 187.

v. 304. REVOCARE GRADUM) Lipsi. 2. Saturn. cap. 20.

v. 307 TIMPORA MANANT) Theocrit. Dioscur. v. 124. ἐκ δὲ χύδην μέλαν αἷμα ῥοᾶς, κραπάφοιο χαυόντος.

v. 309

v.309. ARTU) Ex hoc patet illorum error, qui solùm pluraliter inflecti volunt: cum etiam Lucanus dixerit: *Nunc omnis palpitat artus.* Maser.

v.314. ADEMTI) 1. occisi. V. N. 1. pont. 10. v. 41.

v.320. ANNOSI VELUTI SI DECIDAT OLIM PARS ERYCIS) Lib. 6. v. 383. *Tunc ruit, ut montis latus, aut ut machina muris, &c* Virg. 5. Æn. v. 448. *Concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho, Aut Idâ in magnâ radicibus eruta pinus.* Galter. lib. 5. v. 69.

——— Tantumq; dat ictu fragorem;
Quantus, ubi annosam, sed adhuc radice superbam,
Montibus evellit Boreæ violentia quercum.

v.325. FESSASQ; ATTOLLERE PALMAS) *Attollere palmas* dicitur ut *levare manum* & χειρίζειν χεῖρας Heliodoro: quod est manum hominis fessi sustentare & quasi Scipionis vicem sustinere. Salmas. in Notis ad Capitolin. p. 67.

v.329. DUMQ; EA DICTA SERUNT) Ita rectè legi autumo: & consentientem habeo Zinzerlingum ingeniosissimum, Promuls. Crit. c. 20.

v. 333. ET VIRIDI CONNECTIT TEMPORA LAURO) Virg. 5. Æn. v. 539. *Cingit viridanti tempora lauro.* Coronat autem Castor Pollucem coronâ victrice; de quâ Paschal. lib. 7. Coron. c. 5.

v.345. JO) Ovid. 1. Metam. Marcellin. lib. 22.

v.358. RENIDENTI) Supra v. 233. *Ore renidenti lustrans obit.*

v.360. PRIMÆ REFERENTEM CORNUA PHŒBES) κεραίης ἡμιτόμου ἄπτι χόκλου σελήνης. Theocrit. in Europâ.

v.365. CUSTODEM PROTINUS ARGUM) Ovid. 1. Metam. v. 622. Hygin. fab. 145. & lib. 2. p. 69. b. Fulgent. mythol. 1. p. 133 Argo Theocritus Idyll. 20. v. 56. tribuit ὀφθαλμοὺς ἀκοιμήτους. Nonnus lib. 2. v. 83. & lib. 31. v. 225. & lib. 8. v. 57. Joh. Saresber. lib. 1. policr. c. 6. Prov. Argo oculatior.

v.367. LUMINA NON ALITER LUCENT CUI VERTICE) Zinzerling. ibid. in Diatribe poster p. 201.

v.367. QUÀM SI LYDA NURUS SPARSÒ) Statius 1. Achill. v.304.

——————— *Fax vibrata medullis*
In vultûs at q; ora redit, lucemq; genarum
Tinguit, & impulsam tenui sudore pererrat:
Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceô, vel ebur corrumpitur ostrô.

v.374 REBOANS HYPERIA) vide Rutgersium eruditiss. lib.3. var. lect. c.1.

v.386. QUOQ;, AIT, HINC DIVERSUS ABIS) Æn. 5. v.166. *Quò diversus abis?*

v 388. LUMINA CUNCTA NOTAT) Æneid.3.v.515. *Sidera cuncta notat.*

v.389. HARPEN) Lib.7.v.364 *Stygiis duratam fontibus harpen.* Lucan lib. 9.

Et subitus prapes Cyllenida sustulit harpen;
Harpen alterius monstri jam cade rubentem,
A Jove dilecta susô custode juvenca.

Ibi Sulpitius, *Harpen Cyllenida* exponit incurvum Mercurii gladium. Ovid. 1. Metam. v.716. *fulcatum ensem* dicit. Et alibi: *Brachia tendentem Cyllenida conficit harpe.* infra lib.5. v. 69. *Vertit in hunc harpen madefactam cade Medusæ.* Lib. 6. v. 375. nomen est Amazonis: —*Jamq; ibat in Harpen.*

391. TARTAREO ULULATU) Elisio præterita hîc est, per hiatum. Ita Virg. eccleg. 2. *In Actæo Aracynthe.* Ecl.3. v.6 *Et succus pecori & lac subducitur agnis.* Et v.63. *Munera sunt lauri & suave rubens hyacinthus.* Ecl. 5. *Duo altaria Phœbo.* Ecl.7. *Stant & juniperi & castaneæ hirsutæ.* Ecl.8. v.41.44.108. Ecl. 10. v.12.13. Plura exempla notavit diligentiss. Barthius lib. 20. c. 18. & ad Calpurnii eclogam 5. v.12. vide Poet. Giessen. lib. 2. c.1. p. 164.

v. 400

v.400. Ceu Styga) ὡς ἀΐδαο πύλας.

v.405. Palearia) Glos. *Palearia*, ὑποδορμὶς ἢ τραχήλου βοός. Et alt. τὸ ὑποκάτω ἢ τραχήλου ἢ δοὺς κρεμάμενον δέρμα, *palearium*. Et, δέρμα τὸ ὑπὸ τὸν τράχηλον τῶν βοῶν Onomast. πὶ ἐς γήραϊ.

v.406. Volat Præcipere) Græcismus bonis in autoribus passim obvius. Vide Barthium τὸν γνωμέσιον ad Rutil. lib.1. v.208.

v.408. Totò Gurgite Torrens Agit) Supra v.262. *Torrenti præceps agit undiq; nimbo.*

v.417. Persona) πρόσωπον. Ita Petronius: *Verno persona cantu.* Statius 1. Achill. v. 208. *Littora persona ludo.*

v.417. Sistro) Apulejus XI. Metam. Salmuth. ad Panciroll. p. 26. V.N. 1. pont. 1. v.38.

v.420. Immissis Auris) Lib. 1. v.692. *Volat immissis cava pinus habenis.*

v.427. Typhonidis Harpyæ) Infra v. 315. *Implorant clamore patrem Typhona nefandum.* videatur Joh. Bapt. Pius annot. post. c.148. Virg.3. Æneid. v.211. Gyrald. hist. Deor. Syntag. 6. p.204. Palæphat. lib. 1. Fulgent. mythol. 1.

v.454. Fragrat Odor) infra v.592. *fragrat acerbus odor.*

v.457. In Luce Moras) *Lux*, pro vitâ metaleptice. Lib. 6. v.560. *Hus ille animam lucemq; rependit crudelis.* lib 7. v.412. *Ferine aliquam fuem lucis? att.* v.486. *Pro te lucem quoq; læta relinquam*, v.492. *Quæ mihi lucis amor?* Vide Zehner. cent.2. adag.46. Meurs. ad Lycoph. p.286.

v.464. Calais Zetesq;) Hygin. fab. 14. & 19. Ovid. 6. Metam. circa finem. Pindar. pyth. 4. Gyrald. hist. deor. Syntag. 6. p.204. Supra lib.1. v.468.

v.466. Phineus) V. N. in Ibin.

v.467. Dilecte) Antiptósis, pro *dilectus*. Vide

supra lib. 1. v. 392. Auson. Popmam lib. 2. de usu antiq. locut. c. 2.

v. 469. EXEDIT LABOR) Lucret. lib. 3 v. 1008. *Exesi anxius angor.* Supra lib. 2. v. 137. *Exesam curis.* Statius 2. Theb. v. 319. *Exedere animum dolor iraq; demens.* vid. lib. 2. v. 137.

v. 469. MISERIS FESTINA SENECTUS) αἶψα δ' ἐν καλὸν ἔπεβρυτὶ καταγηράσκεσι) inquit divini vates ingenii, Odyss. τ. vide Ovid. 1. pont. 5.

v. 470. MITTE PRECES) pro, *omitte.* Terent. Adelph. 3, 2. *Lacrimas mitte.* Et 2, 4. *Omitte verò tristitiam tuam.* Et 5, 3. *Mitte maledicta omnia.* Infra v. 488. *Vetitq; jubent ac mittere curas.* lib. 5. v. 286. *Dimitte metus.* Lib. 8. v. 108. *Dimitte moras.*

v. 471. IRA DEÛM) Lib. 3. v. 222. *Ea gaudia fingit Ira Deûm.* infra v. 473. *ira Tonantis.* v. 579. *Ira Jovis.*

v. 472. SUSTULIT HIC GEMINAS) Supra lib. 1. v. 80. & lib 3. v. 436.

v. 472. Hîc) pro *tunc.* Priscian. lib. 15. p. 1020. infra v. 681. *Hîc Juno præceps; ex æthere Pallas insiliunt.*

v. 478. FATA LOQUAX) Hygin. fab. 19. *Sic verò & Sisyphus & Tantalus, quòd Deorum secreta divulgassent, ille quidem ad lapidem, hic ad perpetuam famem condemnatus est.* Pausan. in Corinth. Diodor. Sicul. lib. 4.

v. 504 STANT FIXI) Attoniti. Ita lib. 7, v. 82. *Mœstâ stabat defixus in irâ.*

v. 505. PALANTIA MONSTRA) 1. oberrantia & volitantia in aëre. Est enim *palari*, vagari, huc illuc agitari, πλάζεσθαι. Glos. *Palatur*, ῥέμβεται. ῥέμβομαι, *vagor, erro.* Onomast. *Palor, aris.* ἀλᾶσθαι. Lucret. lib. 2. *palantia sidera.*

v. 506. SIC UBI PRORUPTI VESEVI) supra lib. 3. v. 207.

v. 507. IGNEA MONTEM TORSIT HIEMS) Boeth. lib. 1. met. 4.

Nec

Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes.

Statius 3. Silv. carm. 5. v. 72.

Non adeò Vesuvinus apex, & flammea diri
Montis hiems, trepidas exhausit civibus urbes.

v. 512. STROPHADAS) Interpres Apollonii *in mari Siculo*, Hygius *in Ægæo*, Virgilius & hîc Valer. *in Jonio* ponunt. Neand. in Orbis-terræ descript. p. 338.

v. 516. IMAQ; SUMMIS MISCUIT) Ovid. 7. Metam. v. 277. *Omnia confudit, summisq; immiscuit ima.* Nonnus lib. 2. v. 272. ἠέρα μίξαι γαίῃσι, ὕδωρ πυρὶ, πόντον ἐλύμπῳ. Et v. 275. ἤματι νύκτα κεραίσαι.

v. 530. CEU DULCIS IMAGINE SOMNI) Quæ insperatò contingunt, velut *Somniasse* dicimur. Livius de Græcis lib. 33. ab U. C. cum præconem audirent pronunciantem, populum Romanum ipsis restituere libertatem: *Majus*, inquit, *gaudium fuit, quàm quòd universum homines caperent: vix satis credere se quisq; audire, alii alios intueri mirabundè, velut Somnii vanam speciem.* Adi Rittershus. ad Oppian. Hal. 1. v. 36.

v. 532. BACHI LATICES) i. vinum. Periphrasis, ut modò v. 531. *honorem Cereris*, *Latex absinthii*, absinthium, Lucret. lib. 1.

v. 538. LABORES) i. mala, difficultates. Ovidio trita vox. 4. Trist. 7. *Nunc erat, ut posito deberem fine laborum vivere.* ibid. 10. *Ergo quòd vivo, durisq; laboribus obsto.* 5. Trist. 6. *Lingua favens adsit, nostrorum oblita malorum.* Et alibi.

v. 544. HOC MAGIS ANGUNT PROXIMA) Ennodius panegyr. *Vincitur humanæ mentis auctoritas prævisione discriminis: labescit fortium conscientia, quoties formidanda oculis ingeruntur.*

v. 547. VITTAS) Zinzerling. promulsi. Cric. cap. 51.

v.547. LAURUMQ; CAPESSIT) Supra lib.1. v.109. Meurs. ad Lycoph. p.357.

v.554. AD SIDERA TOLLIT) Proverbialis hyperbole, pro summis efferre laudibus. Cicero lib. 10. epist. 16. *Quibus* (laudibus) *te omnes in cælum jure & verè ferunt.* Pro Archia: *In cælum hujus proavus tollitur.* Vide Erasm. lib.1. de Copia c.130. & prov. *In cœlo sum.*

v. 563. VINCULA MUNDI IMA LABANT) Mox exponit: *tremere solum.* πυθμένα κόσμε vocat Nonnus lib.2. v.258.

v.567. MENTIMQ; DABUNT) Supra v 124. *Aut det fiducia nostri Nate animos.* lib.1. v.41. *Datq; animum,* lib.6. v.279. *Animos auget.* v.289. *pectora suggere.*

v.577. NEC SPE SOLABOR INANI) κενᾶν ὑπ' ἐλπίδων χαῦνον πλόον, ait Pindarus.

v.579. VOX HÆC SIMUL ACCIDIT AURES) Sic legendum. Gifan. Ind. Lucret. p.300. Apulejus lib. 5. *Iamq; provectâ nocte, clemens quidam sonus aures ejus accidit.* ibid. *Tunc modulatæ multitudinis conferta vox aures ejus adfertur.* Vide supra lib.12. v.452.

v.582. STETERINT IN GURGITE MONTES) Infra lib.7. v.195.

v 591. ANIMOS ACCINGE FUTURIS) *Præcogitati mali mollis ictus venit.* Seneca lib.10. epist. 77. Videatur D. Bernhardus lib. de modo benè vivendi. Serm. 45.

v.593. ILLIC ACHERON) Ammian. Marcell. lib. 22. Pompon. Mela lib.1. p.34. infra lib.5. v.73.

v 597. NON-UNÔ) *Non-unus* pluraliratem denotat. lib.6 v 615. *Nec cado moratur in-unâ turbidus.* lib. 8. v.186. *Fundere non-uno quem flumina cornu.* v.307. *Non-una Minyæ formidine surgunt,*

v.598. CARAMBIN) Ammian. Marcell. lib.22. infra lib.5. v.107. lib 8. v.214.

v.599. IRIS) Ammian. ibid. Infra lib.5. v.110. lib. 8. v.116.

v.599.

v.599. Ancon) Ammian. inibi. Infra lib. 5. v. 120. lib. 8. v. 116. Vechner. lib. 1. hellenolex. c. 2. *Ancon*, ἀγκών, cubitus: per metaphoram loca, quæ in mari excurrunt, ut cubiti vicem præ se ferre videantur, *Ancones* dicuntur. Ovid. 15. Metam. — *Et Spissi littoris ancon.* Valerius hic.

v.600. Thermodon) Ammian. lib. 22. Ovid. 4. Pont. 10. infra lib. 5. v. 121. Nonnus lib. 26. v. 263. & lib. 19. v. 198.

v.601. Magnoq; Exorta Gradivo) Lycophron *Amazonas* facit *Neptuni filias*, nominans πατρὸς ποσειδάωνος. Isocrates in Panegyr. & Philostrat. ἡρωϊκοῖς, & hîc noster, *Martis*. Servius ad Æneid. XI. *Amazones se parente Marte natas gloriari solebant.* Meurs. ad Lycoph. p. 334.

v.601. Gradivo) Marte: vel quia gradatim & per ordines eatur in bellum: vel à verbo κραδαίνειν, quod est vibrare: quòd in bellò hastæ vibrentur. Scholiast. Juvenal. sat. 2. Gyrald. hist. Deor. Syntag. 10. p. 305. Glos. *Gradivus*, πυκνὸς ἀρης. Primam hæc dictio habet ancipitem. Corripitur hîc, & infra lib. 5. v. 649. *Irridens strepitumq; minasq; Gradivi.* Producitur, hoc libro v. 280. *Fixaq; silet Gradivus in hasta.* Supra lib. 3. v. 497. lib. 5. v. 122, 142. 251. 617. lib. 8. v. 228. lib. 6. v. 1.

v.603. Insultet) infra lib. 6. v. 596. *Quantisq; insultet acervis.* lib. 5. v. 611. *Quibus exultet Mavortia turmis.*

v.603. Enyo) Eadem, quæ Latinis *Bellona*, dea belli & armorum, soror & conjux Martis: per antiphrasin sic vocata, quasi minimè ἐνυὼς sit. Frischlin. ad hym. 2. Callimachi p. 111. Gyrald. hist. deor. Syntag. 10. p. 309. Oppian. 2. Cyneget. φόνων ἀκόρητον Ἐνυώ. Hinc ἐνυάλιος dictus est Mars. Apud Callimach. ζωστῆρες ἐνυοῦς, dicuntur bellatores. Rittershus. ad

Oppian.p.53. Nonnus lib.7. v.30. ——γαῖαν ὅλην ἔδρησεν Ἐνυώ, *terram universam astrò percussit Bellona.*

v.604. DIVAQ; GORGONEI GESTATRIX INNUBA MONSTRI) Martian Capella lib.6.

Pectore saxificam dicunt horrere Medusam;
Quòd pavidum stupidet sapiens solertia vulgus.

Supra lib.2. v.97. infra lib. 6. v. 175.

v.610. GENS CHALYBUM) Pompon. Mela lib. 1. Ammian.lib.22. *Et Chalibes, per quos erutum & domitum est primitus ferrum.* infra lib. 5. v. 140. Meurs. ad Lycoph. p. 296. Læl. Bisciola T. 1. H. S. lib. 1. c. XI. Beeman.Orig.lib.6. v.348. ponitur pro telo, quod ex chalybe:

——*It medium per pectus & horrida nexu*
Lethifer ara chalybs.

Lib.5. v.540.

Namq; virum trahit ipse chalybs.

v.613. HOSPITII QUIS NULLA FIDES) ἄξενοι, ἢ κακόξενοι. Ammian.Marcellin.lib.22. Læl. Bisc. T.1.H.S. lib.10. c.20. Secus verò Lycus, de quò supra v.588.

v.615. PHASIDIS) Ammian.ibidem lib.5.v.179. & 204. Schol. Apollonii ad lib.2. p.181. b. & 182. a.

v.620. NEC SOLIS VIRIBUS ÆQUUM CREDERE) Benè enim Horatius 3. Carm.4. *Vis consilî expers mole ruit suâ. Nec est diuturna possessio, in quam gladiò inducimur.* Curt. lib.8. At contrà,

Vim temperatam DI quoq; provehunt
In majus.

Temperatam dico, *prudentiæ mixturâ.* ῥώμη δὲ μὴ φρονήσεως, ait mellitus Orator Isocrates ad Demonicum, ὠφέλησεν. ἀλλὰ δὲ ταύτης, πλείω τὰς ἔχοντας ἔβλαψε. Lipsi.3 pol. c.1.

v.621. SÆPE ACRI POTIOR PRUDENTIA DEXTRÂ) Oraculum non insolens effatus est ille vates: σοφὸν δὲν ἔβλαψε πὸς πολὺς χέρας νικᾷ: *Mens una sapiens;*

piens, plurium vincit manus. Quod & à Galeno est usurpatum in exhortat. ad bonas artes, & Polybio lib. 1. Stob. serm. 51. Phocylides : βέλτερον ἀλκήεντος ἔφυ σοφὸς ἀνήρ. *Melior est sapientia, quàm vires ; & vir prudens, quàm fortis.* Sapient. 7. Tiraq. connub. 1. n 51. & seqq. Reusner. class. 3. symb. 8. & 26. Rittershus. ad Oppian. 2. Hal. v. 53. Barthol. Cassan. in Catal. gloriæ mundi, parte 8. consid. 44. p. 351. Comment. Terent. p. 252. Probè Palingenius in Cancrô.

Ingenio vires cedunt, prudentia victrix
Cuncta domat. ——— ———
Viribus ingenium moderatur cuncta ministris.

v. 645. Gelidâ Formidine) Supra lib. 3. v. 74. & 576. lib. 4. v. 225.

v. 649. Ingentes q; Minæ) Aristot. 3. Ethic. 7. ὁ θρασεῖς, ὡς πεῖς καὶ βελόμοροι ὡς τῶν κινδύνων, ἐν ἀυτῆς δὲ ἀφίστωτω.

v. 653. Corripit Abiecti Remum q; Locum q; Phaleri) Supra v. 193. Gruter. in Discurs. ad Tacit. parte 1. p. 130.

v. 653. Abiecti) *Abjectus*, sæpe vilem, atq; contemtum habitum significat. Apulejus lib. 7. *Nec me putetis abjectum vel egenum, neve de pannulis istis virtutes meas æstimetis.* Barth. lib. 25. c. 5. & ad Claudian. in 3. Consul. Honorii v. 67. potes etiam accipere hic, pro, *remoti.*

v. 659. Flamma Expressô Bis Fulsit In Imbri) Achilles Tacitus lib. 3. de Clitoph. & Leucip. amor. πῦρ μὲν ἀπ' ἀυτῆς ἴππατω, μυκᾶτω δὲ βρυντὴν ἐρεμνὸς, καὶ τὸν ἀέρα μιμῖζες βόμβον.

v. 651. Tenebras Nimbosq; Intermicat Ignis) Virg. 8. Æn. v. 392. *Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.*

v. 663. Pavor Ora Virûm Occupat) Supra

Supra v.638. *Stant ora metu.* lib.6.v.398. *pavor occupat ingens.* v.480. *Pavor artûs Protinus atq; ingens Æetid. perculit horror.* Lucan. lib.1.v.246. *Diriguere metu, gelidus pavor occupat artûs.*

v.665. PUPPEM VESTIT) I. obruit, obtegit. Eâdem usus translatione est supra v.508. *Æeas cinis induit urbes. Tortam* autem *Saravi fluminis vestem* dixit etiam Ausonius, in Mosellâ v.368.

v.668. PENDET MAGNIS FAVOR ORTUS AB AUSIS) Trahendū huc est verba Senecæ, lib. de vitâ beata c. 20. *Non est, quòd contemnas bonis cogitationibus plena præcordia. Studiorum salutarium, etiam citra effectum, laudanda oratio est. Quid mirum, si non ascendunt in altum? Ardui aggressus ad virtutes, suspice; etiamsi decidunt magna conantes. Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ vires: conari alta, tentare: & mente majora concipere, quàm etiam ingenti animò adornatis effici possint.*

v.669. VIRGO) Minerva. lib.5. v.280. *Summi virgo Jovis.* v.282. lib.3. v.87. lib.6. v.396. V.N. ad Prud. hym. in Agnetem. Gyrald hist.deor. Syntag. XI.

v.678. RECTOR) V.N.1. Trist.2. v.31. lib.5. v.14. 54. 69.

v.678. PERMISSIS HABENIS) Lib.1. v.692. *Volat immissis cava pinus habenis.* Lib.6. v.271. *Fugit adductis Albanus habenis.* supra v.420. *Immissis auris.*

v.695. OBSESSUM SCOPULIS) Statius 9. Theb. v. 490. *Quid faciat bellis obsessus & undis?* Seneca Herc. Fur. v.1111. *Pectora tantis obsessa malis.* Troade v. 987. *Nunc cunctis mihi obsessa videor cladibus.* Iterum Statius 2. Silv. carm. 6. v.44. —— *Obsessæ nondum, primoq; micantes Flore genæ.*

v.701. AMPLEXUS) περιφραστικῶς: ut infra v.751. *ultus.* Videatur Barthius lib.25. c.7.

v.701. LUMINIS ORIS) *Oras luminis*, nominat vitæ regio-

regionem. Arnob. lib. 2. *Antequam Tages Thuscus oras contingeret luminis.*

v. 710. Ad Subitam Stupuere Ratem) Ita Claudianus:

——— *Stupuere superba*
Arte viri domita Symplegades.

Avienus in Periegesi:

Huic, mirante salo, quondam sese intulit Argo
Thessala, & innantem stupuerunt aquora Cymbam.

v. 716. Congerit) Supra v. 305. *Crebros & liber congerit ictus.* Lib. 6. v. 629. *Supremos misero sic fatus honores congerit.*

v. 717. Septengemini Istri) Ovid. 2. Trist. v. 189. *Ingressus septemplicis Istri.* Ibi vide Notas.

v. 718. Lycusq; Hypanisq;) Ovid. 4. Trist. 10. Scholiast. Apollonii ad lib. 2. p. 189. b. & ad lib. 3. p. 223. a.

v. 720. Flumine eo Sic Agmine Fregit Amari Vim Salis) Vide Ovidium ibidem.

v. 721. Salis) V. N. ad Hilarii Genesin v. 43. Estq; *vis Salis*, periphrasis, ut Æneid. 7. *vis aquæ.* Supra v. 697. *flumina Rhebæ.* v. 615. *Phasidis amnem.* v. 721. *Boreæ auræ.* v. 723. *ursæ rigor.* lib. 5. v. 516. *regis iræ.* v. 572. *ora Æacidum.*

v. 721. Boreæ Glaciantibus Auris) Ovid. 3. Trist. 10. *Caruleos ventis latices durantibus.*

v. 727. Scythicum Arcum) Ammian. Marcellin. lib. 22. *In speciem Scythici arcus, nervo cœagmentati.* Et ibid. *Id admonentes, quòd cum arcus omnium gentium flexis curventur hastilibus, Scythici soli vel Parthici, circumductis utrinq; introrsus pandis & patulis cornibus, effigiem Lunæ decrescentis ostendunt, medietatem rectâ & rotunda regula dividente.* Adi Lipsium. τὸν Θωμάκιον. 4. Poliorcet. c. 6. Scalig. ad Manil. p. 357.

v. 730. Vernis Cum Lux Æquata Tenebris) Æqui-

Æquinoctium vernum designat; de quo Ovid. 3. Trist. 12. Nonnus lib. 38 v. 269. & seqq.

v. 735. AT PROPERAT LYCUS) supra v. 588.

v. 739. HAUT TEMERE EST) Comment. Terent. p. 382.

v. 745. ACCENSUS) supra v. 254. *Incensa mente feruntur.*

v. 751. ULTUS) παροξυνθεὶς. Cicero lib. 12. epist. 23. *Neq; enim quæ tu propter magnitudinem animi & ingenii moderatè fers, à te non ulciscenda sunt, etiamsi non sint delenda.* Vide παρεπιδημοῦσα Barthium lib. 34. c. 16. Vechner. lib. 1. hellenoiex. c. 15.

v. 751. QUAM LEGE, QUÒD OCCIDIT ULTUS IPSE SUA) *Neq; enim lex justior ulla est, quàm necis artifices fraude perire sua:* ut canit Ovid. 1. de arte v. 657. Nec longè divertit ab his Romanus Sapiens lib. XI. epist. 82. *Mala exempla recidunt in auctores, nec ulla miseratio contigit his; qui patiuntur injurias, quas posse fieri faciendo docuerunt.* V. N. in Ibin v. 400. Camerar. hist. medit. cent. 1. c. 98. & 99. Rittershus. ad Oppian. 3. Hal. v. 384. Boch. ad Psalm. 7. Reusner. class. 1. symb. 29. & class. 2. symb. 33.

v. 758. MEDIIS INEUNT CONVIVIA TECTIS) Æn. 1. v. 647. *Mediisq; parant convivia tectis.*

AD LIBRUM V.

VERS. 2. MORBIS FATISQ; RAPACIBUS IDMON) De ejus morte discrepant. Seneca in Medéa v. 653. à serpente ictum interiisse scribit. Scholiastes ad Apollonii v. 139. lib. 1. p. 121. b. ἀναιρεῖται, inquit, Ἴδμων ὑπὸ Μαριανδυνίας ὄφεως πάσχει.

v. 3.

v.3. Labitur) *Labi* & *Cadere*, pro mori. Lib.3. v. 217. *Et tepidi singultibus agri Labentum, atq; acti Minyis per littora manes.* Lib. 6. v. 556. —— *Cassa frendens sublabitur ira.* Et v. 563. *Labitur intortos per carula timpora crines, Tunc quoq; materna velatus arundine Peucon.* Lib. 6. v. 221. *Cadit impiger unà Inguine transfixo Tages.*

v.3. Extremi Sibi Tum Non Inscius Ævi) Apollon. lib. 1. v. 140. ἐεδαὼς τὸν ἑὸν μέρον αἰωνοῖσιν.

v.6. Tum Comiti Pia Justa Tulit) Ammian. Marcellin. lib. 22. *Post quos terras patentes Byzares obtinent & Tapires, & Tibareni, & Mossinaci, & Macrones, & Philyres, populi nulla nobis assuetudine cogniti. A quibus brevi spatiò distant virorum monimenta nobilium, quibus Sthenelus est humatus, & Idmon, & Tiphys: primus Herculis socius Amazonio bello lethaliter vulneratus, alter augur Argonautarum, tertius ejusdem navis cautissimus rector.*

v.6. Justa Tulit) V. N. 4. Trist. 10. v. 80. & supra lib. 3. v. 365.

v.8. Arma Revellit) Adi Kirchmannum industriosissimum lib. 3. de funer. Rom. c. 5.

v.10. Alba Frunde Caput) Hæc de defuncti coronâ accipienda: quâ de consulatur Kirchman. lib. 1. c. XI. Paschalius lib. 4. Coron. c. 5. *albam frondem* intelligit de populo.

v.11. Vittisq;) lib. 1. v. 844. *Seu venit in vittis casta, in veste sacerdos.* Erant autem *vittæ* insigne augurum, vatum, sacerdotum. vide supra lib. 3. v. 423. infra v. 361. lib. 6. v. 296. & 302.

v.11. Positumq; Feretro) Kirchman. inibi c. 11. & lib. 2. c. 9.

v.12. Dies Simul Et Suus Admonet Omnes) *Dies*, est extrema linea rerum. Prudentius, Peristeph. 5. v. 88.

Latior

Lætior interea jam Thascius ob diem suorum.

Barth. lib. 41. c. 20. Aliorum autem morte nostræ nobis mortalitatis memoria impingatur. Bene D. Hieronymus: *Qui se morituros continuè cogitabunt, contemnent præsentia, & ad futura festinabunt.* Prudentius Cathem.

Quia lex eadem jubet omnes
Gemitum dare sorte sub una,
Cognatáq; funera nobis
Aliena in morte dolere.

Idem ingerit sibi Ulysses apud Sophoclem, Ajace:

——— ἐπαικτέρω δὲ νιν
δύσηνον ἔμπης καίπερ ὄντ' ἐχθρὸν δυσμενῆ,
οἰκτῖρ' ἔτεκε· ἄτη συγκατέζευκται κακῇ·
ἐδὲν τὸ τάτε μᾶλλον ἢ τεμὸν σκοπῶν.
ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς ἐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

v. 11. Inter Lacrimas) Kirchman. lib. 2. c. XI.

v. 13. Interq; Extrema Virorum Munera) Kirchman. lib. 4. c. 3. Desider. Herald. 1. Adversar. cap. 6.

v. 14. Quem Cursus Penes Imperiumq; Carinæ) Supra lib. 4. v. 678.

v. 15. Agit) 1. lerho dat. Non. Marcell. c. 4. n. 16. De morte Tiphyos. Vide Senecam Medeâ v. 517.

v. 15. Cunctiq; Pavore Attoniti) Refer huc illud Statii 8. Theb. v. 212.

Sic fortes Minyas subito cum funere Tiphys
Destituit, non arma sequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipsiq; minus jam ducere venti.

v. 18. Hoc, Pater, Hoc Noris Refove Caput) Justæ preces hæ Minyarum pro Tiphy. Add. Gruterum, parte 1. Discurs. ad Tacit. p. 27.

v. 19. Cardine Summò Vertitur) Prov. *Res in cardine.*

v. 20.

v.10. MANIBUS NUNC PENDET AB UNIS) Lucanus lib 5.

Cùm tot in hac animâ populorum vita salusq;
Pendeat, & tantus caput hoc sibi fecerit orbis.

v.21. DICTA DABANT VENTIS) *Dare ventis*, loqui in ventos; à procellis discerpi ac diripi; formulæ sunt loquendi, quibus auctores de vanis & inanibus votis, promissis, verbis, admonitionibus, minis ac præceptis usi sunt. Ovid.1. amor.6. *Verba dat in ventos, aure repulsa tuâ?* 2. amor.6. *Vota procellosô per mare rapta Notô.* 1. Trist. 7. *Cunctáne in æquoreos abierunt irrita ventos?* Statius 2. Achill. v.286. *Irrita ventosa rapiebant verba procellæ.* Theognis v.1170. τῶν δὲ κακῶν ἄνεμοι δειλὰ φέρουσιν ἔπη. Apollon lib.1. v.1334. ἀλλ' ἀνέμοισι δώωμεν ἀμπλακίην. Confer Rittershus. ad Gunth. lib.6. v.137.

v.22. GRAVIDUM SORTE) Maser. gravatum sebio. lib.3. v.98 de dracone, quem sopierat Medea: *Quàm gravidâ nunc mole jaces!* Mar. Victor lib. 3. v.77. *Gravivus altô somno.*

v.26. MORS URGET) Horat. 1. Carm. 24. *Ergô Quintilium perpetuus Sopor urget?*

v.30. IMPOSUERE ROGO) Kirchman. lib. 3. c. 2. & 5.

v.33. ET RAPIDÆ SONUERE FACES) Kirchman. lib.2. c.3.

v.40. PUPES) V.N. ad Horatii Oden XVI. v.7.

v.41. ATRA DIES) Æneid. 6. v.428.

Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies & funere mersit acerbô.

v.45. SPECULANTEM) Lib.1.v.481.

v.46. PLEIADUMQ; GLOBOS) Infra v. 414. *Densáq; sequuntur Plejades.* V.N. ad Hilarii Genesin v. 69. Adde Scal. in problem. Gellianis n.90. Martin. in Lex. Philolog. in *Hyas*. Putean. in Promuls. cent. 1. epist. 79.

v.46. ARCTES) V. N. ad Hilarii Geneſ. v. 70.

v.52. SUPERANT) *Superare*, ſupereſſe. Non Marcell. c.4.n.414. Lib.8.v. 179. *Nec, via quæ ſuperet, nec, quæ fortuna, videtis.* Ovid.3. Triſt. 4. *Boſphorus & Tanais ſuperant Scythiaq; paludes.* ibid.XI. *Ex illo ſuperant hæc elementa viro.* 5. Triſt.3. *Satis pœna, quod ſuperabit, erit.* 1.pont. 4. *Non minus exhauſto, quod ſuperabit, erit.*

v.58. OSSAQ; NEC TUMULO) Kirchman. lib. 3. cap. 14.

v.58. SEPARE) κεχωρισμένη. Joſeph. Iſcan. lib.6. v. 466. *Nec ſepare luctu Myrmidones Pyliiq; dolent.*

v.63. REGIA) ἐθνοπήσιον, διάκτισμα.

v. 71. PRORA FRETUM COMMOVERAT) Supra v.44. *Te ſine, Theſpiade, nos ulla movebimus ultra Æquora?*

v.76. RORANTES SANGUINE) Infra v. 176. *Atris rorantes imbribus auras.* lib. 6. v. 159. *Rorat procul ultima cuſpis.* lib. 7. v. 360. *Noſtro irrorat apertò.* Virgil. 8. Æneid. v. 645. *Sparſi rorabant ſanguine vepres.*

v.77. RUBRIQ; ÆQUORIS) Q. Curt. lib. 10. Martian. Capella lib.6. Solin. polyhiſt c.46. Joſeph.antiq. Judaic. lib.2. c.7 Potiſſimum autem Tormeli. in Annal. ſacris ſub A.M. 2544. n 17.

v.79. NECTENTEM CORNUA VITTÂ) *Vittâ pampineâ*, h. e. pampino. Paſchal.10.coron.c.4.

v.88. FATA IMMOTA MANENT) Plato 5. de LL. τὴν ἀνάγκην οὐδὲ τὰς θεὰς βιάζεσθαι ſcribit. Et ſapienter Minerva apud Euripidem in Rheſo monet: ἐκ ἂν δύναιο ϑ' πεπρωμένην πλέον,

v.89. IT STHENELUS) Supra v. 6.

v.89. AMAZON) Schol. Apollonii lib. 2. p. 195. b.

v. 94.

v.94. ATRAM NOX ABSTULIT UMBRAM) Nulla fine *Umbra* adminiculo nox existit. Nihil enim aliud *nox*, quàm *umbra terræ*: seu, ut Basilius describit, σκιὰ ἐπὶ σελίσαμεν γῆς ἀπηκρυπτομένου ἡλίου γινομένη. Quod rectè observantes poetæ, noctem ejusq; comitem umbram semper memorant. Statius 2. Theb. v. 527.

Caperat humenti Phabum subtexere pallâ
Nox, & cæruleam terris infuderat umbram.

Infra v.605. *Prius humentem lux solverit umbram.* lib. 7. v.537. *Sed sub extremis in mœnia retulit umbris.* Et v. 393. *Stupet ipsa gravi nox tardior umbrâ.* lib 2. v.350. *Et in seras durant sermonibus umbras.* Quod adducens Gisan. Ind. Lucret. p 481. *Umbra*, inquit, *noctis*, pro nocte. Adi Johan. VVouwver. de umbra c. 7. Infra lib. 7. v.605.

v.96. ACTÂ) Glos. ἀκτὴ, ἡ τῆς θαλάσσης, *actula*, *ora*. Onomast. *Littus*, ἀκτὴ, κυματωγὴ. Virgil. 5. Æneid. v. 613,

At procul in solâ secreta Troades acta
Amissum Anchisen flebant.

Prudent. in Symmach. v. 136.

Secreti in littoris acta.

v.97. OBNUBENSQ; CAPUT) Libr. 2. v.254. *Obnubit q caput.*

v.103 PARTHENIUM) Ovid. 4. pont. 10. Ammian. Marcell. lib. 22. Apollon. Rhod. lib. 2. v.938. ibique Schol. p. 194.

v.106. TEQ; CITÂ CONDUNT CARINÂ) Lib. 4. v. 635. *Abscedunt terris & littora condunt.* vide lib. 2. v. 8.

v.107. ALTA CARAMBIS) supra lib. 4. v. 598. Apollon. Rhod. lib. 2. v. 360. ibiq; Scholiastes p. 179. b. lib. 7. v. 214. *Nubiferam transire Carambin.*

v.109. SINOPE) Apollon. lib. 2. v. 948. & Schol. p. 194.

v.108. RADITUR) Æneid.7.v.10 *Proxima Circes raduntur littora terræ.* Et 5.v.169. *Ille inter navemq; Gyæ, scopulosq; sonantes, Radit iter lævum interior.* Lucret. lib.5. —— *Ripas radentia flumina rodunt.*

v.114. AUTOLYCUM PHLOGIUMQ;) Apollon.lib.2. v. 957.

v.120 IRIS) Supra lib.4. v. 599. Schol. Apollonii p. 195.

v.121 THERMODON) Lib.4.v.600. Apollon.lib. 2. v.972. ibiq; Schol. p.196.

v.123. DONAT NOTAS Cui) Hinc scitè Tryphiodorus nominat ἀπὸ Θερμώδοιτος θηλιφίλοιο γυναῖκας. De Amazonibus vide Dresemium ad Joseph. Iscan. lib.6. v.647.

v.123. SECURES) Mox v.137. appellat Amazonas *securigeras catervas.* Et v.612. *Et quantum elata valeat peltata securi.* Lib.6.v.378. *Cum regina gravem nodis auroq; securem congeminans.* Plinius lib.7. c.56. *Penthesilèam Amazonem invenisse securim ajunt.* Claudian. 2. de raptu v.66. *Thermodontiacam securim* vocat, Joseph. Iscan lib.6.v.566. *Virgineas donec Priamo peltata bipennes Penthesilea movet.* Et v.589. *Horrificas rapiens post terga secures virginei relicta chori.*

v.135. QUÆ PELTA) Vide Lipsi. in Analectis ad Milit. Rom.lib.3. c.1. p.16. & inprimis quæ Martinius operosissimè collegit in Lexico Philologico.

v.141. CHALYBUM) Supra lib.4.v.610. Prisc.in Periegesi. Scholiastes Apollonii ad lib. 2.p.180. b. οἱ δὲ Χάλυβες ἔθνος οἰκοῦσι μὴ τὸν Θερμώδοντα, οἱ μέταλλα σιδήρου εὑρόντες, μοχθῆσαι ἐπὶ τὴν ἐργασίαν. ὠνόμασται δὲ χάλυβες ἀπὸ τοῦ χάλυβος τοῦ Ἄρεως υἱοῦ.

v.144. CUBILIA FERRI) 1. ferri fodinas. Vide Ovid.1. Metam. v.138.

v.147. GENETÆI JOVIS) Gyrald. hist. Deor. Syntag. 2. p.93.

v.174.

v. 147. Tibarenum) Supra v. 6. Pomp. Mela lib. 1.

v. 148. Ubi Deside Mitra) *Mitras* apud veteres mulierculæ geſtabant, aut alioqui molliores pueri; unde apud Maronem & Senecam poetam virilitatis jactura uſurpari pro convicio dicuntur. Eodem capiendum hoc eſt apud Valerium. Extrema enim illa mollities erat. Barth. 8. c. 4.

v. 155. Caucasus) De hoc vide Jornandem De rebus Geticis. infra v. 518. lib. 6. v. 611. lib. 7. v. 55.

v. 156. Ille Etiam Alciden, Titania) Hygin. fab. 144. & 31 & lib. 2. Aſtronom. Phornut. p. 159. Natal. Com. lib. 4. c. 6.

v. 177. Flammabat) Probum verbum, *Flammare*: ut notavit etiam Barthius, ἔρχαμ@· μιαιπόλων, ad Claud. in 3 Conſ. Honorii v. 51. ſupra lib. 1. *Ingenti flammantem nubila ſulco.* lib 4. v. 654. *Flammata pudore juventus.* lib. 8 v. 300. *Flammatus amore.* Sidon. Apollinar. lib. 8. epiſt. XI. *Nunc flammant Satira.* C. Marius Victor lib. 2. v. 182 *Inſanas flammatur in iras.*

v. 183. Alipedum) ὠκυπόδων. Onomaſt. *Alipedes*, πτερόποδες. infra v. 610. *alipedi curru.* lib. 6. v. 209. *Jacit haſtam in alipedem.*

v. 183. Juga Equorum) i. equos. circuitio poetica. infra v. 215. *dona Bachi.* v. 350. *fluminis unda.* v. 411. *Oceani unda.* lib. 6. v. 442. *orbita Solis.* vide ſupra lib. 2. v. 352.

v. 194. Per Gemus) Formula obteſtandi per præpoſitionem PER. Supra lib. 2. v. 424.

v. 198. Tumulo Inani) Solebant olim cenotaphia in mortuorum honorem erigi, ad quæ memoriam eorum recolebant. Callimachus epig. 22. κενὸν σῆμα nominat; Virgilius 3. Æneid. *tumulum inanem*, ut hic noſter autor; Svetonius lib. 5. c. 1. *honorarium tumulum.* Meurſ. ad Lycoph. p. 194. & ſeq.

v.204. FECUNDI PROLES JOVIS) Turneb. lib. XI. c. 8.

v. 206. PALLADIAM RATEM) infra v. 194. *puppem, quam struximus ipsæ* v.504. *Ratem magnæ Minervæ.* v.637. *Extructa quod vexerit ipsa carina.* lib.8.v.291. *Sequiturq; volantem Barbara Palladiam puppem ratis.* valdè lib.I. v. 457.

v.209. PATER INACHUS) Magnos fluvios poetæ *patres*, velut aliorum parentes honorifq; causâ, vocare solent, ut quidam censent: Ego, ut Deos sic vocari, arbitror. Turneb.lib.XI. c.8.

v.211. PROTINUS IN PRORAM REDIT) Turnebus ibidem. Nautæ ad littus appulsam navim in proram convertebant, non solum ut ad reditum & aliam navigationem parati essent, verùm etiam id sibi omnantes. Virg.6. Æneid. *Obvertunt pelago proras.*

v.212. FLUMINIS OS) Theocrito πῶμα πόντε. Supra v.179. *ubi spumanti Phasis in æquor oxe ruit.* v.184. *Prima gravi ductor subit ostia pulsu.* v. 440. *Phasidis ostia Colchi.* lib.8.v.121. *Fluminis ora summa petunt.* V.N. 3. Trist.10.v.28.

v.215. CASUS QUI FIRMET IN OMNES) V.N. in Dracont. Boch. ad Psalm 103,

v.216. RAPTA CERES) Lib.2. v.69. — *Cereris tum munere fessas Restituunt vires, & parco corpora Bacho* Lib 1. v.578. *Strata Ceres.* V.N. ad Horatii Oden XVI. Epod. v.43.

v.218. DA) *Dare*, pro dicere, enumerare, narrare, loqui: ut apud Græcos δίδωμι. Terent. prol. Eun. *Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.* Horat.Sat.8. *Da, si grave non est.* Statius 7.Theb.v.315. *Æsopos genuisse datur.* V.N. ad Eclogam 1. Virgilii, infra v. 506. *Qualemq; dabat te fama, videmus.*

v.218. NON HÆC ORA SATIS) Lib.6.v.36. *Verùm*

ego nec numero memorem, nec nomine cunctos, Mille vel ora movens. V.N. 1. Trist. 4.

v.230. Ardenti Quercum Metallo) Pellem seu vellus arietis contactu Mercurii aureum factum sustinuit quercus; ut videri possit, hanc arborem præ cæteris huic dignitati fuisse delectam.

——— τὸν ῥα χρύσειον ἔθηκεν
Ἑρμείας κριὸν δὲ κατ' εἰσόπιν αὖε νέεσθαι
πίτνα μῆλον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκριόωσαν.

1. *hunc* (arietem) *aureum posuit Mercurius, pellem verò usq; adhuc videbitis extensam densis super quercus ramis.* Id quod his verbis vertit, aut saltem imitatus est Valerius. Carol. Paschal. lib 7. Coron. c. 13.

v.343. Ab Aurò Fulgor) pro, fulgor auri. infra v. 359. *ab hoste minæ.* vide Gifan. Ind. Lucret. p. 299. Schopp. lect. suspect. 1. c. 17.

v.246. Tutela) infra v. 642. *Est amor & rerum cunctis tutela suarum.* V.N. 2. Vrist. v. 233.

v.247. Omnituens) παναπόστιν. Solem dicit. Gifan. Ind. Lucret. p. 386. Homerus: ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς. Turneb. lib XI. c. 8. Apulejus de mundo: Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit. Hesiodus Solem Jovis oculum; & Pisides κοινὸν ὄμμα nominant. V.N. 2. Metam. v. 32. & 4. v. 226.

v. 250. Sacrata Rutilant Cui Vellera Quercu) Supra v. 203. *Dives ubi pellis nitet arbore sacra.* Et v. 230. *ardenti quercum complexa metallo,* lib. 8. v. 114. *Orni rutilam servabant brachia pellem.*

v. 251. Excubias Gradive Tene) Vide Turneb. lib. XI. c. 8. Lipsi. de Milit. Rom. lib. 5. c. 9.

v. 254. Spiris) *Spiræ*, anguium sunt volumina. infra lib. 6. v. 396. Georg. v. 154. *Squameus in spiram tractu se colligit anguis.* Claudian. in Rufin. præf. de Pythone:

Qui spiris regeret montes, hauriret hiatu
Flumina.

C. Mar. Victor lib. 2. v. 81.

——— ——*Serpentis imago*
Indice visa metu tacito se tramite ferre
Leniter ad molles spiris reptantibus herbas.

Dicuntur & *Orbes.* Ovid. 3. Metam. v. 41.

Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet.

Quod ita nox enodat, v. 77.

Ipse modò immensum spiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longâ trabe celsior adstat.

Nominantur & *Sinus* Ciceroni 2. de Nat. Deor.

Has inter veluti rapido cum gurgite flumen
Torvus Draco serpit subter, supraq; revolvens
Sese, conficiensq; sinûs è corpore flexos.

Item *Nodi & plicæ.* Seneca Medeâ v. 689. *Insuper laquei.* Prudent. 1 in Symmach. præf. v. 24. *Tortus* Virg. 5. Æneid. v. 276. *Anfractûs*, noster autor lib. 7. v. 522. *Et circumductus & spiras*, nominat lib. 7. v. 168.

v. 260. TERRITAT ANTE MONENS SEMPER DEUS) Virg. ecloga 1.

v. 263. VOLUTANS) Lib. 7. v. 91. *Quos vestra volutant jussa dolos* Et v. 196. *Sensus varios super hospite volvens.* Virg. 6. Æneid. v. 185. *Atq; hæc ipse suo tristi cum corde volutat.*

v. 264. ÆGRO CORDE) Supra v. 131. *agro corde silens.*

v. 264. NEC VULGI CURA TYRANNO) Vide Schonborn. 2. Polit. c. 37. Fr Patrit. de regno lib. 2. tit. 1. Heider. c 7. Polit. p. 1073. Arist. 5. Ethic. 10. *Tyrannus suam utilitatem spectat, Rex subditorum.*

v. 267. SEQUITUR DUCE TURBA REPERTÒ) Maserius: *Facile est, turbam in tyrannum ferociter insurgere, si offeratur, cujus auspicio res geri queat.* Sic, ducibus *Hermodio & Aristogitone*, Hippiæ dominatio cruenta

gnta contusa est. Idem *de Trasybulo* legitur & *Bruto*, qui ausum insigne auspicati, triginta tyrannorum nimiam impotentiam superbiamq; intolerandam fregerunt. vide Heider. polit. c.6. p.963.

v.268. Furens Irâ) Ennius iram dixit *initium insaniæ*: auctore Tullio 4. Tusc. Sic Menander: πανὸς μέθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζόμεθα. Et Apollodorus: τῆς ὀξυθυμίας ἄνθ' ἡ μανία. Adi Senecam 1. de irâ c.1. Aristot. 4. Eth.c.XI.

v.287. Manet Ægida Sudor) Statius 3. Theb. v.210. *Quantus equis, quantusq; viris in pulvere crasso Sudor!* vide Horat.1. Carm.15.

v.299. Symplegados) Lib.4. v.220. *Ponto volitet Symplegas inani.* vide supra lib.1. v.3. Ammian. Marcell. lib.22. *Quibus controversa extraneæ sunt Symplegades, gemini scopuli in vertices undiq; porrecti diruptos, adsveti priscis seculis obviam sibi cum horrendo fragore collisis molibus ferri, cedentesq; retrorsus acri assultu ad ea reverti, quæ pulsarant. Per has saxorum dehiscentium concursantiumq; crebritates, si etiam ales intervolasset, nulla celeritate pinnarum eripi poterat, quin interiret oppressa. Hi scopuli, cum eos Argo, prima omnium navis, Colchos ad direptionem aureæ properans velleris, præterisset innoxia, immobiles turbine circumfracto stetêre concorporati, ut eos aliquando fuisse diremtos nulli nunc conspicantium credant, nisi super hoc congruerent omnes priscorum carminum cantus.*

v.301. Rerum Summa) I. statu: quemadmodum Reipub. *summa*, idem est, quod ejusdem status & sive firmamentum. De quâ Cujac.12. observ.c.32. Brisson. 2. De Formulis p.167. Zinzerling. promulf.Crit.c.48. *Summa cujusq; rei* illud dicitur, quod est extremum & maximum in eâ: quò scilicet omnia redeunt, & in quod omnia colliguntur. Confer Rittershus. ad lib.10. Plinii epist.2. p.44.

v.301. UNDANTEM CURIS) Supra lib. 1. v. 539. Index Dracontii in *Undans*. lib. 2. v. 196. *Vndantem turbine pinum*. lib. 6. v. 618. *Vndantem cornibus Herum*.

v.304. JUPPITER) Oriunda cælo tempestas, exinde velut oppugnat terras. Et Jovem exinde vibrare easdem dicunt poetæ: imò Jovis proprium putabatur officium, pluere, ciere imbres, aërem movere. Barth. lib. 1. c. 19. & lib. 56. c. 5. vide supra lib. 1. v. 697. lib. 2. v. 22. lib. 3. v. 130. & 577. lib. 5. v. 163. lib. 7. v. 566. lib. 6. v. 169.

v.306. HORRIFERAMVE NIVEM) νιφάδες, αἵτε φέρουσιν πυρφόρες ἐκ νεφέων κρυερῇ ὑπὸ χείματος ὥρῃ. Coint. Smyrn. lib. 1. v. 71.

v.307. OSTIA BELLI) ut, *belli portæ*, apud Virgilium 7. Æneid. v. 607. & 621. & v. 622. *belli postes*.

v.318. LUX SPARGIT MARE) Supra v. 247. de Sole: *Tua nunc terris tua lumina toto sparge mari*. lib. 6. v. 27. *Aureus effulsit campis rubor*. Supra lib. 3. v. 256.

v.321. VERÒ) Posteriorem corripuit: ut & Statius 2. Theb. v. 187. ——*Nos verò volentes Expositiq; animis*. Prudentius hym. in Vincent. v. 353.

At verò postquam lectuli
Martyr quietem contigit.

Ita & in *Serò* ultima corripitur apud Statium 2. Theb. v. 389 & lib. 10. v. 272. vide Poet. Gissen. lib. 1. c. 5. p. 101.

v.324. STET PROCUL, ET REBUS) Hesiod. αἰδὼς δ' ἐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. Et Homerus Odyss. ρ. v. 347. αἰδὼς δ' ἐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. vide prov. *Pudor & metus*.

v.326. SORTE PETIT) Supra lib. 2. v. 250.

v.327. INDE VIAM CORRIPIUNT) lib. 3. v. 500. *Corripe prima vias*. Virg. 1. Æn. v. 422. *Corripuere viam interea, quà semita monstrat*.

v.332. HORRENDAS LUSTRANTIA FLUMINA NOCTES) E lecto surgentibus, purificatione opus.

Ipsa

Ipsa enim nox polluere credebatur, ut notat Servius. Inprimis, qui somniassent, lavandos se putabant. Aristoph. in Ranis:

ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,
κἀλπίσι τ' ἐκ ποταμῶν δεῦσατ' ἄφυκτα,
θέρμετε δ' ὕδωρ,
ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀπολούσω.

Persius Sat. 2. v. 16. *Et noctem flumine purga.* Ubi Casaubonus. Cæl. Rhodig. lib. 17. c. 16. Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 588. Amicus noster VVolffg. Seber. in Notis ad Pollucem p. 135. & 180. Boch. ad Psalm. 25.

v. 333. Soporatos Artûs) Glos. *Soporatus*, κεκοιμισμένος. Supra v. 237. *soporato luco.* Juvencus: *Iamq; soporatâ torpebant omnia nocte.* Guntherus lib. 6. v. 399. *soporatas iras* dixit. vide lib. 2. v. 295.

v. 334. Stet Procul Et Rebus Pudor Absit In Arctis) Adi iterum Magirum solertissimum Philologum in polymn. tit. Paupertas. n. 23. & tit. *Pudor.* n. 10.

v. 340. Spargere Cæde Manûs) Virg. 4. Æn. v. 664. *Ensemq; cruore, Spumantem sparsosq; manûs.* Infra lib. 6. v. 193.

v. 343. Florem Per Verni Qualis Juga Duxit) Confer Claudianum lib. 2. de raptu v. 36. seqq.

v. 346. Altior) Claudian. ibid. lib. 1. v. 126. —*Sed cunctis altior exstat Matribus, & numeri damnum Proserpina pensat.* Vide Statium 1. Achill. v. 293. & lib. 2. v. 149. & infra lib. 8. v. 227. Tiraq. connub. 2. n. 74.

v. 356. Virginei Pudoris) Virginum peculiaris propè pudor est: sicut apud Lucianum, in deorum judicio, testis est Jupiter, dicens palladi: *proprium esse virginibus erubescere.* Ideoq; Cicero pro Quintio, Apulejus lib. 1. Metam. & Hieron. ad Eustoch. *Verecundiâ virginalê* vocant. Nec dissimiliter Propertius: *Virgineus teneras*

stat

stat pudor ante genas. Statius 12. Theb. v. 205. *Olim hic virginei custos moniterq; pudoris.* Adi Tiraq. connub. 9. n. 180. & 181.

v. 356. GRANDÆVA) Supra lib. 1. v. 801. *Grandæva Furorum pœna parens.* vide lib. 2. v. 653. Seneca Agam. v. 359. *Tibi grandævi lassiq; senes Compote votô reddunt grates.* Et Octavia v. 13.

Utinam ante manu
Grandæva sua mea rupisset
Stamina Clotho.

v. 361. JAM VITTAS FRONDEMQ;) Schol. Juvenal. ad Sat. 4.

v. 368. NON SECUS AUTUMNO QUAM CUM MAGIS) infra lib. 6. v. 607.

v. 368. ASPERAT IGNES SIRIUS) Manil. lib. 5.

Exoriturq; Canis, latratq; Canicula flammans,
Et rabit igne suô, geminatq; incendia Solis,
Quo sub dente facem terris, radioso; movente
Dimicat in cineres orbis fatumq; supremum
Sortitur, languetq; suis Neptunus in undis,
Et viridis nemori sanguis decedit & herbis.

Horat. 3. carm. 29. *Iam Procyon furit.* De Sirio Scholiastes Apollonii ad lib. 2. p. 185. a.

v. 370. HEBET) 1. obtusioris est luminis atq; debilioris, ἀμβλύνεται, ἀμαυροῦται. Lucan. lib. 2. v. 722. *Et jam Plejus hebet.* lib. 7. v. 156. *Quando ardor hebet.* Statius 1. Theb. v. 462. —— *Si non effatus oborto sanguis hebet luctu.* lib. XI. v. 387. *hebent iræ.*

v. 370. ARCAS) Arctophylax. Hygin. lib. 2. Astron. p. 59. b.

v. 371. GLISCERE) 1. ardere: aliàs est crescere. Lib. 3. v. 631. *Vana gliscunt præcordia lingua.* lib. 2. v. 278. *Et flatu non insita gliscit anhelo.* ibi V. N.

v. 373 PAVOR ORE SILENTEM EXANIMET) Subitò timore incidente conticere aliquem, non infrequens

quens. Barth. lib. 25. c. 2. Virgil. 3. Æneid. v. 47. *Tum verò ancipiti mentem formidine pressus Obstupui, steterunt q; comæ, & vox faucibus hæsit.*

v. 383. Felix Prole Parens) Musæus Erotopægnio v. 138.

ὄλβιος, ὅς σ' ἐφύτευσε· καὶ ὀλβίη, ἣ τέκε, μήτηρ·
μακαρὴ, ἥ σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη.

v. 392. Virgineo Cunctata Metu) Musæus ibidem v. 160.

παρθενικὴ δ' ἄφθογγος ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπὴν
αἰδοῖ ἐρυθριόωσα, ὑποκλέπτουσα παρειήν.

v. 404. Huc Se Ferret) V. N. ad Horatii Oden XVI. Epod. v. 21.

v. 417. Cunabula Gentis) Virg. 3. Æn. v. 105. *Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.* pro exercitio generis. Apulejus lib. 2. *prima incunabula urbis conditæ*, dixit prima auspicia & primordia. Vide prov. *Primum cunabulum.*

v. 423. Pinguemq; Sine Imbribus Amnem) Nilum. lib 7. v. 606. *Ac pinguia Nili fertilis arva secet.* vide P. Fabrum 3. Semest. c. 15. V. Vendelin. de Admirandis Nili c. 22. Gevart. ad Statium 1. Silv. carm. 6 c. 46. Barth. lib. XI. c. 24.

v. 424. Sarmaticis Bracis) V. N. 3. Trist. 10. lib. 6 v. 227 *picto q; juvant subtemine bracæ.*

v. 427. Virgineo Turbata Metu) Supra v. 393. *Virgineo cunctata metu.*

v. 429. Flebant Populeæ) Ovid. 2. Metam. v. 325. Hygin. fab. 154. V. N. 1. pont. 2. v. 33.

v. 433. Pyroenta) Gyrald. hist. deor. Syntag. 7. p. 242. *Pyrois*, equus solaris, inflectitur, ut *Simois*. Ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne.

v. 442. Circumflua) V. N. ad Horatii Oden XVI. Epod.

v. 445. Pallam Et Gemmiferæ Donum Coronæ)

RONÆ) V.N. in Ibin v.605. Plin.lib.2. c.107. Paschal. 2.Coron.c.10. infra lib.8. v.18. Senec. Medeâ v.770.

v.448. DEQUESTA) *De,ἀνεξηκὸν.* Statius 1.Theb. v.404. —*Similesq; Notos dequestus & imbres.* Et lib. XI.v.627. *Talia dequestus.* vide Dresemium ad Joseph. Iscan.lib.1. v.281.

v.452. IGNIPOTENS) πυρσθενὴς, Onomast. Glos. πυρσεδυράσης. Epitheton Vulcani etiam apud Virgilium, sicut apud Nonnum πυρσοφόρος, πυρήκιος. Lib.2. v.80.

v.453. ALIGERIS SECET ANGUIBUS AURAS) Supra lib.1. v.224. Ovid.7. Metam. v.397. *Hinc Titaniacis ablata Draconibus intrat Palladias arces, &c.* Et 3. Trist. 8.

v.466. SIDERIS ORA FERENS) Comparationes à sideribus familiares sunt poetis. Apollon.lib.1.v.239. ὡς δὲ φαεινοὶ, ἀστέρες ὡς νεφέεσσι, μετέπρεπεν. Et v. 774. βῆ δ' ἴμβρασ πεσπὶ ἄκυ φαεινῷ ἀστέρι ἴσος. Et lib.2. v. 40. ——— ὁὺ ἀρωνίφ ἀπάλαντος Ἀστέρι Τυνδαρέδης, ἅσσ' κάλλιστος ἔασιν ἐσπερίην ἀμφ' νύκτα φαεινομένοις ἀμαρυγαῖς. Τοῖος ἓην διὸς υἱὸς. Nonnus lib. 4. de Cadmo v. 138. ἐφάνετο φωσφόρος ἀστὴρ. Infra lib.8.v.26. *Sidereâ clarus procul ora juventâ.* V. N. ad Musæum v.22. & confer Barthium, Musarum μαρμαρυγὴν χαλέσσαι, ad Claudian. in Nupt. Honor.p.1 8. supra lib.4. v.190.

v.477. NAMq; IDEM CRETHEUS) Crethei nepos, Jason Schol. Apollonii lib.1. p.121. b. Αἰόλης ἓ ἦλθεν Κρηθεὺς πρὸ Αἰμας, Κρηθεὺς δὲ Αἴολου. Meurs. ad Lycoph. p.277. Lib. 8. v. 112 Jason vocatur *Cretheia proles.*

v.490. AURATÆ PECUDIS EXSUVIAS) Pindar. Pyth.4. πάγχρυσον νάκος, & δέρμα βαθύμαλλον κριὸς vocat, & κῶας ἀγλαὸν χρυσέου ὑσμίνας: Oppianus χρύσεον ἄεθλον: Apollonius κρύσειον κῶας, & χρύσειον δέρος: Ennius *pellem inauratam arietis.* [Rittershus. ad Oppian.

pian. p. 86.] Manilius *auratum vellus*: Catullus *auratam pellem*: Propert. *auream lanam*: Ovid. *Phryxea vellera*: Columbanus *auream pellem*. Locum proverbio dedit apud Græcos χρυσόμαλος, Latinos *Ovis aurea*, quæ Euphorbo *pecus aurea*, de lignis cœlestibus. Goldast. ad Columban. p. 89. Supra v. 203. *dives pellis*. v. 553. *aurea terga*. v. 628. *vellera sacra*. v. 631. *Phryxeum metallum*. Lib. 6. v. 11. & 593. *vellera Phryxi*. v. 19. *exuvias pecudis sacræ*. lib. 7. v. 30. *aurea pellis, aspera villis*. v. 54. *Æolia pecudis aurum*, lib. 8. v. 42. *aurea terga*. v. 114. *rutilam pellem*. v. 119. *Phryxea monumenta fugæ*. v. 122. *Villis comantem sidereis pellem*. v. 258. *velleris aurum*. v. 267. *Phryxea vellera*. Vide & supra lib. 1. v. 56.

v. 512. Tænarei De Sanguine Aheni) Plin. lib. 9. c. 39. Supra lib. 2. v. 342.

v. 518. Haeenis) V. N. ad Hilarii Geneſin v. 156. Barth. ad Claud. in 3. Honor. conſ. v. 83.

v. 520. Furiis Ignescit) Lib. 6. v. 1. *Furiis ardet Bradivus*. Et v. 293. *Furiis ardens quatit arma paternis*. Statius 2. Theb. v. 79. ——— *Et triſtes igneſcunt ſanguine cultus*. Virg. 9. Æneid. v. 66. *Igneſcunt iræ, & durus dolor oſſibus ardet*. vide ſupra lib. 2. v. 184.

v. 526. Nunc Quassat Caput) *Caput movere* vel *quaſſare*, derisionis vel ſubſannationis geſtus, in ſacris admodum eſt frequens. vide Boch. ad Pſalm. 21.

v. 527. Quod Vellera Poscat Ab Angue) Hoc dicit tanquam ἐν τῶν ἀδυνάτων, ut loquitur Ariſtot. 1. de cœlo c. 5.

v. 536. Sceptri Sic Omnibus Una Cupido) Rectè Gaguinus lib. 1. hiſt. Franc. *Nihil apud dominandi cupidos probitatis ac fidei eſt. Libidine enim habendi reges feruntur, nec amicis nec geri indulgent ſuo.* Hinc illi apud Ovidium 5 Metam. v. 198. *Non nos odium regni, cupido compulit ad bellum*. Statius 1. Theb. v. 127.

——— *Inde*

——— Inde regendi
Sævus amor, ruptæq; vices, jurisq; secundi
Ambitus impatiens, & summo dulcius unum
Stare loco, sociisq; comes discordia regnis.

Confer Camerar. medit. hist. cent. 1. c. 88. & 92. Reusn. class. 1. symb. 26. Arnisæ. 2. polit. c. 2. sect. 2. n. 12.

v. 540. NAMQ; VIRUM TRAHIT IPSE CHALYBS) Ex Odyss. π ὡντὸς ἓφελκετον ἄνδρα σίδηρος. Gulielm. Canter. novar. lect. 3. c. 28. Claud. 2. in Rufin. v. 233.

——— *Ultrixq; manus mucrone furenti*
Ducitur; & siccum gladium vagina recusat.

v. 550. CREBRIOR INCUSSIT MENTEM PAVOR) Præclarè enim Pindarus, ut omnia, hoc quoq; , Nem. 6. τὸ πὰρ ποδὶ νᾶος ἑλισσόμενον οἰεῖ κυμάτων, λίγεται παν μάλιστα δονεῖν ψυχὰν

v. 558. RIPHÆA) infra v. 601. lib. 6. v. 33. & 115. Jorandes de rebus Geticis. c. 5.

v. 563. INCITA CRISTAS AURA QUATIT) *Cristæ* sunt horridæ setæ equinæ, vel etiam avium, in galeæ apice adsurgentes, ad torrendos hostes. vide Paschal. 10. Coron. c. 13. & 16. infra lib. 7. v. 466. *Nunc age, & has cristas galeamq; resume.* Et v. 615. *At verò ut summi jam rura recedere cristis vidit, & infesta vibrantes cassida terras.* infra lib. 6 v. 379. Prudent Psychom. v. 117: *Hirsuto quatiens galeato in vertice cristas.*

v. 566. QUALIBUS ADSURGENS NOX AURÉA CINGITUR ASTRIS) Tibull. 2, 1.

——*Iam nox jungit equos, currumq; sequuntur*
Matris lascivo sidera fulva choro.

Confer C. Mar. victorem lib 1. v. 98.

v. 566. NOX AURÉA) supra v. 369. *Sævo cum nox accenditur auro.*

v. 566. CINGITUR ASTRIS) Statius : ——*Vaga cingitur astris Luna.* Hinc infra v. 600. *sideream noctem* dicit. Seneca Octaviâ v. 380. *Orbemq; Phœbes, astra quem cingunt vaga.*

v. 571.

v. 171. MAGNÒ CRATERE LACESSIT) Scythæ enim sunt vinolenti & ebrioſi. Unde occaſionem dedere proverbio: Ἐπισκυθίζειν, *epiſcythizare*, & σκυθιστὶ πίνειν, *Scythicè bibere*. Ælian. lib 2. & 3. Heider. in Philoſ Morali parte 2. p. 539.

v. 593. VIDE) Corripitur E contra canones legis Pediæ, quod in Imperativis ſecundæ conjugationis produci ſolet. Horatius:

Vade, vale, cave ne titubes mandatáq; frangas.

Martialis lib. 3. epig. 4.

Si quando veniet, dicet reſponde, poëta. Idem:

Lector ſalve: taces, diſſimulasq;? Vale. Perſius:

Auriculas vide ſis, ne majorum tibi forte.

Prudent. periſteph. 2. v. 60. *Exterque, ſi potes, fidem.* Barth. ad Gratii Cyneget. v. 461. & lib. 21. Adverſ. c 20. & lib. 22. c. 24. Poëtica Giſſen. lib. 1. c. 5. p. 98. & lib. 2. c. 1. p. 177.

v. 596. DICTIS IMMODICUM) ἀμετρεπῆ. Homer. Iliad. Ζ. 6. 212. Polluci ἀπειρωτολόγος, ἀδόλεσχος, ἀθυγλωσσος, ἄπαυστος γλῶτται, ἀνερμάτιστος. lib. 6. c. 26.

v. 596. LINGUAQ; GRAVEM) κακήγορον καὶ φιλολοίδορον. Pollux lib. 5. c. 21.

v. 598. MAGNA DICTA) Lib. 7. v. 556. *Tum maxima quisq; Dicta dedit.* h. e. glorioſa. Aliàs *magnum dicere* eſt μεγαλορρημονεῖν, Obadiæ 3, 12. Ezech. 35, 13. Pſal. 35, 26. Pſal. 38, 17. & 55, 13. Judith. 6, 12. vel 19. μεγαλορρήμων γλῶσσα. Pſal. 12, 4. *magna loquens.* 3. Macc. cap. 6, 3. μεγαλορρημοσύνη, 1. Sam. 2, 3. *magniloquentia.* Seneca Troade v. 574. *magnifica verba* dixit; *alta verba* Ovid. Epiſt. Phædræ v. 152. *magniloquos flatûs*, Statius 3. Theb. 192. ſicut ἄνθρωπος πνευματοφόρος, *vir ventoſus*, Sophoniæ 3, 4. Oſeæ 9, 7. vide proverb. *Ignem ſpirare.* Theocrit. idyll. 10. v. 20. μηδὲν μέγα μυθεῦ. Sophocles Ajace: ἔπος ἐξερεῖν μέγα. Et elegantiſſimâ ſententiâ idem in Antigone: μεγάλοι λόγοι μεγάλας πλη-

πλησὰς τῶν ὑπερέυχων ἀποπίπτοντες γύρᾳ τὸ φρουρεῖν ἐδίδα ξαν. Euripides in Phœnissis μεγαλαυχείαν ὑπερέλπορον nominat, quæ Nemesin habet pediſſequam. V. N. ad Hilarii Geneſin v.6, Barth. lib.10. c.2. & lib.23. c.9. & lib.34. c. 10.

v.599. DICTA VOLANT) Virg. XI. Æn. v. 381. *Sed non replenda eſt curia verbis, quæ tibi magna volant.* Horat. lib.1. ep.18. *Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.* Apulejus apolog. *Si verba ita, ut poeta ajunt, pinnis apta vulgò volarent.* Et in Floridis: *Verbaque, quæ volantia poetæ appellant, ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere.* Plutarch. de garrul. ἔπτα πτερόεντα ait appellari, quia ἅπτεται χειρῶν ἀφέντα ῥᾳδίως ἔστι καὶ παυσαμένῳ, ἅπτεται λόγου καὶ τόπου τοῦ πρεπόντος κρατήσαντα ἡδὺ συλλαβεῖν δύναται. Julian. epiſt. ad Eugenium: πάντως τε καὶ ἡδὺ ὅμοιον ἐυτῷ (λόγῳ) ἐκ ἄλλο ἢ χάρις, ἢ τότε, τὰ πτερόεντα ὀνομάζει, δι' ὧν δύναται πανταχοῦ φοιτᾶν, ὥσπερ οἱ ταχύπτοοι τῶν ὀρνίθων ἢ ἂν ἐθέλωσιν, ἅπτονται.

v.605. PRIUS HUMENTEM LUX SOLVERIT UMBRAM) Statius 2. Achill. v.287.

Exuit implicitum tenebris humentibus orbem
Oceano prolata dies.

C. Mar. Victor epiſt. ad Salmon. v.50. *Antè diem tenebris nox humida condet.*

v. 605 UMBRAM) *Umbra* poetis pro nocte. VVouvver. de umbra c.4. ſupra v.94. *Atram nox primus abſtulit umbram.* Lib.1. v.283 *Septem Aurora viam totidemque peregerat umbras Luna polo.* Lib.3. v.1. *Tertia jam gelidas Tithonia ſolverat umbras.* lib. 7. v. 537. *Sed ſub extremis in mœnia retulit umbris.* ſupra lib.5. v.94.

v. 607. SAXIFERÆ SURGAT QUIBUS IMBER HABENÆ) *Funditores* videtur dicere, de quibus Lipſius de Milit. Rom. σφενδονῆται vel λιθοβόλοι. vid. Martin. in Lex. Philolog. in *Fundibulum*, Galterus lib.2 Alexand

Alexand. v. 134. *Plurimus hoc agmen centenis millibus ambit Funditor, & levibus funda jaculator habenis.*

v. 607. Imber) Ita lib. 6. v. 684. ——— *Cumq; omnis in unum Imber iit, toties saxis pulsatur & hastis.* Virgil. 12. Æn. v. 284. *Ac ferreus ingruit imber.* Prudent. Peristeph. 3. v. 371. *Stephanus per imbrem saxeum Cœlos apertos intuens.* Et Diptycho v. 173. *Primus init Stephanus mercedem sanguinis, imbre Afflictus lapidum.* Infra lib. 6. v. 186. & lib. 4. v. 262.

v. 610. Alipedi) pro, alipedæ. Scalig. ad Manil. p. 508. Glos. ταχύπους, *alipes.* lib. 6. v. 207. *Hastam pectus in adversum subitò jacit alipedemq;.*

v. 611. Turmis) Scalig. *Turma* τύρμη, *rotunditas*, ut *cohors*; quia villaticæ cohortes rotundæ. Germ. rotte, turma, à rotâ; quia globus hominum. In Glos. Philox. est *turma* λόχος, Ἀγέλη; quòd turma sit à ἄγειν; quia equitatus curia est aptior, peditibus. Germ. est geschwade Reuter. Schwade est *striga*; idem quod Gall. *Suite*, comitatus, continuata series rerum se sequentium. Martin. Lex. Infra lib. 6. v. 87. 120. 133. 195. 721.

v. 613. Nubem) Vide supra lib. 8. v. 396. & lib. 6. v. 88.

v. 616. Belligeros Labores) πολεμόχλους ἔριδας, ἄρης. Homer. Batrachom. supra v. 575. *Terræq; marisq; labores.*

620. Ambitunq; Senem) *Ambitus*, participium; secundam syllabam producit. Poet. Gissen. lib. 1. c. 3. p. 37. Barth. lib. 3 c. 18. Ovid. 1. Metam. v. 37. *Jussit, & ambitæ circumdare littora terræ.* Claudian. in Rufin. 1. v. 180. ——— *Et ambitos à principe vendit honores.* Capella lib. 3. *Multiplici ambitum redimitur lumine sertum.* Sed nomen verbale, *Ambitus*, penultimam corripit, verbi quantitatem retinens. Poet. Gissen. ibid. Barth. lib. 5. c. XI.

v.621. STELLANTIA TECTA) pro cœlô, stellis pi-
ctô & ornatô. Virg. 7. Æn. v. 210. *stellantis regia cœli.*
Lucret. lib.4. *Cælo stellante, sidera respondent in aqua radiantia mundi,* Onomast. Stello, ἀστεράζω. Glos. ἀστε-
ρωτὸς, *stellatus.* vide Ind. Dracontii. Supra lib.2.v.499.
Cujus stellantia glauca lumina nube tremunt.

622. QUESTU ACERBÔ) Supra v.595. *Dictis acerbis immodicum.*

v.634. TANTÆ) pro, tot. lib.3. v. 260. *Heu socii, quantis complerunt littora monstris!* vide supra lib. 2. v.
563. Salvianus lib.4. *Vt, canum vel suum more, tantas putet conjuges suas esse, quantas potuerit libidini subjugare.*
Ibid. pœnè circa finem: *Et necesse erit, ut sit pro tanta reus, quantos secùm trahere in reatum.*

v.634. COEUNT IN PRÆLIA) Virg. 7. Æn. v. 582.
Undiq; collecti coeunt Martemq; fatigant. infra lib.6. v.9.
Turbati coiere duces. v 232. *Sarmatica coiere manus.*

v.642. EST AMOR ET RERUM CUNCTIS TUTE-
LA SUARUM) Petronius: *Videmus, suam cuiq; rem esse carissimam.*

v.645. VIRGINEAS CECROPIS ARCES) Turneb.
lib.12. c.7.

v.685. HEU MAGNIS QUANTUM LICET FATIS)
Supra v.675. *Habent quoniam sua fata furores.*

v.689. INSTAURANT MENSAS) Æneid. 7. v.146.
Certatim instaurant epulas, lib. 8. v. 283. Instaurant epulas.

v.691. TUNC ADSVETUS ADEST) De adhibendâ in conviviis Musicâ vide clariss. Zehnerum, Similitud.
Biblic. c.98. Adde Bochium ad Psalm 32. Heider.
Polit. c. 1. p. 151. &
seqq.

A

Ad
Librum VI.

Vers. 14. Consiliis Dum Nox Vacat Alta Movendis) Plutarch. de Curios. Τὴν νύκτα παρῃτεῖτον Εὐφρόνην, μέγα πρὸς δ' ἔρισιν τῶν ζητουμένων καὶ σκέψιν ἡγούμενοι τὴν ἡσυχίαν καὶ τὸ ἀπερίσπαστον. Idem Sympos. 7. quæst. 9. Mauritius IIX. Strateg. τὸ συμπίπτως λαμπάδας, καὶ ἀγρυπνεῖν καὶ ἐν τῇ νυκτὶ μᾶλλον βελτίονας τὰ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀγαθὸν ἐστιν. ἐν νυκτὶ γὰρ ἐυχερῶς τελειοτάτη βουλὴ, ἡρεμούσης ψυχῆς ἐκ τῶν ἔξωθεν θορύβων. Onosander Strateg. c. 1. ἐν νυκτὶ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ, ψυχῆς ἡρεμούσης, στρατηγὸς γνώμη τελειοτάτη. Ibi Rigalt. in Notis. Læl. Bisc. T. 1. H. S. lib. 5. c. 19. infra lib. 7. v. 70. *Consiliis nox una satis.*

v. 20. Exordia Belli) πολέμου ἡ ἐγχείρησις εὐβουλία. Prov. *Exordium & proœmium rei.*

v. 23. Sanguine Pugnæ) Lib. 5. v. 495. *Si petere hoc avi stat uissem sanguine belli.*

25. Per Maris Ignoti) Germanicus Cæsar Arato: *Ignotique maris cursus.* Tacitus: *Periculum horridi & ignoti maris.* Ita *ignotum fretum* dixit Claudianus, de IV. Honor. Cons. v. 33. ut *ignotum orbem.* Columella de re rust. præf. & Manilius. supra lib. 4. v. 370. *Ignotas jubet ire vias.* Lib. 7. v. 134. *Ad ignotos ire tyrannos.* Et v. 174. *Ignota animum contingere curâ.*

v. 32. Vocq; Dei Pariter Pugnas Audita Per Omnes) De Martis voce à Diomede sauciati ita Homerus Iliad. ε. ——ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης, ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος.

v. 37. Mille Vel Ora Movens) Vide Nonnum lib. 13. v. 47. Ovid. 1. Trist. 4. v. 53. Silium lib. 4. v. 527. Supra lib. 5. v. 218. Ita Petrus Pictavensis in panegyrico:

Verùm quid facio? si linguis mille sonarem, Non posset ca-lamus cuncta referre meus.

v.39. UBERE) pro copiâ, fœcunditate, ubertate, atq; multitudine. *Terra uber*, dixit Palladius de re rust. lib.1. c.6. uti ex membranis corrigit doctiss. Zinzerling. Promuls. Crit. c.25. ubi exemplis aliis id illustrat. Vide & Ind. Dracont. & infra v.711.

v.39. DEFIT) Priscian. lib.8. p.802. *Deficio, loco passivi defio facit.* Terent. Eun.2,2. *Nihil cum sit, nihil defit tamen.* cùm passivam vim habeat, *defio* facit.

v.42. ARDENTES ÀLAMOS) Barth. lib.2. c.12.

v.52. SEMIFERÒ CAPTUS CORPORE) Ita mirata est olim Aquitania Gallica *Melusinam*: de quâ sapientes perpauca tradunt, multa & mira circulatores. Ejus Sobolem ad hanc diem durare compertissimum. Judicia Dei dubio procul sunt abyssus multa. Maser. Hujus mentionem facit Petrus Fulvius ad Roland. Betolaudum:

Prodita Raimundo sic Melusina canatur,
Tantùm parte sui posteriore draco.

Vir eruditione & dignitate præclarissimus Jacob. Aug. Thuanus lib 59. hist. T.2.p.31. edit. Francof. *Melusinæ turris, & fontis Melusinæ, à poetis Gallis decantatæ, fabulis famosi*, mentionem facit. Ego de hac legere me aliud nihil memini, præterquam scriptum, quod in vernaculâ nostrâ circûfertur. De eâ disserit Brouverus in Annalibus Trevirensibus. Pro verâ historiâ agnoscit Vecerius in vitâ Henrici VII. Imp. Vanitatis arguit Felix Osius Notis in Mussati Historiam. At ego (scribit ad me in literis svaviss imis *illustris Goldastus*) non dubito, quin Melusina illa exstiterit ex nobili prosapiâ, & veneficiis suis *Raimundum* stirpis Lucelburgiæ auctorem, effascinarit. Nam fama constans est apud incolas, qui mihi ante biennium rudera ca-

stri,

stri, in quô habitarit, commonstrarunt. Et facile potuit monstrosa illa species à Dæmone ejus repræsentari. Vide & Philipp. Camerar. medit. hist. cent. 1. c 69. & Frider. Tileman. in Discursu Philolog. p. 355.

v. 54. Trifidis Ardoribus) Fest. in *Manubia Jovis*. Seneca lib. 2. quæst. Nat. c. 40. infra lib. 7. v. 566.

v. 57. Dracones) V. N. ad Prudent. 1. peristeph. v. 35. Suid. in vocibus Ἰνδοὶ & χιλιοφή. Læl. Biscioiam. T. 1. H. S. lib 8. c. 8.

v. 61. Olim Inest) *Olim*, tria tempora complectitur. *Præsens*, ut h. l. & Juvenalis sat. 6. *Audio, quid veteres olim moneatis amici*. *Præteritum*. Horat. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum*. *Futurum*: Virg. *Forsan & hæc olim meminisse juvabit*. Ponitur & pro interdum & nonnunquam: ut illud Horatianum: —*Ut olim crustula dant blandi doctores*. Schol. Juvenal. ad Sat. 6.

v. 67. Gangaridûm) Turneb. 5. c. 4.

v. 67. Efferat) Statius 2. Achill. v. 425. *Raptum Superis Mars efferat aurum*. Joseph. Iscan. lib. 1. de bello Trojano v. 262. *Se vultu referat, animumq; his asperat ægrum*. Et lib 5. v. 143. *Paucisq; cachinnum asperat*.

v. 71. Sætis Fulgens Et Cornibus Aureis) Turneb. 29. c. 25.

v. 71. Aureis) Adi Gifan. Ind. Lucret. de Synecphonesi p. 465. Poet. Gissen lib. 2. c. 1. p 169.

v. 72. Conti) *Contus*, Nonio hasta longior & robusta. infra v. 162. *Ingentis frenator Sarmatæ conti*. v. 256. *Impulit adversô præceps equus Ochen contô*. Prudentius Psychom. v. 116. *Impatiensq; moræ conto petit increpat ore*.

v. 74. Movit Et Hylæa Supplex Cum Gente) Explicantur hæc & illustrantur ab eximio Grutero, parte 1. Discursuum ad Tacitum p. 85.

v. 81. Ibi Subtilis, Illis Et Domus) Hæc

maxobita. Pomp. Mela lib. 2. Strabo lib. XI. Plin. lib. 4. c. 12. supra lib. 2. v. 178.

v. 83. CATEIAS) Lipſ. 4. Poliorcet. c. 4. Martin. in Lex. Philolog. Virg. 7. Æneid. v. 741. *Teutonicô ritu ſoliti torquere Cateias.*

v. 85. POLLENS, VENENIS) Ovid. 3. Triſt. 10. *Hoſtis equô pollens.* Nævius lib. 2. belli Punici: *Pollens ſagittis inclitus Arcitenens.*

v. 88. NUBEM) *i.* hoſtium multitudinem. vide ſupra lib. 1. v. 396. Prudent. 5. Cathem. v. 101. *Nec non imbriferô ventus anhelitu Craſſâ nube leves invehit alites.* Et Pſychom. v. 133. ——— *Et jaculorum nube ſupervacuam laſſaverat irrita dextram.* Virg. 12. Æn. 253. *Hoſtemq; per auras Factâ nube premunt.* vide Nonnum in Johan. c. 3. v. 140 & c. 4. v. 159.

v. 96. BATARNAS) Iidem qui *Baſtarnæ*, gens Scythica, teſte Dione lib. 38. Appianus Mithradaticis: *Trans mare verò in Europa Sarmatarum gentes, Baſilii, Iazyges, Coralli, Thracum item quacunq; Iſtrum flumen & Rhodopen Æmumq; montem accolunt, & inſuper Baſternæ omnium horum fortiſſimi.*

v. 98. ROMPHEA) De hac voculâ videatur Martinius in Lex. Philolog. Hîc corripit mediam: quemadmodum & alibi legitur. Galterus lib. 4. Alexand. v. 193. *Ignea cuſtodit Virgulti romphea limen.* Abbo de obſidione Lutetiæ lib. 2. v. 72. *bis-acutam* vocat; h. e. utraq; parte ſecantem:

Noſtra manens turris, clipeus, nec non bis-acuta
Romphia. Et v. 387.
Hîc enſis bis-acutus adeſt meus, hîc catapulta.

In Apocalypſi Johannis 1, 16. dicitur ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα. Prudent. Periſteph. 2. v. 189. *Romphea nam cæleſtis vindex erit voluminum.* Eandem circumſcribit hym. 6. Cathem. v. 85. ibid. hym. 7. v. 93. *rhompheale incendium dicit.*

v. 99.

v.99. Aclide) Lipſ. 4. Poliorcet. c. 4. Virg 7. Æn. v.730. *Teretes ſunt aclides illa tela; ſed hæc lento mos eſt optare flagello.*

v.100. Terga Noæ) i. ſuperficiem. Ita Ovid. 1. pont. 3. v. 14. *amnis terga* dicit. h. e. glaciem, ut interpretatur gloſſa. Virg. 3. Georg. *Vndaq; jam tergo ferratos ſuſtinet orbes.* Confer Læl. Biſciol. T. 2. H. S. lib. 17. c. 2.

v.100. Securi Eruit) Ita penè Ovidius 3. Triſt. 10. *Deq; lacu fragiles effodiantur aquæ.* Cato 2. Orig. *Quin aquatum, ut lignatum, jubentur ire: ſecurim atq; lotum ferunt; gelum craſſum excidunt, eum loro colligatum auferunt.*

v.101. Niveûm q; Olorum) Ab Euripide in Helenâ v. 218. cygnus vocatur χιονόχροος, à niveo colore. Hinc Martialis lib. 1. epig. 116.

Totô candidior puellâ Cycnô,
Argentô, nive, liliô, liguſtrô.

Auſonius parental. 5.

——*Qui clarior eſſet olore.*

Ovid. epiſt. Paridis v. 251.

Pectora vel nivibus puris, vel lacte, tuamq;
Complexô matrem candidiora Jove.

Eodem alludit Joſeph. Iſcan. lib. 2. v. 174.

——*At plenius haurit*
Sidereum Ledæa Jovem, totoſq; per artus
Lactea materni ſpirant mendacia Cycni.

v.105. Falcatos Currus) *Currus falcati*, qui falces habent. infra v. 387. 395. 401. 409. 415. 424. 723. Lucret. lib. 3. v. 644. *Falciferos memorant currus abſcindere membra; &c* Ibi Lambin. Turneb. XI. c. 28. Veget. lib. 3. c. 24. ibiq; Stewech. Meminit & ſcriptura, Judic. 1. v. 19. & c. 4. v. 3. & 13. item 2. Maccab. 13, 2. Adde Boch. ad Pſalm 19.

v.107. Quîs Turba Canum Non Segnius)

Vide Lipſ. cent. 1. ad Belg. epiſt. 44. Eliam Reuſner. Artis Strateg. lib. 1. c. 15. Caſp. Facius in axiom. bellicis c. 94.

v. 108 LITUOS) infra v. 166. 180. 504.

v. III. TERRIBILESQ; INNEXA JUBAS) *Jubæ equorum* in galeâ equites oſtentabant: unde ab Homero Iliad. τ. ἱππουριν προφάλειαν, *galea equinis ſetis inſignis* appellatur. Vide omninò Carol. Paſchal. lib. 10. Coron. c. 18.

v. 112. QUANTÒ SONAT HORRIDA DITIS JANUA) Virg. 6. Æn. v. 417.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat, adverſo recubans immanis in antrò.

Supra lib. 3. v. 227.

v. 115. EUM SCYTHIÆ JAM TERTIA VIDERAT ÆSTAS) Ita pœnè Ovidius 4. pont. 13. *Me jam, Care, nivali Sexta relegatum bruma ſub axe videt.*

v. 118. CENTUM GEMINÆ THEBES) *Thebæ Ægyptiacæ*, centum erant portarum. Nonno lib. 4. v. 166. θήβη ἑκατόμπυλος. Iliad. 9. v. 383. Juvenalis Græcorum more ſingulariter uſurpavit Sat. 15. v. 6. *Atq; vetus Thebe centum jacet obruta portis.* Sed *Thebæ in Bœoticâ* fuerunt ἑπτάπυλοι, Odyſſ. XI. v. 262.

v. 121. RAPTOR AMORUM) *Neuri*, antiquorum teſtimoniò, in lupos quotannis vertebantur: cujus fabulæ meminit Herodotus Melpomene, & Mela lib. 2. c. 1. & hîc Val. Flaccus, unde legere hîc audet And. Schott. 2 Obſervat. c. 37. *raptor agnorum*, proprium enim luporum, in agnos ſævire, rapere, dilacerare. Neq; verò quenquam hîc ſyllabæ modulus *Agnorum* offendat, duruſq; conſonantium concurſus. En huic loco geminal Ovid. 8. Metam. v. 602.

Debuit illius miſereri, & ignoſcere nobis

Et lib. 6. v. 469.

Ad mandata Progne, & agit ſua vota ſub illâ.

Et

Et Petronius: *Atq; urbana Progne, quæ circum gramina fusa.* Ita Horat. 4. carm. 3. *Donatura Cycni, si libeat, sonum.*

v. 122. Canentis Ævi) I. caniciei vel senectutis, quæ canis spargi solet. Ovid. 4. Trist. 7.

Iam mea cycneas imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras alba senecta comas.

Onomast. *Caneo*, es, πολιῶ. λευκαίνομαι τὴν τρίχωσιν.

v. 124. Inceptus) Zinzerling. Promulsi Crit. c. 43.

v. 124. Lancea) λόγχη. infra v. 302. *Lancea cærulea circumstrepit incita vittas.* lib. 3. v. 586. *Improba Mauri lancea.*

v. 130. Cesse æq;) And. Schott. 2. observ. c. 39. ex Zenobio, cent. 5. adag. 25. νόμῳ καὶ χόᾳ, hæc intelligenda putat. *Cæsias* ait in alicuius ortu flere, in obitu autem gaudere: Κάσιος ἐπὶ γενομένοις δακρύουσιν, ἐπὶ δὲ ἀποθνήσκουσι χαίρουσι. Idem quoq; fecerunt Thraces.

v. 132. Doctus & Anchates) Lipsius in Analect. ad Milit. Rom. lib. 3 c. 3. p. 23.

v. 138. Thuriferos Sabæos) Videndus Martin. in Lex. voce *Saba*.

v. 159. Portitor) Charon, portitor apud inferos est. Scholiast. Juvenal. sat. 3. Supra lib. 1. v. 789.

v. 160. Geminis æquantes Cornibus alas) Infra v. 218

v. 161. Celer Mutator Equorum Mæsus) Scalig. ad Manil. p. 392. desultorem intelligit: *Comites equos* vocat junctos ἀμίππους. vide eundem ibid. p. 391.

v. 167. Quot Foliis, Quot Floribus) Pindar. Pyth. 9.

ὅσσα τε χθὼν ἠελιὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει χ' ὁπίσω
ὠγυγέου ποτ' ἀμαθοῖς ψάμμαθος
κύμασι ῥιπαῖς τ' ἀέμων κλονέονται.

v. 181.

v. 181. Necdum Clara) Enallage numeri pluralis pro singulari: *Necdum clarum.* Ita Virg. *Frater ut Æneas jactetur, odio Junonis iniquæ; nota tibi.* pro, *notum.*

v. 181. Quibus Sese Fuga Mentibus Addat) φύζα φόβε κρυόεντ@ ἑταίρη. Homer. Iliad 10. v. 2.

v. 182. Consertis Telis) *Conserere tela*, eleganti tralatione; uti *Bellum, prælia, vulnera serere* dicimus. infra v. 352. *Medioq; in corpore pugna conseritur.* v. 539. *Deus quoq; confere dextram.* Lib. 3. v. 122. *Conseruere manus.* Confer Zinzerlingum promulsi. Crit. c. 20.

v. 185. Alternus Cruor Alternæq; Ruinæ) V. N. 4. pont. 7. v. 50. Achilles Tatius lib. 3 de Clitoph. & Leucipp. amoribus p. 73. b. καὶ ἦν ἡ μάχη πρεσὸ. πλησιαὶ δὲ πᾶς ἀμφοτέρων, καὶ τραύμασι καὶ σφαγαὶ. C. Mar. Victor. lib. 3. v. 381. *Confligunt acies; pariter sternuntq; cadunt q.*

v. 186. Imbres Sanguineos) Prudent. peristeph. 6. v. 10. *Bis fluxit imber sanguinis per herbas.* Petron. *Sanguineoq; recens descendit Jupiter imbre.* Statius 5. Theb. v. 607. *Nexusq; madentes Sanguinis imbre novi.* Joseph. Iscan. lib. 6. v. 220. *Sanguineos campus consedit in imbres.* vide supra lib. 5. v. 607.

v. 187. Ovatus) Camerar. cent. 1. medit. hist. c. 77. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 17.

v. 191. Missilibus) Onomast. *Missile*, ἀϊκὴς, βέλ@. infra v. 340. *Missile concitat. v. 540. Intentaq; adjutum missile planta dirigit.* Prudent. Psych. v. 151. *Missile de multis, frustrà qua sparserat, unum sumit.* C. Mar. Victor lib. 3. v. 97. *Elapsum cursu petrisq; secuta est missilibus.*

v. 193. Spargentem Vulnera) infra v. 329. *Spargens hastilia dextra.* Supra lib. 5. v. 340.

v. 193. Funda) vide lib. 5. v. 607.

v. 197. Abies) i. hasta vel lancea ex abiete. Mox v. 236. *Abies obnixa genu.* Virgil. Æneid. XI. v. 666.

Cujus

Cujus apertum Adversi longa transverberat abjete pectus.

v.200. Mixta Perit Virtus) Ovid.2.Fast.v.227. *Fraude perit virtus.*

v.201. Sibila Cuspidis) Aëremcum sibilô scindentis.

v.207. Hastam Jacit) *i.* vibrat. infra v. 270. *Tum simul adversas collatis cursibus hastam conjiciunt.* v.381. *Ille diu conjectis sufficit hastis.* Glos. ῥίπτω, ἐπὶ ἀπωστῆς, *iacio, iaculor, projicio.* Isidor. in Glos. *Conjecit jaculum, amentavit.*

v.208. Alipedem q;) Joseph Iscan. lib. 5. v. 330. *Prior alipedes Menelaus ituros Anticipat.*

v.220. Tot Montibus Inter Diviso) V.N.4. Trist. 6.v.21.

v. 225. Tenuia) Adi Gisan. Ind. Lueret. p. 461. Zinzerling. promuls. Crit. c. 36.

v.229. Spargens Hastilia) Virg. XI. Æneid. v.650. *Et nunc lenta manu spargens hastilia densat.* infra v.698. *Spargit sagittas.*

v.233. Riget His Molli Lorica Catena) Lipsi. 3. de Milit. Rom. c. 6.

242. Ruunt In Funera) infra v. 740. *Ruit ecce ferox in funera Perses.*

v.247. Liquuntur Vulnere Malæ) Æneid. 3. *Huic atro liquuntur sanguine guttæ.* Fest. *Liquitur, labitur, fluit.*

v.261. AB Aere Rami) Ita Virg. 2. Georg. v. 123.

——— Ubi aera vincere summum
Arboris haut ullæ jactu potuere sagittæ.

Ad quem locum Scaliger in Poet. ita notat: *Vbi locutionem attendas: Vincere summum arboris aërem. Plebejus poeta simpliciter dixisset: arboris cacumen. Crescere autem signatè dicitur de arundine sursum emissa.* Martialis lib. 14. epig. 218.

Non

Non tantùm calamis, sed cantu fallitur ales,
Callidâ aum tacitâ crescit arundo manu.

Et lib. 9. epig. 55.

Aut crescente levis traheretur arundine præda.

Silius lib. 7. v. 676.

Sublimem sequitur calamò crescente volucrem.

Hinc Oppian. 1. Cyneg. v. 66. & lib. 3. v. 488. δινήεν δόναξες πατέκειν ἀπάτην. Zinzerling. promuls. Crit. cap. 10.

v. 263. VISCOQ; SUPER CORREPTA) Confer Prudent. Hamartig. v. 806. Et Cathem. 3. v. 41. Ovid. 1. de arte v. 393. *Non avis utiliter viscatis effugit alis.* Seneca 3. de irâ c. 16. *Aves viscum dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt.* Cassiodorus Var. XI. ep. 40. *Harentem viscum alis suspecta* (avis) *non insidet.* Theocrit. Idyll 8 v. 57. δένδρεσι μὲν χαμάδις φοβερὸν κακὸν, ὄρνισι δ' ὕσπλαξ. Oppian. 3. Cyneg. v. 487. ὀρνίθων δηίων ἰξός. Hinc tralationes. Euripides Cyclope: ὥσπερ σὺ ἰξὸς, τοῦ κύλικι, λελημωμένος, ἐλύου. Plaut. Bachid. 1, 1. *Viscus murus est vestra blanditia. periit arundo alas verberat.* Vide eundem Afinar.

v. 282. ADEMTUS) V. N. 1. pont. 10. v. 41.

v. 284. FREGITQ; ANIMOS ATQ; ABSTULIT IRAS) Lib. 2. v. 315. *Ni Veneris savas fregisset Mulciber iras.*

v. 296. GLAUCÔ RAMÔ) 1. albô, sed decolore. Paschal. 4. Coron. c. 2.

v. 300. IN ÆQUOR) 1. campum. Est enim *æquor* quod æquam habet superficiem, sive sit aqua sive terra. Supra v. 30. *Hinc fundit in æquora Persen.* v. 239. *Mollique per æquora Castor anfractu levioris equi deludit hiantes.* v. 569. *Eurytus Examatus agit æquore.*

v. 303. AMISSIS HABENIS) Supra v. 271. *adductis habenis.*

v. 310.

v.310. Segnes Metas) infra v.325. *Festinaq; tedia vitæ.*

v.312 Tereres Tempora) V. N. ad Horat. XVI. Epod. v. 1.

v.313. Præda Future Canum) Infra v. 647. *Vos Scythia saturare canes, scythiaq; volucres Heu! miseri venistis.* Libertim hac de re scripsit Boch. ad Psal. 78. quem evolve.

v.317. Ventos Ferentes) Lib. 2. v. 429. *Iam flamma portant.* Vide lib. 1. v. 266

v.328. Qua) De hac vocula V. N. 1. pont. 1.

v.336. Uei Tam Sævô Duravimus Amne Progeniem Natosq;) Quod hîc de Jazygibus, Mæotin paludem accolentibus, dicitur, etiam de aliis populis apud scriptores legere est. De vetustis Italiæ populis Virgilius:

Durum à stirpe genus, natos ad flumina primùm
Deferimus, savoq; gelu duramus & undis.

Verùm, ut brevibus agam, de hac examinandi partus consvetudine consule Apologiam pro Germanis contra Galenum, institutam à *Clarissimo Viro D. Casparo Hofmano, Med. & Phil. Doctore acutissimo, Academiæ Altorfinæ lumine.* Nonnum svavissimum lib. 23. v. 94. & quæ ad illum versum attulit homo Græcè doctissimus Gerart. Falckenburg. p. 1341. Mich. Apostol. cent. 15. adag. 81. ὁ Ρὴν ἐλέγχει τὸν νόμον. ibique P. Pantini Notas p. 336. Læl. Bisciol. T. 1. H. S. lib. 3. c. 14.

v.341. It Medium) infra v. 654. lib 3. v. 131.

v.349. Septenô Tegmine) Infra v. 367. *Clypei septemplicis orbem.* Ovid. 13. Metam. *Clypei dominus septemplicis Ajax.* Ejusdem clypeum & Homerus ἑπτάβοειον nuncupat, quòd septem boum tergoribus esset compactus. Callimach. in Dianam σάκος πτυχα-

ἑπταβόειον habet. vide prov. *Animus heptaboëus.* Aristophanes ψυχὴς ἑπταβοείας πλεῖν dixit de homine elatò & superbò. Joseph. Iscan. lib. 6. v. 500. *Septena corruscans Terga boum.*

v.355. PELAGI RABIES) Lib. 8. v. 382. *Vastis mare fluctibus inter perfurit.* Horat. 1. Carm. 2.

v.358. UT BOVIS EXSUVIAS) Haustum hoc ex abundantissimo omnis eruditionis fonte Homero, Iliad. ϱ. v. 389.

v.360. UNGUINE) Onomast. Unguen, ἀλοιφὴ. Lib. 8. v. 302. *picis unguine.*

v.368. ARIETAT) Glos. κερούπτει, *arietat, cornupetit.* Adi Gifan Ind. Lucret. p. 461.

v.371. OMNIS IN UNUM IT MANUS) Mox v. 380. *Telorum immanis in unum it globus. v. 684. Cumq; omnis in unum Imber iit.*

v.374. CONFINE PAPILLÆ) Lib 4. v. 573. *Confinia terræ.*

v.379. GALEÆq; FERINÆ) Supra lib. 5. v. 563. Lipsius de Milit. Rom. lib 3. c. 5.

v.380. TELORUM GLOBUS) Glos. *Globus* κλῶσμα, συστροφή. Est interdum hominum multitudo quasi conglobata. Inde tralatè pro multitudine & copiâ. Supra v. 299. *Jamq; omnes immane globos, diversaq; lustrans agmina non usquam videt. v. 555. Sanguinis ille globos effusaq; viscera gestat.* lib. 3. v. 134. *Per piceos accensa globos.* Et v. 216. *Eumenidum noctiq; globos.*

v.390. EXOSUS PYRRHÆ GENUS) Ovid. 1. Metam.

v.391. FLUVIUM SI FUNDAT HABENAS) Ovid. ibid. v. 279. *Fluminibus vestris tetas immutite habenas.*

v.395. ÆGIDA TUM PRIMUM) Supra v. 173.

v.403. REGESq;) Ita duces aut principes sæpe nominantur. Supra v. 172. ——*Ingentesq; inter sua millia reges.* vide Barthium, Musarum Ocellum. ad Claudian. 2. in Rufin. v. 314. & lib. 8. Adverss. c. 3. Inferius v. 415. 577. v. 404.

v.404. QUORUM AQUILIS) Lipſ. lib. 4. de Milit. Rom. c. 3. Scholiaſt. Juvenal. ad Sat. 10. & 14. ubi hæc adducit. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 2. Læl. Biſciol. T. 1. H.S. lib. 8. c. 8. Romanorum autem ſceleſta civilia bella hîc deſignat. de quibus fusè egi ad Horat. Epod. 7. & 16.

v.428. CERVOS UMBRÔ VENATOR EDACI PETIT) Confer Senecam Thyeſte v. 495.

v. 421. PINNA) Oppian. 4. Hal. v. 588. vocat δικτυλίην μέριθον, quæ eſt linea venatoria, variis pennis conſerta, quam *Formidinem*, ab effectu, appellant. Apulejus apolog. *Pinnarum formidines*. Ovid. 15. Metam. v. 475. Nec formidantes cervos includite pennis. Seneca 2. de irâ c. 12. *Nec eſt mirum; cum maximos ferarum greges linea pennis diſtincta contineat, & ad inſidias agat, ab ipſo effectu dicta Formido*. Rittershuſ. ad Oppian. 3. Cyneget. v. 387. Turneb. 13. c. 22.

v. 442. ORBITA) Gloſs. ἁμαξοτροχιά, ἡ χάραξις τῶν τροχῶν, *orbita*. Vide Scholiaſten Juvenalis ad Sat. 14.

v. 443. MUTAT AGROS) Hoc ex Virgilio 8. eclogæ v. 99. *Satas alió traducere meſſes*; ſive, quod XII. Tabb. *erat vetitum, alienam ſegetem pellicere*. Vide ſupra v. 153. de Choatris, & lib. 8. v. 72.

v. 443. FLUVIUMQ; VIAS) Hujuſmodi fluviorum converſiones & retrofluxiones magicò ſuſurramine fieri poſſe, antiquitas credidit. Apulejus lib. 1. Metam. *Amnes agiles reverti*. infra lib. 7. v. 391. *Cumq; ſuis averti collibus amnes*. Virgil. 4. Æneid. *Siſtere aquam fluvios*. Vide Ovid. 7. Metam. v. 200. Senecam Medeâ. Boch. ad Pſalm 113.

v. 444. SOPOR RECOLIT FESSOS) Ovid. 7. Metam. v. 244.

v. 447. ATRACIÔ LUNAM SPUMARE VENENÔ) Vulgò recepta opinio, carminibus magicis curſum Lunæ inhiberi, & cœlo eandem deduci, cogiq; ſpu-

mam in herbas subjacentes effundere, quâ ad magicas sacrificia uterentur. Lucan. lib. 6.

Et patitur cantu tantos depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Apulejus lib. 1. *Lunam despumare.* Joh. VVouver. de umbra c. 8. Turneb. 6. c. 10.

v. 455 HINC VENERIS THALAMOS, SEMPERQ; RECENTIA) Paschal. 4. Coron. c. 3.

v. 466. ORNATUSQ; TUOS, TERRA CŒLOQ; POTENTES) *Cestum Veneris* intelligit. Svidas: κεστὸς, ὁ ἀμφικεντητὸς καὶ ἀμφιποικιλμένος ἱμὰς, ὃ ἔνδυμα Ἀφροδίτης. καταχρηστικῶς δὲ καὶ πάντα τὰ τῶν γυναικῶν φαντασιώδη ἐνδύματα. Homer. Iliad. ξ.

——— καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα
ποικίλον· ἔνθα δὲ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο·
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, &c.

Rigalt ad Onosaid. p. 25. & ad Artemidor. p. 62. Vide hic mox seqq. v 470.

v. 471. FESTINA CUPIDO) Achill. Tatius lib. 1. de Clit. & Leucip. κάλλος ἡ ὀξύτερον πτερώσασα βέλος, καὶ λάβρα τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ.

v. 473. AFFATUSQ; MALUS) Vide D. Hieron. in reg. monachar. c. 24. & 39.

v. 492. LILIA PER VERNOS) Statius 3. Silv. carm. 3. v. 129.

Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Pubentesq; rosa primos moriuntur ad Austros,
Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.

Turneb. 12. c. 7. Paschal. 3. Coron. c. 8.

v. 517. ARSYRTUS CLYPEI RADIIS) Gruter. Discurs. ad Tacit. parte 1. p. 113.

v. 527. ALIS) Mos est veteribus poetis, ut *alas* affingant rebus celeribus, quamvis illæ animo sensuq; careant: ita enim putant declarari cursum velocitatemq;

temq; earum. Euripides inde in Jone dixit, cum Solis ortum ostendere vellet, ἅμ' ἠελίῳ πτέρυγι φοῤῥῷ. Eodem modò *alas fumo* tribuit Virgilius: ——*Volat vapor ater ad auras.* *Fulmini* item, 5. Æneid. ——*Et ventis & fulminis ocior alis.* P. Victor. var. lect. 26. c. 13. Boch. ad Psalm. 17. supra lib. 2. v. 97.

v. 527. Roseis) Tantâ gratiâ & pulchritudine censetur purpureus sive puniceus rosæ color, ut etiam cœlo sit exceptus. Luciferum certè poetæ faciunt roseum; quippe qui est Auroræ nuncius & veneris emissarius. Valerius hîc. Nempe Lucifer è se ejectat illum nitorem resulentum, qui sa Auroræ & Veneri anteambulonem præbet; qui cùm sit roseus, est quoque purpureus, scilicet ὑπ' ἀμφιλύκῃ, sub diluculo. Dracontius:

Ast ubi purpureum surgentem ex æquore cernunt
Luciferum vibrare jubar, flammasq; ciere.

Paschal. 3. Coron. c. 7. V. N. ad Hilarii Genesin v. 67. supra lib. 2. v. 261.

v. 528. Quem Venus Illustri Gaudet Producere Cœlo) Virg. 8. Æn. v. 589.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resolvit.

V. N. ad Hilarii Genesin v. 68.

v. 534. Attonitos Defixerat) *Defigere* hîc est perterrere, externare. Et lib. 7. *defixus* attonitum sonat v. 82. *Mæstâ stabat defixus in irâ.* Barth. lib. 23. c. 9. Et v. 600. *Atq; suis defixum flatibus urget.*

v. 537. Non Pascua, Non Seps) Ita restituit ex veteri Codice eruditissimus Salmacius Notis in Spartian. p. 31. Et *seps*, est *sepes*. de quô v. 531. dixerat: *Fraude novâ stabula, & furtis adsvetus insultis Depopulare greges.* Estq; *sepes* ex Græco σηπὸς, sepis: ut

λύκος, *lupus.* σηκὸν Græci omnem σφῖσολον vocant, sive ex lapidibus, sive ex stipitibus, vel tabulatis constructus sit. Hinc σηκὸν, μάνδρην vocant. Sic Latini *sepem prostabulo*; ut hîc.

v.544. OSTENTAT) Prudent. Psychom. v. 297. *Dum se se ostentat, clypeo dum territat auras.*

v.548. NECOPINA) 1. inopina. vide Festum in NEC. Statius 1. Silv. carm 3.v.53. *Calcabam nec opinus opes.* 6.Theb.v.592. *Necopinò fonte.* Et v.768. *Et manibus necopinum interserit ictum.* Et v. 885. —*Et tergo necopinus inhæret.* Ita etiam *necopinans*, est, non-opinans. Glos. *Necopinanter*, ἀπροσδοκήτως. Cicero lib. 15. epist. 4. *plerosq; necopinantes oppressimus.* Livius lib. 2. *Necopinata res Volscos perculit.* Terentius And. 1, 2. *Id voluit, nos sic necopinantes duci falsò gaudiò.* Heaut. 1,2. *Ut hanc lætitiam necopinanti primus ei objicerem domi.* Hecyr. 3, 3. *Unde exordiar narrare, quæ necopinanti acciderunt.* Confer Zinzerling. Promulsi. Crit. c. 13.

v.552. ILLUM APERIT LATÒ PER PECTUS HIATU) supra v.243. *Campesus, impactâ latus inter & ilia quercu, tollitur. v. 341. It medium per pectus & horrida nexu lethifer ara chalybs. v. 653. Æsonia vulnus lethale sed hastæ per clypeum, per pectus abit.*

v.555. SANGUINIS ILLE GLOBOS) Ovid. 12. Metam. v.238. *Sanguinis ille globos pariter cerebrumq; merumq; vulnere & ore vomens.*

v.556. FRENDENS IRA) Valdè indignantium gestus: quo de Boch. ad Psalm. 34.

v.564. VELATUS ARUNDINE PEUCON) Fluminibus corona nectebatur ex arundine. Ita Æneid. 10. v.205. —*Velatus arundine glaucâ Mincius.* Et Tyberim —*tenuis glaucò velabat amictu Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo:* Æneid. 8. v. 33. Adi Paschal. 4. Coron. c. 1.

v.570. IMMORITUR PRIMÆVUS HELIX; NEC RED-

Reddita Caro) Qui senio confectis parentibus curam nutricationis non reddunt (quod D. Paulo est ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς γεγόνοσι. 1. Timoth. 5, 4. Hesiodo lib. 1. v. 185. ἀποδόσιν θεραπήιαν. Euripidi Medeâ v. 1033. γηροβοσκεῖν. Dionys. Halic. lib 8. γηροβοσκὸς ἀποδοῦναι χάριτας. & T. 2. p. 182. γηροτροφεῖν τοὺς πατέρας. quò verbo & Libanius declam. 38. utitur: qui etiam declam 44. dicit γηροκομεῖν & ἀποδιδόναι πρέπουσαν χάριν. Oppian. 2. Cyneget. v. 349. πάντας κομιδὴν παιδοτροφίης ἀλεγεινῆς. Proverbialiter est ἀντιτιλαργεῖν & ἀντιτιλάργωσις, de quò Basil. M. hexaem. homil. 8. p. 36. Phile in hist. animal. c. 6. Camerar. cent 3. medit. hist. c. 66. Richt. ax. Oecon. c. 44.) malam plerumq; pestem opperunt; ut hîc *Helix*; & *Simoisius* apud Homer. Iliad. 4. v. 47. *Hippothous*. Iliad. ρ. v. 301. *Hippasus* apud Coint. Smyrn. lib. XI. v. 88. Confer Theognid. v. 819. Seber. ad v. 4. Pythagoræ & Rittershus. ad Oppian. Hal. 5. v. 84.

v. 573. Sanguinis Unda) Ind. Dracontii Galter. lib. 2. v. 320. *Cum sanguinis unda meatum Fluminis adjuvit.*

v. 576. Magni Certamina Belli) Æneid. 10. v. 146. *Duri certamina belli.* Lucret. lib. 2. v. 5. *certamina belli.* Et lib. 4. v. 844. *certamina pugnæ.*

v. 588. Fervere Campo) Lib. 7. v. 150. *Atq; iterum infesta se fervere cæde Lacena credit agens.* Lib. 1. v. 12. *Fervere cuncta virûm cætu.*

v. 590. Virtute) *Virtus*, pro fortitudine bellicâ. V. N. 4. Pont. 7. v. 51. & ad Horat. XVI. Epod. Supra v. 200. *Mixta perit virtus.* lib. 8. v. 390. ——*Qui non furiis, nec amore nefando per freta, sed solâ sese virtute sequantur.*

v. 590. Contra Reddit) Ut *dare*, est dicere, supra v. 218. ita *reddere*, respondere. Lib. 1. v. 209. *Vox reddita tandem viris.* lib. 8. v. 59. *Reddit trepido cui talia virgo.*

Virgo. v.444. *parantem reddere dicta virum.* Prudent. 2. in Symmach. v.17. *Hæc ubi Legatus; Reddunt placidissima fratrum ora ducum.*

v.607. IRATOQ; VOCATI à JOVE FATALES AD REGNA INIUSTA COMETÆ) Peculiariter hoc sidus portendere imperiorum mutationes, communis est opinio. Lucan. lib.1. v.524. —*Terris mutantem regna Cometen.* Statius lib.1. Theb. v.698. *Mutent quæ sceptra Cometæ.* Silius lib.1. *Crine ut fatiferô terret fera regna Cometes.* Joseph. Iscan. lib.2 v.311. *Tot regna Cometæ dispensant.* vide Goclen. Disputat. Physic. 38. p.307. Richter. ax. polit. c 309. & quæ attuli, in tractatulo, quod *signa in cælô protendant mala.* And. Dudithium de Cometarum significatione. Eryc. Putean. de Cometa lib.2. c.1. Bernh. Zieritzium Dissertat. de Convers. & Evers. Rerumpub p.40.

v.611. INCANUIT) Ind. Draconis. Supra lib.3 v.32. *Leni canebant æquora sulco.*

v.612. ABIIT HIBERNUS) Aspiratio interdum est pro consonâ Poet. Gissen. c 2. p.7. Supra v.323. —*Tu qui facilis hominumq; putasti.* Et v.152. *Omnibus in superos sævus honor.* Lib.8. v.259. *Impedit hymenæos.*

v.612. IN ARCTOS) Duæ sunt Arcti: Helice & Cynosura: de quibus supra lib.1. v.17.

v.622. CONTRISTAT) Glos. *Contristat, tristem facit,* λυπεῖ. Lib.3 v.426. *Silvaq; super contristat opacâ.* Virg.3. Georg. v. 279. *pluviô contristat frigore calum.* Æneid 10. v.175. *Ac lævo contristat lumine cælum.*

v.631. FUNERA MISCEBAT) Supra v. 428. *Funera miscebant campis.*

v.647. SATURARE VENISTIS) Græcismus est: ut libro 4. v. 406. *Ditem volat æthere Memphim Præcipere.* Aliquam multa exempla congessit Barthius ἐν θαυμασίοις, ad Claudian. de bello Gildon. v. 51. & de laudibus Serenæ v.101. ad eclog.3. Nemes. v.56.

v.655.

v.655. Acerbat) Utitur & Statius hoc verbo, Theb.3. v.214. —— *Multumq; nefas Etheoclis acerbat, Crudelem infandumq; vocans.* Et lib.12. v.74. —*Venientia qui nunc Gaudia & ingratum regni mihi munus acerbas.* Virg. Xl. Æn. v.407 *Formidine crimen acerbat.*

v.658. Persequitur Lustrans, Oculisque Ardentibus Heret) Et hæc affatim illustrata sunt à Barthio industriosissimo ad Claudian. lib. in nupt Honor. & Mariæ, v.5.

v.664. Comas) Ind. Dracont.

v.674. Roseo In Ore) *Roseum* dicitur, quicquid pulcrum est & allubescit. Achilles Tatius lib 1. τὸ σῶμα ῥόδων ἄνθους ἦν. ibid. Νεκρίστης μὲν τὸ σῶμα πεπόηκε χροιάν. ῥόδον δὲ ἀνέπλασεν ἡ τῆς παρειᾶς Supra lib. 5 v. 365. *Rosea perfundit luce juventa.* Hoc libro v. 517 *Roseis it Lucifer alis.* Vide omnino Carol. Paschal 2. Coron. c.6. p.154. Lib.8 v 30. *Roseo talis per nubila ductor Implet honore nemus.* Et v.257 *Roseâ radiante juventa.*

v.689. Domus Imperfecta Cubili) Imitatus est Homerum, qui de Protesilao dixit interfecto, Iliad. β. v.701. κεὶν δόμος ἡμιτελὴς. Ubi adstipulatur eorum sententiæ, qui immaturâ morte abreptos interpretantur, nullis superstitibus liberis. Turneb. 29. c. 25. quem vide & lib.21.c.17.

v.695. Semivir) Lib.8. v.347. *Sub freta semiviri.* Est autem *semivir*, effeminatus & mollis, animique muliebris. Thaq connub 1. n.90.

v.699. Eoæ Stamine Silvæ) V. N. ad Dracont.

v.700. Tiaram) Hic videlicet tiara gestamen fuit primorum, nempe, ut Svidas & Hesychius ajunt, τῶν τραπηζῶν, ducum: & eum tiaram hic describit. Pasch. 10. Coron. c.1. Et regum Persicorum fuisse tiaras, torques, acinaces, quibus adde manicas, hinc discimus. Paschal. ibid. c.2.

v.702. IMPROBA TEGMINA) i. calcei purpurei. *Color* enim *improbus*, pro purpureo Latinis. Hinc *improba Tyros* Martiali. Seneca: *Qui lacernas coloris improbi sumunt.* i. purpureas. Estq; *improbus color*; superbus & arrogans, purpureus, qui pro suâ majestate reliquos sibi colores, tanquam minores, ut majori, digniori potentioriq; cogat adsurgere. Cl. Salmas. Notis ad Ælium Spartian. p.148.

v.704. MACULATAM MURICE TIGRIN) Tigrides etiam bellatoris caput & superiorem corporis partem horrificabant. Paschal. 10. Coron. c. 17. Virg. XI. Æn. v.577. *Tigridis exuviæ per dorsum à vertice pendent.*

v.711. UBERE TERRÆ) Uber, pro ubertate. Eumenius panegyr. *Terra tanto frugum ubere, tanto lætæ numero pastionum, tot metallorum fluens rivis.* Prudent. 2. in Symmach. v.950.

Quantos quaq; ferat fructûs provincia, quamq;
Ubere fecundo largè fluat orbis opimus.

Vide indicem Dracontii in *Ubera musti.* Zinzerling. promulsi. Crit. c. 25. Virg. 3. Æn. v.164. *Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ.* lib. 7. v.262. *Divitis uber agri.* vide supra v 39.

v.715. LVTULSAM EXTENDIT ARENA) Æneid. 5. v. 74. *Et fulva moribundam extendit arena.* Et lib.12. v.176. *Transadigit costas, fulvaq; extendit arenâ.*

v.723 IT CRUOR) Lib. 4. v. 329. *Tenues tamen ire cruores siderea de fronte cadunt.* lib.8 v.241. dixit, *fluxisse cruores.* lib 3. v.276. *It gemitus.* lib.6. v.381. *It globus telorum immanis in unum.*

v.725. HIS CŒLUM QUESTIBUS IMPLET) Virg. 9. Æneid. v.480. *Cælum dehinc questibus implet.* Georg. 4. de Philomelâ v 515 *Et mœstis latè loca questibus implet.*

v.729. OMINA PŒNAS) Guilielm. Canter. lect. novar. l. c. 8.

v.732.

v.732. Sæva quidem Lucis Miseris Mora) V. N. ad Dracont. v. 381.

v.737. Galeam Singultibus Implet) Supra v.511. *Et longus campos singultibus implet.*

v.738. Incendia Belli) lib. 7. v. 243. *Incendia mentis.* lib. 8. v. 399. *Atq; alius lueret tam sæva incendia raptor.* Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. ep. 33. *Res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui &c.*

v.744. Atrô Nebulam Diffundit Amictu) Ita Æneid. 1. v. 415. Æneam & socios.

——— *Venus obscuro gradientes aere sæpsit,*
Et multo nebula circùm Dea fudit amictu;
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset.

v.748. Pugnæ In Oras) Ita Ennius *oras belli* dixit.

v.750. Solisq; Juvant Clamoribus Agmen) Videatur de clamore bellico Gruter. parte 1. Discurs. ad Tacit. p. 109. El. Reusner. 2. Strategem. c. 16. & 36. Alex. ab Alex. 4. c. 7. Camerar. medit. hist. cent. 1. c. 77. Supra lib. 3. v. 83.

Ad
Librum VII.

Vers. 3. Noxq; Ruit) Lib. 1. v. 274. *Sol ruit, & totum Minyis latantibus unda deduxere diem.* infra v. 455. *Neq; enim matura ruebant sidera.* Virg. 6. Æneid. v. 549. *Nox ruit, Æneæ.* lib. 8. v. 369. *Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur umbris.* C. Mar. Victor lib. 2. v. 356. *Nox ruit, & subita cælum obduxere tenebræ.* Coint. Smyrn. lib. 4. v. 657. νὺξ δ' ἐπόρσε μέλαινα.

v. 3. Soli Venienis Non Mitis Amanti) Trahas huc illud Horatii lib. 1. ep. 1. *Vt nox longa, quibus mentitur amica.*

v.23. INSOMNEM) Glos. ἀκοίμητον, *insomnis, indormis.* lib.2.v.262. *Insomni lassatas turbine tandem Contituisse domos.*

v.24. QUAM CUM LANGUENTES EREXERIT IMBER ARISTAS) Geminâ comparatione usus est Comtus Smyrn. lib.8.v.472.

ὡς ὁπότ' ἀλδαίνηται ἐπὶ ψυχύσσιν ἄρουρα,
ἣν τὸ πάρος φθινύθουσαν ἀπέκλυσε χείματος αἶψα
ὄμβρος ἐπιβρίσας· ἡ δ' ἀθρόον ἀνέσιοισι
μειδιόωσα, τεθηλυῖα πολυκμήτῳ σὺν ἀλωῇ, &c.

v.30. SI) Pro, *an.* Vide Rittershus. ad Guntherum lib.1.v.13.

v.35. ORBE SATOS ALIO) Vide Sitzman. ad Boethii lib.2. met.5. verba: *Nec mercibus undiq; lectis nova littora viderat hospes.*

v.59. TEQ; PUDOR CASSI REDITUS MOVET) Homer. αἰσχρὸν τοὶ δηρὸν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

v.63. VOMERE PRESSO) Virg.2. Georg. v.356. *Aut presso exercere solum sub vomere.*

v.67. SUCCEDE MEÆ LAUDI) Lib.1. v.178. *Fraterna adcrescere laudi.*

v.68. DEERUNT) Episynalæphâ sive Synæresi duæ vocales coeunt in unam syllabam. Prudentius in Diptycho, sive, ut legit Rosvveydus doctiss. in Notis ad Paulinum p.869. Diteucho, v.126.

Fortè Galilæis jam deerant vina ministris.

Seneca Herc. Fur. v.831.

Deerat hoc solum numero laborum.

Et Oedipo v.693.

Quid iam beata deesse fortuna rear?

Poet. Giss. n. lib.2. c.1. Ita lib.4. v.424. *Phineï.* Virg.7. Æneid. v.262. *Divitiis uber agri, Trojave opulentia deerit.*

v.70. RETRACTA) Glos. *Retractas;* ἀναλογίζῃ, ἀναβάλλῃ, ἀναλογίζῃ.

v.76.

v.76. Cadmæi Hydri) Lib.6.v.437. *Cadmæi dentibus hydri.* lib.8.v.343. *Savaq; Echionii ferrô fata persequar hydri.* infra v.182. *Occidat æterna tandem Cadméia monte jam seges.* Γηγενέων ἀνδρῶν ὁλοὸς τάχυς. Apollon. Rhod.3.v.1337.

v.77. Miles, Et Armata Florescant Pube) Lib.1.v.222. infra v.96.

v.80. Contremuitq; Metu) Ovid.1. de arte v. 555. *Horruit, ut steriles, agitat quas ventus, aristas; Ut levis in madida canna palude tremit.*

v.83. Nautes) ναύτης κυδερνητὴρ μεθέπων ὀιήια νηός. Oppian. 2. Hal. v.221. vel, ut Coint. Smyrn. loquitur lib.13.v.309. ἀλὸς ἐν βένθεσι, ἀνὴρ οἰήια νωμῶν νηός. Ita autem & v.605 *Lapithes.*

v.86. Syrtes) Fabric.ad Prudent.p.342.

v.102. Infida Ab Aula) Confer τὸν ἡγεμονικὸν πάτον Heiderum, Polit.c.5. p.84. & seqq.

v.111. Jo Vaga) Supra lib.4. v.390. Ovid.1. Metam.

v.116. Defecta) *Defectum*, quod ad defectionem adigitur & morti est proximum. Supra lib.2.v.404. *Defectaq; virginis ora cernit.* lib.3 v.178. *Iam candor & anni deficium.* Joseph Iscan. lib.6. v.821. *Defecere genæ, fletuq; exhausta profundo Lumina caligant; acies hebet.* Seneca Octaviâ v.703. *Defecta jensu.*

v.132. An Cadat) *Cadere*, pro mori. lib.6. v.627. 652. 655. vide lib.5.v.3. infra v.422.

v.147. Turbidus Ut Orestes) Hygin. fab. 119. & 120.

v.147. Pœnis) *Pœnæ*, sunt Furiæ sive Eumenides. Silius lib.2. *Atq; omnes adsunt Pœnæ.* Supra lib.

v.149. Ipsum Angues, Ipsum Horrisoni Quatit) *Flagella & Angues*, perpetua Furiarum armatura. Arrian. ad Epict. lib. 2. c. 20. αἱ Ὀρέσται

μὲν

μὴν ὑπὸ ἐρινύων ἐλαυνόμενον φῶμεν ἐκ τῶν ὕπνων ἐξεγεί-ρεσθαι. τοῦτον δ' ἐκ χαλεπώτερα καὶ ἐρινύες καὶ ποιναὶ ἐξήγειραν καθεύδοντα, καὶ οὐκ εἴων ἠρεμεῖν.

v.158. VESTIGAT) Vide supra lib.2. v.116. Seneca Hippol. v.1105. *Mœstaq; domini membra vestigant canes.* Thyeste v. 495. *Cum feras vestigat,* Galter. lib. 3. v.455. ——*Canis ut venaticus altis Occultum silvis Aetæona nare sagaci Vestigat.* Ovid.3. Metam. v. 52. *Vestigatq; viros.* Virg.12. æn.v.482. *Vestigatq; virum.* Et v. 588. *Vestigavit apes.*

v.166. TOTIS ADSTANTEM NOCTIBUS ANGUEM) infra v. 522.

v.168. TOT SPIRIS) vide supra lib.5. v. 254.

v.169. ET IN SOMNOS SOLVAT) Dracont. v.255. *In dulcem solvuntur membra soporem.*

v.171. ALIGERÛM AMORUM) Lib.6. v. 457. *Volucrumq; exercitus omnis Amorum.*

v.179. TU FACE) Imperativus antiquus: quem & restituit Lucretio lib.1. v.30.

Et face, ut interea fera manera militiai
Per maria ac terras omnes sopita quiescant.

Barth. lib.17. c.5.

v.185. FLAMMIFEROS TAUROS) Supra lib.1. v. 211. infra v.207. 281.283.465.570. lib. 6. v.434. lib. 8. v.437. *ardentes tauros*: ut hoc libro v. 63. Ovid. epist. Medeæ: & Metam.7. v.104. Pindar. Pyth. 4. βόες, οἱ φλόγ' ἀπὸ ξανθᾶν ῥιπᾶν πνέον καιομβρίοιο πυρός.

v.194. MENTEM PERSTRINGERE LANGUOR) Supra v.81. *Perstrinxerat horror ipsum etiam. v.482. Heu mihi! cur multos stringunt tua lumina fletus?*

v.207. OSSAQ; COMPONAM) Kirchman.3. de Funer.Rom.c 8.

v.208. SEDEMQ; DABO) *Sedes*, pro sepulchro. Kirchman. ibid.c.10.

v. 211.

v.211. Sic, Ut Erat) Infra v. 406. *Ergo, ut erat, vultu defixus uterq; silenti.* vide de hac locutione Gevartium ad Statium lib.2. Silv. carm.1. c.7. & supra lib.2. v.221.

v.212. Magica Virga) Ovid.14.Metam. v.278.

v.215. Flebile Gaudens) Confer Boch. ad Psalm.79.

v.218. Quæ Te Briugis Serpentibus Egit) Supra v.120, & lib.1.v.225.

v.219. Quæ vè Fuit Patriis Mora Gratior Oris?) V.N.1.pont.4. v.35. & 3. Trist.8.v.8.

v.227. Omnibus Hunc Communem Animantibus Orbem) Symmach.lib.10. ep.54. *Eadem spectamus astra; commune cælum est: idem nos mundus involvit.* Ad quæ verba vide Prudentium lib.2.in Symmach.v.780. ibiq; Notas.

v.228. Patriam Inde Vocato Qua Redit Itq; Dies) Confer Lipsium lib.1. De Constant.c.9.& Muret var.lect.2.c.3.

v.229. Nec Nos, ô Nata, Malignus Cluserit Hoc) Fluminibus enim clauduntur regiones. Unde *finium arbitri* rectè audiunt *fluvii*: quomodo Jordanem appellitat Tertull. De pallio. Virgil. 8. Æneid. v. 473.

Hinc Tuscô claudimur amne.
Hinc Rutulus premit.

Zinzerling. Crit Promulsc.47.

v.236. Coniux Non Una Gelono) Tiraq. Connub.7. n.22.

v.242. Æstusq; Mihi) Supra v.195. *Ingeminant commotus quæstibus æstus.*

v.244. Nulla Quies Animo) Virg.4.Æn. v.5. *Nec placidam membris dat cura quietem.*

v.252. Pestemq; Latentem Ossibus) Lib.8. v.165. *Cur tanta mihi non prodita pestis.*

v. 255.

v. 255. INSPIRAT AMOREM) Imitatio Virgilii 1. Æn. v. 696.

Cum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspices ignem, fallasq; veneno.

Infra v. 488. *Simili jamdudum adflabat amore.* Vide & v. 588.

v. 258. LACRIMISQ; HÆC INVIT ORORTIS) Æn. XI. v. 41. *Lacrimis ita fatur obortis.* Observavit Jan. Gebhardus, Musarum delicium, lib. 1. Crep. c. 12. in hac voculâ in Msc. Ovid. semper *ob* in *ab* permutatum. Metam. 1. v. 370. *Deucalion lacrimis & Pyrrham fatur abortis.* lib. 4. v. 684. *Lumina quod potuit lacrimis implevit abortis.* vide ibid. pluria.

v. 263. UNUS IBI ANTÈ ALIOS QUI TUM QUOQ; PULCRIOR) Adi Tiraq. connub. 2. n. 40.

v. 266. PER TIBI) Vide Hadrian. Card. de serm. Lat. p. 302. Brisson. De Form. lib. 8. p. 740. Supra lib. 6. 305.

v. 270. QUA DATUR) Lib. 2. v. 120. *Terrasq; fatigat, Qua datur.*

v. 276. SI PELOPIS) V. N. in ibin. v. 373.

v. 79. SI DEDIT IPSA NERI FRATREM MINOIA VIRGO) V. N. in ibin. v. 375. Ovid. epist. Ariadnes. Catull. in Argonauticis.

v. 287. STRICTUMQ; IN ENSEM) lib. 6. v. 281. *Stricto sis urget lazygis ense.* Infra v. 529. *Stricto Æsonides stans frigidus ense.* V. N. ad Horatii Oden VII. Epod. v. 2.

v. 287. RUEBAT IN ENSEM) lib. 6. v. 740. *Ruit ecce furor in funera Perses.*

v. 298. RUPTA CONDI TELLURE PREMIQ; CUPIT) vide prov. *Terra mihi, prius dehiscat.*

v. 301. CEU PENTHEA BACHUS) Supra lib. 3. v. 263.

v. 305. PERQUE OMNIA CIRCUM FERT OCULOS)

LOS) Ovid. 6. Metam. v. 169. *Utq; oculos circumtulit altaq; superbos.*

v. 308. AUDITÆ CRESCUNT IN PECTORE VOCES) Quas enim voces amans audierit semel, ea reddi auribus subinde videntur, iteranturq; ab affectu, qui eas penitùs pectori velut impressit, & exinde promit, ut velut denuò audiantur. Evagrius de octo vitiis, Gennadio interprete: *Atq; animam inficiens* (libidinis dæmon) *& dicere & rursus audire verba facit, non secus ac si res ipsa cerneretur ac præsto esset.* Barth. lib. 4. cap. 4.

QUESTUQ; FATIGAT) Lib. 8. v. 386. *Vrgent & precibus cuncti fremituq; fatigant Æsoniden.* Et v. 86. *Omnem linguaq; manuq; fatigat vim stygiam.*

v. 313. NOCTIS HERAM) Proserpinam. Supra lib. 1. v. 786.

v. 313. DITEMQ;) Glos. *Ditis pater*, πλέτων. Et alt. πλέτων, *Ditis.* Pluto autem Latinis *Dis*; quem fingebant Deum divitiarum, quæ Græcis πλοῦτος. Eundem defunctorum deum habebant, cui sacra faciebant pro manibus.

v. 314. IPSUMQ; SIMUL DEMITTERE LETHO) De συναποθνήσκειν. Comment. Terent. p. 433. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 26.

v. 319. QUÆ PONTO) Virg. ecl. 8. *Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena.*

v. 338. PRIMÒ SUB ÆVO) *Primum ævum*, juventus. lib. 5. v. 357. Vide lib. 2. v. 653.

v. 340. PUBESCERE MALAS) Theocrit. Idyll. 11. v. 9. ἄρτι γενειάσιν ἁδὶ τὸ ξέμα τὰς κροτάφως τε Lanugo barbitio genas inumbrans Apulei lib 5. *modò florenti lanugine barbam instruens.* Ibid. Anthol. 1. c. 26. κὤγὼ ἀρτιπόωσιν ἔχων χνόον. Apud Nonnum lib. 46. v. 201. Pentheus sibi attribuit γένεια νεόθηλα. Vide supra lib. 4. v. 232.

v. 341.

v. 341. QUI NUNC EST) *Esse*, vivere; *non esse*, perire Barth lib. 42. c. 9. & lib. 10. c. 20. Prudent. præfat. Cathem. per quinquennia jam decem, Ni fallor, fuimus. Ibi gloſſa: Viximus. Salvianus lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. Hoc eſt enim ex rebus humanis penitus excedere, totum omninò cum ſuo corpore hominem in præſent. à humanarum rerum eſſe deſiiſſe. Et lib. 6. de gubernat. Dei: Aliter jam vitioſi eſſe non poſſumus, niſi ut omninò non ſimus. Hinc κατ' ἀφημισμὸν de defunctis dicitur, FUIT. Plautus Trucul. 1, 2. Ita pænè tibi fuit Phroneſium. Vide Taubman. ad Plaut. Captivos 3, 3. v. 1.

v. 348. TUA ME GRANDÆVA CONSILIA) *His enim puellarum credulitas capitur, laditur ſimplicitas. Turpiſſimum ſanè lenarum ſtudium, quæ virgineas mentes melle perungunt, ut fel infundant; promiſſis everberant, molliunt dulciloquiis; honeſtatis ſpecie & utilitatis, damna ingerunt & inhoneſta: oportunum tempus aucupantes, laqueos tendunt, quos vix Lucretia vitaret; eſcam parant, quam vel ſatur Hippolytus ſumeret: arma movent, quæ virginitatis Dea ægide non propulſaret: munera oſtendunt (Danaen omitto) inconcuſſum Penelopes animum everſura: minas objiciunt, quas Suſanna expaveret. Quot quaſo Proſerpinas his harpagonibus Pluto corripit? Hæ ſanè ſunt virgæ ſoporiferæ, quibus animæ contactæ ad Orcum deſcendunt. Hoc gluten, quò compactæ mentium alæ ſurſum evolare nequeunt. Dæmonum ancillæ, quæ ſuccolentiâ exhauſtæ ſuccolentas quærunt, ſollicitant, vendunt, moroſæ, difficiles, vietæ, flaccidæ, rugoſæ, rapaces, languidæ, & (ut ex Plauti Ner volariâ in has malorum ſententias dejiciamus) ſcrantiæ & ſcrupedæ. Harum ſanctæ ſalubriaq; videntur conſilia; quæ veneranda ſenectus fingit mentiturq; vera & ſevera, quibus nihil exitialius. Hoc capitur laqueo Medea, quæ nimis credula aures Sireni patefacit; fideſq; ideò facile habita eſt, quòd conſanguinea, regina potens, tuni-*

multorum experientissima & grandæva. Hæc è Maserio.

v.249. Et Monitis Cedo Minor) *Minor*, refertur ad ætatem magis, quàm ad conditionem: aut aliam qualitatem: sicut etiam *major* simpliciter pro majore natu sive ætate plerumq; ponitur. Virgil. 5. eclog. *Tu major, tibi me est æquum parére, Menalca.* Martial. 9. epig. 30. *Major erat mensibus ille tribus.* Tiraq. de jure primig. q.3. p.308. & 288. Confer Rittershus. ad Oppian. 1. Hal. v.683.

v.356. Prometheæ Florem Et Sanguine Fibræ) Brod. 3. Miscell. c.32.

v 391. Cumq; Suis Averti Collibus Amnes) Supra lib.6.v.443.

v.399. Magistris) De hoc vide Johan. Hering. in luculentissimo Tractatu de Molendinis, quæst. 45. n. 19. & 25. & quæ attuli ad Virgil. eclog.

v. 404. Cyparissis) Ita Virgil. 3. Æn. v. 678.

——*Cælo capita alta ferentes, quales cùm vertice celso Aëria quercus aut comifera cypariſſi Conſtiterant, ſilvæ alta Jovis, lucuſve Dianæ.* Notat quippiam etiam Barthius lib.45. c.6.

v.410. Fersne Aliquam Spem Lucis?) Supra v.203.

v.415. Haut Tales Decet Inclementia Vultus) Oculi sunt animi indices: de quô Arist. 1. hist. animal.10. Plin. lib.11. c.37. Neq; ullâ ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, sed hominum maximè, id est, moderationis, clementiæ, misericordiæ, odii, amoris, tristitiæ, lætitiæ. Contuitu quoq;, multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, transversi, limi, summissi, blandi. Profectò in oculis inhabitat animus. Ardent, intenduntur, nictant, connivent, &c. *D. Hasichelius, Græcarum lumen literarum*

fulgentissimum, ad lib. 2. Horapoll. c. 101. Vide supra lib. 2. v. 184.

v. 416. HAS CINE NUNC GRATES, HÆC EXPECT.) Vide Richt. ax. Polit. c. 46. Ronhag. in Batrachom. 3. lit. P. v. & seqq.

v. 420. NEC MERITUM) 1. immeritum. Zinzerling. Promulf. Crit. c. 24.

v. 427. QUAM NON QUÆCUNQ;) *Quàm*, pro potiusquam. vide Comment. Terent. p. 134. & Barth. lib. 2. in Eutrop. v. 206.

v. 432. NEC QUIBUS INCIPIAT VIDET) Theocr. Idyll. 17. v. 11. ἢ πᾶσιν λαπαλεξῶ; ἐπεὶ μάλα μυελα εἴπῃν. Statius 1. Silv. carm. 3. v. 34. *Quid primum, mediumve canam? quò fine quiescam?* vide Prov. *Quid primum aut ultimum.*

v. 433. QUAVE TENUS) Tmesis, *quatenusve*. Poet. Giessen. lib. 2. c. 1. p. 176.

v 448. FORMÆ NE CREBRE TUÆ) Adi Tiraq. connub. 2. n. 19. & seqq.

v. 456. BOOTEN) Glos. βοώτης, *bubulcarius*. Est signum cæleste prope Ursas; quod etiam *Arctophylax* seu *auriga*, ut Suidas habet. Seneca Thyeste v. 871. *Cuspide sui tardus plaustri Arctophylax.* Palingenius Sagittario: ——— *Converte oculos ad frigida mundi*

Sidera, quà geminam noster polus adspicit Arctos,
Et sua semper agit circum sarraca Bootes.

v. 460. NON REVOCABILIS UNQUAM PUDOR) Seneca Agamem. v. 111. *Et qui redire, cum perit, nescit pudor.*

v. 468. CUM VERTERIS ÆQUORA) infra v. 546. *Mihi vertite tauri æquora.* v. 552. *Effusis pandi jubet æquora tauris.*

v. 474. PERCUSSA DOLORE) Lucret. 3. v. 665. *Icta dolore.* Ita Coint. Smyrn. 5. v. 459. βλήμῃ δ' ἄλγιστα θυμὸν ἀρήιον.

v. 478.

v.478. Profundi Cæli) V. N. 1. Trist. xi.

v.488. Adflabat Amore) Hesych. ἐμπνεῖ με, ἐρᾷ με, ποθεῖ με. Etymolog. εἰσπνήλης, ὁ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος εἰσπνεόμενος. Λακεδαιμόνιοι τὸ εἰσπνεῖν φασὶ τὸ ἐρᾶν. Vide supra v. 255. lib. 6. v. 465. *blanda adspiramina formæ* dixit.

v.503. Evasisse) pro; quòd evaserim.

v.508. Meritis Periuria Pœnis Despondet) Richter. ax. œcon. c. 101. 135.

v.509. Furor) Furor enim perjurii pœna. Barth. lib. 22. c. 9.

v.522. Anfractibus) vide lib. 5. v. 254.

v.529. Stans Frigidus) Ovid. 7. Metam. v. 136. *Et subitò sine sanguine frigida sedit.* Theocrit. Idyll. 2. πάντα μὲν ἐψύχθην χἰόνος πλέον. Petron. *Ego autem frigidior hieme Gallicâ factus, nullum potui verbum emittere.* Ovid. epist. 3. *Sanguinis atq; animi pectus inane fuit.*

v.535. Monstri) πλώρης. Nam πέλωρ & πέλωρον, monstrum ingens. Theocrit. Idyll. 26. v. 26. μέγα πάρος ἀμειλίκτοιο πλώρης, de dracone aviculæ pullos devorante. Ita Idyll. 24. v. 58. δεινὰ πέλωρα, angues ab Hercule elisos; sicut Coint. Smyrn. lib. 12. dracones Laocoonti immissos εἰνὰ πέλωρα dicit.

v.538. Puniceo Sub Ortu) Apuleii verbis, lib. 3. initio: *Commodum punicantibus faleris Aurora roseum quatiens lacertum, cælum inequitabat.* Vel, ut est lib. 7. *Ut primum, tenebris abjectis, dies inalbebat.*

v.554. Grave Robur Aratri) Virg. 1. Georg. v. 162. *Inflexi grave robur aratri.* Supra lib. 3. v. 163. *Cuneusq; gemit grave robur adactu,* Ovid. 7. Metam. v. 118. *Pondus grave cogit aratri ducere. Robur aratri,* pro aratro: sicut *robur saxi* apud Lucret. pro saxo. Ita hic v. 562. *horror Boreæ.* v. 567. *ira Jovis.* Adi Vschner. 2. hellenolex c. 1.

v.563. LONGISSINA PHASIDIS UNDA) 1. longinquissima. remotissima. Lib.2. v. 642. *Non tamen hæc adeò semota neq; ardua tellus Longaq; jam populis impervia lucis eóæ.* Tibull. 1. ——— *Veneris perjuria venti Irrita per terras & freta longa ferunt.* Barth.lib. 7.c. 21. & lib 21. cap. 8.

v.565. FULGENTES TENEBRÆ) Ex genere ἀξυμώρων est; de quibus Ritterthus. ad Oppian. 1. Cyneg. v. 260. & Barth. ad Claud. p. 245. Dres. ad Joseph. Iscan.lib.4.v.221.

v.567. IRA JOVIS) Statius 3. Theb. v.317.

——— *Non ocius alti*
In terras cadit ira Iovis, si quando nivalem
Othryn & Arctoæ gelidum caput institit Ossæ,
Armavitq; in nube manum. Volat ignea moles
Savæ Dei mandata ferens, talumq; trisulcâ
Territat omne comâ

v.568. RUPERUNT VINCULA VENTI) V.N. ad Dracont. v. 528.

v.570. TAURUS, ET IMMANI PROFLAVIT) Supra v. 185.

v.580. ÆQUORA NON SIC IN SCOPULOS RUUNT) Virg. XI. Æneid. v. 624.

Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosq; superjacit undam
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam;
Nunc rapidus retrò, atq; æstu revoluta resorbens
Saxa, fugit, littusq; vadò labente relinquit.

v.580. ÆQUORA IRATA) V.N. ad Horat.2. Epod. v. 6.

v.594. OBNIXUSQ; GENU) Lib.6. v.236. *Fert abies obnoxa genu.*

v.595. SUB JUGA AENA) Horat. 1. Carm.33. *Sub juga aënea mittere.* Et 3. carm.9. *Diductosq; jugo cogit aëneo.*

v.596.

v.596. Exarmat) Mox exponit: *Lentumq; offert timideq; minantem.* Serpentes *exarmari* dicuntur, quibus veneni usus ademtus est. Barth. ad Calpurn. eclog. 5. v. 94. Silius lib. 1. *Nec non serpentes dirô exarmare veneno Doctus Atyr.* Onomast. *Exarmo*, ἠμεργάω. Hinc *Exarmare leones*, est eisdem adimere dentes & ungues; quæ arma ferarum. Scalig. ad Manil. Joseph. Iscan. lib. 5. v. 3. ——*Somnoq; profundô Exarmata quies, facilem spondebat ituris Portum.*

v.606. Campos Libyes) V.N. ad Prudent. 2. in Symmach. v. 936. & supra lib. 1. v. 512.

v.606. Aut Pinguia Nili Fertilis Arva) V.N. ad Prudent. ibid. v. 920. Marc. Frid. VVendelin. de admirandis Nili c. 21.

v.607. Plena Sic Semina Dextra Spargere) Ovid. 3. Metam. v. 106.

v.608. Novalia) Isidor. Orig. 15. c. 13. V.N. 1. Pont. v. 13.

v.622. Quam Cum Tirynthius Hydræ) V.N. ad Prudent. peristeph. 14. v. 884.

v.630. Tela Volant) Ovid. 5. Metam. v. 158. *Tela volant, hiberna grandine plura.* Gunther. lib. 2. v. 589. & lib. 10. v. 154. *Saxa, faces, ac tela volant.* Virg. 1. Æneid. v. 154. *Iamq; faces & saxa volant.* vide supra lib. 2. v. 524.

v.633. Phrygia Agmina Matris) Prudent. peristeph. 14. v. 1061, & seqq. ibiq; à me notata.

v.636. Miseros Agit In Sua Prælia Fratres) Metam 7. v. 141.

Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres,
Civiliq; cadunt acie.

V.N. in ibin. v. 447.

AD LIBRUM IIX.

VERS. 1. IN THALAMIS ETIAM SUA FACTA PAVENTEM) *Heu quantum pœnæ misero mens conscia donat*: exclamat in hanc sententiam Lucanus lib. 7. *Nihilque est*, ait Cicero lib 4. de Finib. *quod tam miseros faciat, quàm impietas & scelus*, Quintilian. lib. 5. Institut. *Quis enim nescit, conscientiam rem esse unam omnium efficacissimam? adeo ut nulla tormenta melius prodant maleficium; nullus carnifex severius puniat, quàm conscientia.* Prov. *Conscientia mille testes.*

v.3. CÆRULEI ÆQUORIS) Lib. 7. v. 562. *Cæruleis Boreæ ferus horror.*

v.6. ULTIMA VIRGINEIS DEDIT OSCULA VITTIS) Hoc dicit, quia mox nuptura erat Medea. Turneb. 23. c.5. Aliæ autem erant nuptarum, aliæ virginum vittæ; sed utræq; tamen ingenuarum. Turneb. ibid. & 29. c.4. vide Tiraq. connub. 3. p. 67. Bernard. ad Statium p. 160.

v.8. ANTE PER ANTIQUI) De his vide Barthium acutissimum lib. 18. c. 15.

v.10. SUPREMOS AMPLEXUS) V. N. 1. Trist. 3. v. 58.

v.14. LONGÆ SENECTÆ) pro, in longam senectam. Barth. ibidem.

v.16. NUNQUAM SPERANDA) Ita Barth. Quidvis enim potius Heros ab Æmoniâ sperare poterat, quàm usum reconditissimorum in Colcho venenorum.

v.17. CONDITA LETHIFERIS PROMIT) Ita legit Turneb. 29. c.4. Jan. Guilielm. quæst. miscell. c. 2. In veteribus editionibus est, *prodit*: quod & ipsum retineri hic potest, adserente argutissimo Barthio lib. 33. c. 12.

c.12. *prodere* enim est proferre. *Lethifera* sunt, quæ oblivionem lethæumq; somnum inferant; hic enim usus venenorum, quibus draconem suum infelix puella sopore vincit. Barth. l.18. c.15.

v.19. Omnibus Adiicit) Ita ibid. Barth.

v.27. Per Lustra) *Obscura latibula ferarum*, Isid. orig.14. c.8. Glos. *Lustra* φωλεοὶ. Onomast. *Lustrum*, σπήλαιον. Lib.4. v.369. *Monstris horrida lustra*. Supra lib.1. v.490.

v.28. Latmius Venator) Natal. Comes lib. 4. c. 8.

v.33. Præpetis) *Præpes* poetis sæpenumerò est, qui à Græcis vocatur ἰέραξ, id est, avis rapax, ut aquila & accipiter, quòd volatu valeant. Virg.5. Æn. v.254.

——*Quem præpes ab Ida sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.* Nomen habere videntur præpetes à πέτεσθαι, quod est prævolare: Sed Græcum proverbium in Latinum mutatum est, *præpeteſq;*, non *propetes*, dicuntur. Hæ aves Latinis *magnæ* vocantur. Plautus Rudente: *Te objiciam magnis avibus pabulum.* Turneb. 23. c.3. & 29. c.4.

v.34. In Quemcunq; Tremens Hominem Cadit) Ovid. 2. pont.2.

Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessa redire sinus.

v.44. Primis Supplex Dedit Oscula Patris) Mos amantium, manûs osculari. Meurs. ad Theocrit. Idyll. XI. Barth. lib. 34. c. 14.

v.50. Sideraq; Hæc Te Meque Vident) Ovidius alicubi: *Sidera testes intendunt oculos.*

v.52. Hoc Te Quoq; Deprecor, Hostis) Ita Barth. pro *hospes*, legendum acutè sensit. Et te ipsum deprecor, qui, ut parentes meos fugiam, hostis meus mihi tamen places. Hospitem deprecari, non magna res est; hostem inexpectata, qualem de-

cebat subdere summis omnibus appellatis furibundam fœminam.

v. 52. DEPRECOR) De hoc verbo copiosus est Franc. Florid. Sabinus lect. succis lib. 1. c. 8.

v. 67. SUBIIT VI) Ita & hîc legit scientissimus Barthius. Vulgo: *Subiit ut.*

v. 69. TEq; CIEBAT) *Ciere*, pro vocare seu appellare. Lib. 756. 808. lib. 7. v. 313. *Noctis Heram Ditemq; ciens.* Est & movere. lib. 7. v. 577. *Errantem dextra ciet obvius ignem.* Utriusq; significatus alia exempla vide lib. 1. v. 759. lib. 2. v. 304. lib. 3. v. 63. 155. 561. lib. 4. v. 548.

v. 70. SOMNE OMNIPOTENS) πανδαμάτωρ.

v. 72. TUO CORNU) Servius ad lib. 6. Æn. scribit, Somnum solitum esse pingi cum cornu: ex quâ consvetudine hîc noster autor. Et Seneca in Apolocynthósi: ——— *Et obscuri crescebant cornua somni.* quòd tum crescret nox. Turneb. 9. c. 26.

v. 74. FRATRIq; SIMILLIMA LETHO) Homerus *mortis fratrem* vocat *Somnum*, Iliad. ξ. ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Virg. 6. Æneid. *Tum consanguineus lethi sopor.* Seneca Herc. Fur. v. 1869. *Frater durâ languide mortis.* Pausanias in Laconicis inter cæteras statuas ponit ὕπνος καὶ θανάτου: καὶ σφᾶς ἀδελφὼς εἶναι κατὰ τὰ ἔπη τὰ ὑπ Ιλιάδι ἥγηνται. D. Chrysostomus apud Photium in Biblioth. p. 853. explicans, cur Christi mortem Apostolus vocat θάνατον, nostram verò πλοῦτον nuncupet κοίμησιν, ita scribit: ὁ μὲν κοιμώμενος, ἀναστήσεται πάντως· ἐπεὶ καὶ θάνατος ἐστὶν ἕτερος ἐστὶν ἡ μακροχρονία ὕπνος. V. N. ad Prudent. Cathem. hym. 2. v. 26. & hym. 10. v. 56. Gyrald. hist. deor. p. 301. Natal. Com. lib. 3. c. 13. & 14. Supra lib. 3. v. 178.

v. 77. SERVABO IPSA NEMUS) *Servare*, pro custodire. infra 9. 114. *Cujus adhuc rutilam servabant bra-*

brachia pellem. Vide Comment. Terent. Supra lib. 4. v. 105. *Cyclopes nocte sub hiberna servant freta.*

v. 80. Dare Sustinet) Idem ferè, quod audet. Ovid. 4. Fast. *Nec jam suspendere fletum sustinet.* Sueton. in Caligulâ c. 30. *Eos, qui spectare sustinuissent, execratus est.* Curtius lib. 6. *Sustinuit scribere mihi.* V. N. ad Ovid. epist. 5. v. 54.

v. 81. Nube Soporis) Lib. 3. v. 66. *nubem meri* dixit, pro ebrietate & v. 572. *nubem mali*: Ausonius *nubem veterni*: Boethius lib. 5. prosa 1. *insitia nubem.* λάθας ἀπήμαντον νέφος Pindarus Olymp. 7.

v. 84. Lethæi Quassare Silentia Rami) Imitatio Virgilii 5. Æneid.

Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia super utraque quassat
Tempora; cunctantique natantia lumina solvit.

Turneb. 9. c. 26. & 21. c. 4.

v. 88. Jubæ) *Jubæ* anguibus & draconibus tribui solent, quæ quidem cristæ sunt in eorum capitibus, eminentes. Supra v. 61. *Ille suis hæc vibrat fulgura cristis.* lib. 3. v. 227. *Sparsa juba reppulit hydra.* Senec. Herc. Fur. v. 785. de Cerbero: *Viperis horrent jubæ.* Inde *jubatus draco* lib. 4. ad Herennium. Vide Turneb. 19. cap. 4.

v. 90. Ceu Refluens Padus) Vide Lucanum lib. 6 8. lib. 2. v. 408.

v. 90. Septem Proiectus Im Amnes Nilus) infra v. 185. & lib. 4. v. 717.

v. 91. Hesperium Veniens Alpheus In Orbem) Ammian. Marcellinus lib. 15. *Sic Alphéus oriens in Arcadia, cupidine fontis Arethusæ captus, scindens Jonium mare, ut fabulæ ferunt, ad usque amata confinia progreditur.* Schoiast. Theocriti ad Idyll. 1.

v. 97. Mella Dabam) Steph. Forcatulus Necyomant. dial. 2.

v.97. Nutribam) Diomedes lib.1. *Quæ io, eadem è prope ultimâ syllabâ productâ dicuntur, ut audio, audiebam; nutrio; nutriebam. Sed veteres hæc sine e litera pronunciabant, adibam, nutribam, dicentes: ut apud Virgilium: Nutribam Thyrrusq; pater.* pro, *nutriebant.* Vide Gifan. Ind. Lucret. in *Savibam, Scibam.* Auson. Popman lib.1. de usu antiq. locut. c. 12.

v.102. Cede Deo) Prov.

v.105. Dimitte Moras) Barthius eximius lib. 14. c.6. legit: *Diis mitte moras. Moras*, quas timor aut cunctatio ex eô orta, facturi erant, Diis relinque; tu hoc age, dum tempus agi rem.

v.110. Caput Arboris) Mox v. 114. *orni brachia* dixit. Vide Indicem Dracontii in *Coma.*

v.113. Ornum) Modò *ornum*, modo *quercum* dicit. *Ornus* Glos. ἄγρια πίνος. vide lib. 7. v.169. & 534. infra v.460. lib 5. v.230.

v.113. Aerian) ut Virg. ecl.3. *aëriam ulmum* appellat. Lib.1.v.67. *aërii plantaria Persei.*

v.116. Thaumantias) Virg.9. Æneid. v.5. *Ad quem sic roseô Thaumantias ore locuta est.*

v.131. Utq; Aurea) Ita Barthius legit, lib. 14. c. 6. & lib.18. c.15.

v.136. Hunc) Horrorem videlicet; objectâ spe recuperationis. Amissam filiam horrore summo audit pater. Inflectit verò summum horrorem subitis in armis visus filius; unde spes, omnia amissa recipiendi.

v.137. Urbs Etiam Mox Tota Coit) V. N. ad Horatii Oden XVI. Epod.

v.138. Complentur Littora Bellô) Lib. 2. v. 260. *Heu socii! quantus complerunt littora monstris.*

v.143. Implet Ululatibus Auras) v. 171. *Sic*

Sic genitrix similiq; implet soror omnia planctu Exululans. Vide supra lib. 1. v. 318.

v. 150. Vellen Unguibus Uncis) Ovid. 12. Metam. v. 563. *Hamatusq; viri laniaverat unguibus ora.*

v. 151. In Ipsius Ora Ire) Lib. 7. v. 293. *Vix animos dextramq; tenens, quin ipsa loquentis Iret in ora Dea.*

v. 161. Ex Quô) ἐξ ὧ, pro *postquam.* Glos. *Ex quo*, ἐφ' ᾧ Seneca Troade v. 69. *Ex quô tetigit Phrygius Grajas hospes Amiclas.* C. Mar. Victor epist. ad Salmon. v. 99. *Ex quô te corde hinc gestans abii.* Utitur & Statius 1. Theb. v. 182. lib. 2. v. 401. lib. XI. v. 212. & Achill. 1. v. 64.

v. 164. Alienô Gaudia Vultu) vide Turneb. 23. c. 5.

v. 171. Implet Omnia Quæstu) Lib. 2. v. 167. *Tum voce Deos tum questibus implet.*

v. 174. Te Tua Fata Ferebant) Ovid. 3. Metam. v. 176. *Sic illum fata ferebant.*

v. 186. Cornu) *Cornua amnium.* ipsorum ostia & ora dicuntur: ut apud Maronem: *Rhenusq; bicornis.* Exit enim duobus ostiis in Oceanum. Nilus autem septem alveis in pontum Euxinum. Turneb. 23. c. 5. Vide lib. 1. v. 106.

v. 188. Illius Adversi Nunc Ora Petamus) Supra v. 121. *Et fluminis ora summa petunt.*

v. 190. Amnis Iter) Lib. 6. v. 443. *fluvium viæ.* Vide Indicem Dracontii in *Ire.*

v. 191. Sint, Age, Tanti Quæcunq; Moræ) Huc Germanorum illud pertinet:

Ein gut Weg vmb
Hat keine Krümb.

v. 200. Inde Alios Flectunt) pro, *ad alios.* Ita Virg. ecloga 1. v. 65. *At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,* pro, ad Afros. Æneid. 1. v. 369. *Devenere locos.*

v. 203.

v.203. Heserat Auratæ Genibus Minervæ) Turneb.19. c.2. hoc de tutelâ navis accipit: ut & Meursius ad Lycoph.p.324. Hinc infra v. 461. *Interq; ingentia Graiûm Nomina Palladia virgo stetit altera prora.*

v.204. Deiecta Residens Sub Tegmine Pallæ) Ita leg. Turnebus 29. c.4.

v.208. Thoantææ Dianæ) Gyrald. hist. Deor. Syntag.12. p.356. Ovid.4. Trist.4. & quæ ibi noto.

v.208. Deflexa) Turneb.ibid. *defleta.*

v.218. Hyperboreas Pruinas) Lib. 7. v.358. *nives tristesq; pruinas.*

v.213. Si Quando) i. si aliquo tempore: dicturq;, ut à Græcis εἴποτε ἄρα. Turneb.27. c.1. infra v.216. *præcipuecq; sui si quando in tempore pulcer, &c.*

v.216. Hortatus) ita Barth.lib.14. c.6.

v.217. Peuce) Ammian. Marcell.lib.22.

v.222. Fædusq; Jugale) Guntherus lib.10. v.4. nuncupat *nexûs mariti fœderis.*

v.224. Ipse Autem) Ita leg. Barth. ibidem. Invitamq; Palladem dicit; quia sub alterius Deæ potestatem conjugio ibat princeps Argonautarum.

v.229. Dilecta Cythera) Virg.1. Æn. *Super alta Cythera.* Et lib.10. *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera, Idaliaq; domus.* ibid. *est Paphos, Idaliumq; tibi, sunt alta Cythera.*

v.231. Junonia Hebe) Natal.Com.lib.2.c.5.

v.235. Duplicem Cytheream Coronam Donat) Turneb 29.c.4. Apparet, inquit, nuptialem coronam duplicem fuisse; ut inde suspicio sit, virginalem fuisse simplicem. Sed Paschalius lib.3. Coron. c.6. Venus, ait, capite gestat sertum διδυμόχροον, nempe ex utraq; rosâ contextum, candidâ & rubrâ, id est, nigrâ purpurascente; cujusmodi est Indica, quam describit Achilles Tatius lib. 4. Et hic scilicet est sensus

horum

horum versuum, qui sunt apud Val. Flaccum ; ubi is coronam Veneris facit duplicem, ob utriusq; coloris mixturam, ex quâ conficitur roseus : *Ipsa suam duplicem &c.*

v.236. Arsuras Gemmas) Interpretor, non lapillos ignitos aut igneſcentes, sed ipsas rosas, quæ propter colorem ardere dicuntur, ut apud Plutarchum, Sympos. 3. ἄνθεσι φλέγουσι τοῖς ῥοδίνοις στέφανον, floribus ardentem roseis coronam. Id quod à Græcis sumsit Apulejus, describens coronam suæ Deæ; *Nunc* inquit, *albo candore lucida, nunc eroceo flore lutea, nunc roseo rubore flammida.* Paschal. ibid.

v.239. Sic Ubi Mygdonios Planctûs Sacer Abluit Almo) De hoc Romano Cybeliluſtrio Vib. Sequester de fluminibus Lucan. lib.1. Ovid. 4. Fast. Ammian. Marcell. lib. 23. Prudent. peristeph. 14. v. 160. & quæ ibi notavi. Gyrald. hist. deor. Syntag. 4. p. 136. & 142. Turneb. 30. c. 21. Barth. ad Claudian. De bello Gildon. v. 119. & lib. 14. c. 6. Supra lib. 3. v. 19.

v.242. Qui Jam) Barth. ibid. leg. *quid iam*, additâ notâ interrogationi destinatâ. Quid ex tam deformibus malis jam memoriam ministrorum subit ?

v.243. Venit Ad Aras) Venustissimus mos, nuptiales sponsiones atq; adeo ipsas nuptias ante aram Dei, ut rei sacræ testis sit, celebrari : ut hîc Valerius. Barth, 1. c. 7.

v.245. Ignem Pollux Undamq; Prætulit) Ante sponsam aquam & ignem deferri, & ab eâ utrumq; tangi mos fuit, ut uxor esse potissimum propagandæ sobolis causa manifestaretur. Nam sicut calor & humiditas, quæ illis in elementis excellunt, generationis causa sunt; sic maris & feminæ conjunctio maximè ad generandum prolem introducta est. Fr. Barbarus de re uxoriâ lib. 1. c. 8. Adde Cujac. lib. XI. Observat. c. 2. Turneb. 29. c. 27. & lib. 20. c. 36. Alex. ab

ab Alex. l. 2 c. 5. Jan. Bernart. ad Statium p. 261.

v.246. VERTANTUR) *Vertere*, ad res sacras olim pertinebat. Consuerunt enim Deos veneraturi ethnici *dextroversum se vertere*: imò aras circuire dextroversum seu ἐπὶ δεξιὰ. Plaut. Curcul. *Si Deos salutes, dextroversum censeo.* Apud Athenæum lib. 4. Possidonius de Celtarum moribus: ὥτως ἀριστερὸν ἀγκοινῶνται, καὶ τὸν θεὸν περικυκλῶσιν, ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. Ita Dido apud Virg. lib. 4. —*ante ora Deûm pingues spaciatur ad aras.* Sic Valerii illud accipio lib. 8. —*Vt dextrum pariter vertantur in orbem.* Gifan. Ind. Lucret. p. 470, & inde Barthius lib. 2. c. 10.

v. 247. NEQUE SE FLAMMA PER AURAS EXPLICUIT) Cornel. Severus in Ætnâ: ——— *Quæ causa perennis explicet in densum flammas.* Lucret. lib. 2. *Arida ligna explicat in flammas.*

v.249. PROMISSAM NEC STARE FIDEM) Supra v.222. *Promissamq; fidem thalami.*

v.252. SILVESTRIA LÆTIS PRÆMIA) Ita Barth. lib. 14. c. 6.

v.254. UNDANTI DESPUMAT AHENO) Virg. 1. Georg. v. 295. *Et solio undam tepidi despumat aheni.*

v.255. GRAMINEIS AST INDE TORIS DISCUMBITUR) Virg. 8. Æn. v. 175.

Hæc ubi dicta; dapes jubet & sublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipse cubili.

Nonnus lib. 3. v. 51.

——— ἐπ' ἀγκαλίδεσσι δὲ νώτου
ἀσπερχὲς ψαμάθοισιν ἐπιστρέψωντο χαμεύνας
ἐσσομένην μετὰ δαῖτα.

Vide lib. 4. v. 338.

v.259. QUIS NOVUS INCEPTOS TIMOR) Usque adeò *nulla est sincera voluptas; Sollicitumq; aliquid lætis inser-*

intervenit: ut est apud Ovidium. vel, ut Lucret. *Medio de fonte leporum surgit amari aliquid.* vide Rittershus. ad Guntherum lib. 1. v. 603.

v. 263. PREMENS CLAMORE SOROREM) *Premere*, verbum venatorium, cum feram venator sequitur, magnoq; clamore canes impellens urget. Valerius hic de Absyrto Medeam sequente. Virg. 3. Georg.

Ingentem clamore premens ad retia cervum.

Et Æneid. 1.

Aut spumantis apri cursum clamore prementem.

Turneb. 29. c. 4.

v. 265. NEQ; ENIM FUGIT ÆQUORE RAPTOR) V. N. 1. Metam. v. 849.

v. 272. IRÆ MODUS) Lib. 1. v. 294. *Iamq; mero ludoq; modus.* lib. 4. v. 583. *Sperare modum pœna.*

v. 278. FERO QUATIOQUE HANC LAMPADA) Supra v. 262. & 276. Vide Scalig. 3. Poet. c. 101. Gevart. ad Statium 4. Silv. carm. 8. c. XI. Virg 6. Æneid. v. 597. *Et lampada quassans per Grajum populos.* Supra lib. 1. v. 841.

v. 284. FULGERE) Ita sæpe apud Lucretium.

v. 300. ITERUM SPONSÆ) Utpote quæ Stiro promissa primùm, dein Jasoni cònspondit sese denuò. Barth. 14. c. 6.

v. 300. FLAMMATUS) Supra lib. 1. v. 177.

v. 301. TRABALIA TELA) Quicquid ingens & validum est, *Trabale* veteres vocant. Statius 4. Theb. v. 6. —*Dextraq; trabalem Hastam intorsit agens.* Virgilius quoq; 2. Æneid. *telum trabale* dixit; quod Donatus exponit *forte, ut sunt trabes.* Ammian. lib. 16. *Quorundam capita dississa trabalibus telis.* Prov. *Trabali clavo figere.*

v. 302. ARMANT PICIS UNGUINE. Lucan. lib. 10. *Piceo jubet unguine tinctas Lampadas immitti junctis in vela carinis.* Et lib. 2. v. 581. —*Pinguibus ignis Adfixus tedis, & tetro sulphure vivax Spargitur, ac faciles*

prabere

præbere alimenta carinæ, Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.

v.308. IN PUPPEM PROSILIT) Supra v.132. *Mox attonita cum virgine puppem Insilit.*

v.323. VENTORUMQ; DOMOS) Supra lib.I. v.613. Index Dracont. v 518.

v.330. JAMQ; OMNIS IN ASTRA ITQ; REDITQ; RATIS) Poetica hyperbole, navigationis difficultatem ostendens. Vide Virgilium Æneid.I. v. 110. & 3. v.564. Ovid.I. Trist.2. & Metam. XI. v. 504. Silium lib.ult.Boch.ad Psalm.106.Barth.15.c.7.

v.340. NEC MIHI PROFUERIT PRONA HAUT DUBII SENTENTIA PATRIS) Hinc *Hermione*, quæ ab Oreste ad nuptias petebatur, apud Euripidem in Andromache:

νυμφόμαπτων μὴν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
μέλλων ἔξει, κἀκ ἐμοῦ κελεύσει τάδε.

v.347. SED MYRRHA CORPUS) *Myrrha* mortuorum fuisse corpora condita, ne putrescerent, tradit Philo in Cantica. Meminit & Prudentius Cathem, 10. v.59.

Aspersaq; myrra sabæo
Corpus medicamine servat.

Kirchman. de Funer. Rom. lib. 3. c. 8.

v.356. INTORTIS REMIS) Supra v.287. *Intorquent truncis frondentibus undam.*

v.364. HAUT NULLA VELIT) I. nulla non velit. Barth.14. c.6.

v.369. VISU DEFIXUS) Lib.7.v. 510. *Tamen perstant defixus uterq.*

v.373. HIEMS) pro potestate. Supra lib. I. v.197. V.N. 2. Trist.I. v.42.

v.373. TOTUSQ; IN VERTICE PONTUS) Supra v. 332.

v.377. CUM SOCIIS) Ita Barth. ibid.

v.385.

v.385. Ultima Belli) Livius lib. 2. *Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam.* Ibid. *Rem ad ultimum seditionis erupturam, finemq; venisse Rom. Imperio.* Lucret. lib. 5. *ultima cœli*, appellat occiduas cœli partes. Gifan.

v.392. Raptis Coniugiis) *Conjugia* non raro pro ipsis ponuntur conjugibus. Seneca Hippol. v.340.

Si coniugio timuere suo.
Possunt timidi præ'ia cervi.

Exempla plura vide apud Bernart. ad Statium 6. Theb. p. 196. & seq. Sitzman. ad Boeth. lib. 2. met. 8.

v.396. Prima Hæc Committat) Primam belli facem & causam inter Asiam & Europam dicit fuisse Medeam, lib. 1. Herodotus, ab Jasone raptam. Ejus enim Alexandrum imitatum postea exemplum fuisse, viceſq; reddidisse, quod etiam indicat hîc Valerius. Turneb. 23. c. 5.

v.400. Trahens Gemitum) Lib. 4. v. 135. *Obscura gemitus in valle trahentem.* Prudentius in Romano v.927. *Gemitu querelam traxit.*

v.402. Primordia Tedæ) *primordia cladis*, Silius lib. 4. *belli*, idem lib. 17. *noctis* Claudian. 1. de raptu v.112

v.417. Biremes) Glos. δίκωπα, δίκροτα: quod est à δὶς & ἐρέσσειν *remigare*; unde ἐρεσία *remigatio.* Efque *biremis* (quod Latini substantivè usurpant, intelligentes *navim*) quæ duplici remorum ordine agitur.

v.435. Nec Spes Ulla Super) Ut Græci præverbia pro verbis interdum ponunt, ut μίσγω

pro μίτρα, πάρα pro πάρεστι : Sic Valerius hoc loco *super* pro supereſt. Turneb. 23. c. 5. vide ſupra lib. 1. v. 345.

v. 429. NON OMNIA POSSET) Proverbium ſapit, ut, *omnia facere.*

v. 444. DOMINUMQ; PATI) Invitâ ſcilicet mente ferre. Videatur induſtrius noſter Barthius lib. 16. c. 20.

v. 445. FURIATA MENTE) Virg. 2. Æn. v. 407. *Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorabus.* Ibid. v. 588. *Furiata mente ferebar.* Onomaſt. *Furiatus*, ἐμμανὴς.

v. 452. TEMPE) τέμπεα, valles, κοιλάμασι. Ergo videntur dicta, quòd ſint loca à montibus relicta, ſed amæna, arboribus conſita, gratâ opacitate umbroſa, frigore jucunda, virentia, fontibus irrigua. Martin.

v. 457. VEL CREATÆ TRAHERENT SUSPIRIA VACCÆ) Cointus Smyrnæus lib. 7. v. 254. *Deidamiam*, Neoptolemi diſceſſu plorantem, confert eum vaccâ, vitulam requirente; & *Andromache* apud eundem lib. 13. v. 258. itidem comparatur vaccæ,

ὥδε θέειν γοόωσα φίλου πόσιν ἔνδοθι κλῃδὸς
μακρὰ κινυρομένη.

Confer Lucretium lib. 2. v. 352. Barthius autem, omnis liberali doctrinâ politiſſimus, lib. 14. c. 6. ſuſpicatur τὸ *vaccæ*, ex *janæ* veteris ſcripturæ affinitate corruptum eſſe, & truculentiſſimam illam beſtiam orbam catulis hîc Leonibus atq; lupis ſubjectam certò eſſe. Mox v. 463. legit idem, *magicumq; minatur.* Minæ nempe aliquid ſuperioribus facinoribus commune & magici terroris plenum habebant. *Virginam alteram*

dicit,

dicit, quia talis erat formâ, cum prope simulacrum Palladis, navi tutelare, constitisset; ut altera Dea Pallas videri posset. Sic de Hero suâ Musæus : ἄλλη νύμφης ἄνακτα.

v. 468. Metuisse) Ita rectè legitur. Nam suprà puella ipsa ita illum affata est, ad quod ille respondet :

Nec spes ulla super; quin tu mea respice saltem
Consilia, & nimio comitum ne cede timori.

Barthius, & in exordiô non sine laude à me nominandus, lib. 27. c. 3. Et hæc hactenus.

Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

O Per æ factur us est precium, qui cum Valerio Flacco conjunxerit Argonautica, *quæ concinnavit* Calparus Cunradus, Phæbi amor, Aonidum flos, Aretesq; jubar. *Illa verò leguntur in Deliciis, poetarum Germanorum T. 2. p. 997. & seqq. Quomodo verò fabula de Jasone & Medeâ ad Alchymiam transferatur & accommode-*

tur; de illo prolixus est ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος Johannes-Petrus Lotichius, amicus noster, *ad Petronii Satiricon p. 276. 277. 278. 279. Rolnhagius in Batrachomyomachiâ lib. 1. parte 2. c. 16. Vide & quæ notavi ad Horatium, Epod. Ode XVI. v. 57. quòte, Lector benevolens, remitto quidetiam?*

Παμμελέων ὁ ποιητὴς σοι ὑποθέσεται ὅλβια δοίη,
Καὶ χὤνεν μεγάλως θεὶη ἄπαντα τεύν.

FINIS.

OMISSA & ſuis quæq; locis addenda.

Lilius Greg. Gyrald. T. 2. de Poetis hiſt. Dial. 4. p. 181.

C. Valerius Flaccus Setinus, Patavinus fuit, ut ex his Martialis verſibus colligimus, [lib. 1. epig. 62.]

Cenſetur Apona Livio ſuo tellus,
Stellâq; nec Flacco minus.

Item illo: [lib. 1. epig. 77.]

O mihi curarum precium non vile mearum,
FLACCE, *Antenorei ſpes & alumne laris.*

Alii *Setinum* faciunt, *à Setiâ*, Campaniæ urbe, eâ ducti conjecturâ, quòd in antiquis Codicibus *Setinus*, cognominetur: quô fit, ut ab aliquibus diverſus Setinus Flaccus à Patavinô putetur. Alii Romanum, & quidem ex nobili & pervetuſtâ familiâ putaverunt. Sed omnes hos vanâ potius conjecturâ, quàm certâ aliquâ autoritate ductos video. Sunt &, qui *Decemvirum Sibyllinum* putent eum fuiſſe, ducti illis ejus verſibus: [lib. 1. v. 5.]

Phœbe mone, ſi Cumææ mihi conſcia vatis
Stat caſtâ cortina domô.

Valerii igitur Flacci Argonauticôn opus extat, Vespasiano patri inscriptum; ut facile ex ejus carminis principio colligitur. Opus, inquam; quantum per juvenem præstari potuit, cultum, eruditum, & varium; sed in quô plus virium, quàm virtutis est; ut in eô animos & audaciam quandam juvenilem facile offendas. Creditur autem opus imperfectum, atq; inprimis ex Apollonicô tralatum. Certè non parum amissum esse ex Valerii Flacci immaturâ morte, scribit Fabius. Primus autem *Orpheus* Argonautica scripsisse dicitur non Thracius, sed *Italus Crotoniata*; deinde *Epimenides Gnosius*; post eum *Cleon*, Curiéus Poëta, à quô, ut Græci observant, *Apollonius* omnia ferè transtulit; tum *Herodorus*, post Herodorum *Apollonius Rhodius*, post Apollonium *Dionysius Milesius*; tum demum Latini duo, *Atacinus Varro*, & *Valerius Flaccus*.

Ibidem Dial. 1. p. 28.

Inter primores (Heroicos poëtas) quinq; Græcos posuit Isaacius Zezes; Homerum, Hesiodum, Panyasin, Antimachum & Pisandrum. Cujus nos quoque exemplo Latinos quinque numerabimus: Virgi-

Virgilium Maronem, Statium, Lucanum, Silium, & Valerium Flaccum.

Eusebius Pamphilus Chron. lib. 2.

Num. DCC XL. *Argonautæ his temporibus fuerunt.* Et mox: *Argonautarum navigatio.*

Num. DCC L. *Ea, quæ de Sphinga & Oedipode, & Argonautis dicuntur, in quibus fuerunt Hercules, Asclepius, Castor & Pollux. Si ergo inter Argonautas fuerunt Castor & Pollux, quomodo potest eorum soror Helena credi, quæ post multos annos virgo rapitur à Theseo?* Ubi tamen vide Scaligeri Animadversiones p. 44.

Johan. Funccius in Chronologiâ. sub A. M. 2710.

Sosarmus XXVI. Assyriorum rex regnat annos XIX. Hujus Sosarmi temporibus Argonautarum navigatio & Orpheus Thrax musicus, celebris habetur. Ex Cassiodoro.

Abraham. Bulcholcerus in Indice Chronologico.

A. M. 2740. Ante C. 1231. *Archonautarum expeditio in Colchidem, circa hoc tempus.*

Jacobus Cappellus in Histor. sacra & exotica.

A. M. 2738. A. C. 1262. *Ab Argonautis in Cholcidem expeditio suscipitur, annis LXIV. post Ilii conditum, annis verò LXXIX. ante Ili excidium.* Vide ibidem sequentia.

Argonautarum meminit quoq; Sidonius Apollinaris ad Magnum Felicem Cos. v. 62.

Non lectos Minyas loquente Silvâ
Dicam Phasiaco stetisse partu,
Forma parcita cum Ducis Pelasgi
Molliret rabidos Virago Tauros,
Nec tum territa, cum suus colonus
Post angvis domiti satos molares,
Armatas tremebundus inter herbas
Florere in segetem stuperet hostem,
Et pugnantibus hinc & hinc aristis
Supra belliferas madere glebas,
Culmosos viridi cruore fratres.

Idem in Narbone v. 272.

Sive Æétias & suus Jason
Inducuntur ibi, ferusq; Phasis,
Qui jactos super arva Colcha dentes
Expavit fruticante cum duello
Spicis spicula mixta fluctuarent.

Item Epithalamio Ruricii, v. 1.

Inter Cyaneas Ephyræa cacumina cautes,
Quà super Idalium levat Orithion in æthram,
Exesi

Exesi sale montis apex, ut fortè vagantem
Dum fugit, & fixit trepidus Symplegada Tiphys.
Atq; recurrentem ructatũ ad rauca Maleam,
Exit in Isthmiacum pelagus claudentibus alis
Saxorum de rupe sinus, &c.

Matth. Martinius in Lex. Philologico.

Argo, ἀργὼ, *navis Jasonis: ab Argo ejus fabricatore: vel quòd in urbe, quæ Argos dicebatur, facta esset. Argonautæ heroes, qui cum Jasone in Colchos profecti sunt.*

Mamertinus panegyr. ad Julian. Imp.

O facundiâ potens Græcia! tu navem unam, propter aurati velleris furtum & virginis raptum, in cœlum usq; sublatam sideribus consecrasti. [Hæc illustrant v. 4. lib. 1.]

Henric. Salmuth. lib. 2. ad Gvidonis Pancirolli Nova Reperta, tit. 13. p. 628.

Nec desunt, qui sub pelle Velleris aurei, quod Argonautæ ex Colchide advexerunt, intelligant *Diphtheram*, hoc est, *librum ex membranis*, veterum more, *confectum*, & arcana artis ejus, quam *Chimiam*

